Hungary

33. sz.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK.

TIZENKETTEDIK KÖTET.

PEST, 18[illegible].

(EGGENBERGER FERDINÁND AKADÉMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.)

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGÁNAK KIADÁ

TÖRÖK-MAGYAR-KORI TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. Első osztály: I. II. k
mánytár a Hódoltság történetéhez Magyarországon Szilády Áron és Szi
Sándortól. I. II. köt. XXX és 458 és 480 l. 5 frt.
— — — III. kötet: Török-magyar-kori Állam-Okmánytár, szerk. é
setekkel ellátták Szilády Áron és Szilágyi Sándor. I. s. VIII é
meg egy tábla 5 frt.

M. TÖRTÉNELMI TÁR. I. köt. X. és 260 l. egy pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — II. köt. 215 l. négy pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — III. köt. 264 l. egy czímerrajzzal 1 frt 40 kr.
— — — IV. köt. 200 l. 2 frt 40 kr.
— — — V. köt. 231 l. 1 frt 40 kr.
— — — VI. köt. 264 l. egy pecsétrajzzal 1 frt 60 kr.
— — — VII. köt. 266 l. 1 frt. 60 kr.
— — — VIII. köt. 259 l. 4 kőirati táblával 1 frt 60 kr.
— — — IX. köt. 244 l. 1 frt 40 kr.
— — — X. köt. 240 l. aranybullák s okm. hasonmásaival 1 frt. 6
— — — XI. köt. 210 l. 1 frt 30 kr.
— — — XII. köt. 292 l. 1 frt 70 kr.

Az egész tizenkét kötetes folyam ára tizenöt forint.

MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁR. Új folyam I. kötete 1868. 262 l. 1 frt 40 kr.

MAGYAR LEVELES TÁR. I. köt.: Négyszáz magyar levél 1504—1560. Szalay
Lászlótól. XX és 432 l. kilencz kőirati hasonmásu táblával 4 frt.

FEJÉR GYÖRGY MAGYARORSZÁGI OKMÁNYTÁRÁNAK betűrendű tárgymu
Czinár Mórtól. XVI és 519 l. 3 frt.

ÉVMUTATÓ Fejér György Okmánytárához. Knauz Nándor által. 1 f. 40 kr.

HUNYADIAK KORA MAGYARORSZÁGON Gr. Teleki Józseftől. I.—V.
és X.—XII. köt. Mindenik kötet ára 3 frt 50 kr. — (VI. köt. 2. sajtó alatt.)

BUDA-PEST és környékének helyrajzi története, Rupp Jakabtól. Két szer
396 l. 2 frt.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA. Magyar Történelmi Emlékek, egy eg
ára 8 frt 15 kr. kivévén a következőket: I. osztály. XI. köt. (Árpádkori Okm
VI. sz.), II. oszt. XII. k. (Brutus I.), és XVI. köt. (Forgách) 4—4 frt. — XV. k. (
Nagy Ivántól) 4 frt 50 kr. — XVIII. köt. (Tököly, Tormától) 1 frt 20 kr. —
gyűjtemény tartalmát l. a borítók következő lapjain.

MONUMENTA

HUNGARIAE HISTORICA.

DIPLOMATARIA.

XII.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTMÁNYA.

ELSŐ OSZTÁLY.

12

TIZENKETTEDIK KÖTET.

PEST, 1869.

EGGENBERGER FERDINÁND M. AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

CODEX DIPLOM. ARPADIANUS CONTINUATUS.

ÁRPÁDKORI ÚJ OKMÁNYTÁR.

A M. TUD. AKADEMIA TÖRT. BIZOTTMÁNYA

MEGBIZÁSÁBÓL KÖZZÉ TESZI

WENZEL GUSZTÁV,

M. AKAD. RENDES TAG.

Vol. VII

HETEDIK KÖTET.

(A MÁSODIK FOLYAM MÁSODIK KÖTETE.)

1235 – 1260.

PEST, 1869.

EGGENBERGER FERDINÁND M. AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

Nyom. az „Athonaeum" nyomdájában. 1869.

TARTALOM.

1235.

1236.

1238. *Lap*

1239.

1243. *Lap*

1244.

1245.

1248.

1250.

1255. *Lap*

1256.

1258.

1260.

Függelék.

ÁRPÁDKORI

ÚJ

OKMÁNYTÁR.

VII.

(MÁSODIK FOLYAM II. KÖTET.)

1.

IV. Béla király Reugen és Sassun helységeket, melyeket Imre király a lébényi monostortól elvett, annak ismét visszaadja.
1235—1241.

Nos B. Dei gracia Rex Hungarie tenore presencium declaramus uniuersis, quod constitutus coram nobis Magister Corradus filius St. peciit a nobis, quod duas villas Monasterij Sancti Jacobi de Lyben, Reugen et Sassun uocatas, per dominum Regem Emericum felicis memorie Alexandro fratri Poch Palatini et Comitis Musuniensis pro suorum seruiciorum oportunis temporibus fideliter et laudabiliter impensorum (exigencia) collatas, e quibus duabus villis scilicet villam Reugen uocatam, qua superius villam Baan, que est eiusdem Monasterij, adiacere dinoscitur, ab eodem Monasterio uocitatam, eiusdemque Monasterij vicijs non exigentibus, nec merentibus, auferendo, Castro Musuniensi locatam; et alteram villam Sassun uocatam, qua adiacet secus fluuium Saar, Comiti Valentino filio Cequen, pro diuersis Regni status mobilibus similiter auferri feceramus, redderemus; super quibus scilicet villis priuilegium domini nostri patris karissimi, Regis Andree inclite recordacionis, nobis exhybuit. Vbi vidimus contineri, prenominatas villas Reugen et Sassun vocatas Alexandro fratri Poth Palatini per dominum Emericum Regem esse collatas et donatas, omnino metarum terrearum ordine et distinc'u. Nos igitur, qui nulli deesse uolumus, sed in sua iusticia cunctis desideramus inesse, ut debemus et tenemur; predictam villam Reugen cum suis pertinencijs a Castro Musuniensi; ac villam Sassun cum omnibus vtilitatibus eius, auferendo a Comite Valentino filio Cequen, pro iusticia pocius ac meritis Beati Jacobi Apostoli, ac circumspecta fideliorum seruiciorum Magistri Corradi filij St. temporibus oportunis nobis exhibitorum, iuxta continenciam priuilegiorum domini nostri et patris

karissimi, ipsi Monasterio reddidimus et restitui fecimus, iure perpetuo inreuocabiliter et immobiliter possidendas; priuilegia uero uel litteras, siue Comes Valentinus filius Cequeni, siue Castrum Musuniense, si quas haberet confectas super terris siue villis prenotatis, et ubicunque deberent exhiberi, sint irrite et inanes, ac vigore careant firmitatis. Datum in Zowlum feria quarta post festum Sancti Jacobi.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a hátul oda nyomott királyi pecsét elveszett, a mélt. báró Révay család levéltárában.)

2.

IV. Béla királynak bizonyos a Sól vizén lévő malomra vonatkozó intézkedése. 1235—1270.

B. Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis — — Salomoni, Gregorio, Emerico de Lyter, Martino et Jacobo filijs Bulchu, Blasio procuratori Abbatis Sancti Martini de Saar commoranti, Azarie, et Dominico de Saar salutem et graciam. Vidimus in prioribus litteris nostris uobis missis contineri, quod cum factum fidelium nostrorum, Albensis et Wesprimiensis Capitulorum, quod super quodam molendino existente super fluuio Sowl uertitur inter ipsos, uobis commisissemus reformandum; uos tamen neglexistis preceptum nostrum, ut propter unius coarbitry uestri absenciam nichil ordinare et diffinire uoluistis in facto supradicto. Quocirca fidelitati uestre mandamus precipiendo; quatenus vicesimo secundo die post Pentecosthes accedatis super ipsum molendinum, et ordinetis, reformetis et emendetis, quicquid ordinandum, reformandum et emendandum fuerit in eodem, conuocatis ad ipsum locum illo die molendinarijs, quorum presenciam ad hoc uidebitis expedire. Hoc autem fidelitatem uestram scire uolumus, quod Salomonem, Gregorium, Emericum, Martinum et Jacobum Wesprimiense Capitulum, Blasium uero, Azariam et Domini-

cum Albense Capitulum debent adducere ad locum prenotatum; et pars, que de uestrum omnium, uel eorum, qui presentes esse poterunt de uobis, per quorum arbitrium in ipso negocio finaliter procedi uolumus, sicut partes assumpserunt, arbitrio resilierit, pene trium marcarum subiacebit, de dampnis eciam preteritis inter partes datis hinc inde, sicut dicitur, ordinacionem omnimodam uice nostra faciatis inter partes. Partes itaque in octauis Natiuitatis Beate Virginis coram nobis comparebunt, et Capitulum Wesprimiense Mathiam de Wrs pristaldum suum debet statuere illo die, ad hoc dicendum, utrum Capitulum Albense, pro quo Stephanus Comes astabit, citauerit ad nostram presenciam ad quindenas Sancti Martini, nec ne, contra Capitulum Wesprimiense. Datum Bude in curia domine Regine in feria quindenarum Pentechostes feria quinta.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a királynak hátul oda nyomott pecsétje elveszett, a veszprémi káptalan levéltárában.)

3.

IX. Gergely pápa János jádrai érseknek meghagyja, hogy szünjön meg oly intézkedéseket tenni, melyek az egyházi fegyelemmel ellentétben vannak. 1225.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Jadrensi salutem et Apostolicam benedictionem. Sperabamus, quod, cum de qualitate status tui, pro eo, quod sis in remoto positus, haberi de facili certitudo non possit, illa mente vigili studeres efficere, per quae nobis quandoque constaret, te virtutum fragrantia pro Redemptoris gloria, et salute tibi commissi populi redolere. Sed ecce, contrarium ex eo didicimus, admirantes, quod, cum quidam ex dilectis filiis fratribus Ordinis Minorum, qui fere nihil aliud quaerunt vel cogitant, nisi quod singulae hominum nationes Divini cultu nominis refulgescant, ad civitatem Jadrensem,

haereticae pravitatis infectam maculis, accessissent, propagare ibi fidei Catholicae sanctitatem, eos laicorum multitudine benigne et ilariter admittente, quorum multi per ipsos, illius faciente virtute, qui neminem vult perire, ad poenitentiam sunt conversi: tu, qui promotor eorum esse debebas, et praecipuus in procurandis animarum profectibus, non remissus, contumeliarum aculeis ipsorum pectora pupugisti; et non contentus iniuriis partem afficere, quin litereris totum illarum iaculis conturbare, ipsorum Ordini graviter detrahere praesumpsisti, ianuas claudi faciens, ne ad praedicationem Ministri Provincialis eiusdem Ordinis populus conveniret; quasi sit tuo voto contrarium, quod quis ad vitam proficiat, doctrinis paupertatis extremae et caritatis immensae cultui deditorum. Praeterea cum in partibus illis paucae, vel nullae religiosorum congregationes existant, in quibus disciplina vigeat regularis; in quasdam mulieres ibidem constitutas, pro eo quod capillorum abscissa caesarie, ac relicto saeculari habitu, eligerunt sua crimina in domibus propriis deplorare; in eorumdem fratrum obprobrium, quorum exhortationibus, operante Domino, anhelant ad praemia beatorum, excommunicationis sententiam promulgasti; Divina auctoritate districte praecipiens, ut cum Apostolus tonsuram prohibeat mulierum, quod aliqua, sive in domo propria commoretur, vel religionis sit habitum susceptura, tonsuram sibi non faciat, vel ab alio fieri non permittat; et si forte contingeret praesumi contrarium, tam tonsae, quam tondentes excommunicationis sententiae subiacerent. Quare contigit; quod cum quidam fratres Ordinis Praedicatorum, qui ad eas partes nunciare venerant Coelestis Regni gloriam et thesauros, tibi devote dicerent, quod inconculte talem sententiam protulisses, praesertim cum Apostolus in verbo, quod de tonsura proposuit, ad mulieres, quae mundum et concupiscentiam reliquerunt, non videatur habuisse respectum; tu non contentus contra te in fratribus supradicti Ordinis supernae provocasse potentiam Maiestatis, adiecisti furorem eius et in iam dictis acuere, praesumendo, ne ipsi praedicarent ibidem, vel confessiones audirent, aut in ecclesiis civitatis praefatae praedicationi eorum audientia tribueretur, firmiter inhibere. Quid multa? quasi tibi sit in taedium, quod aliqui convertantur ad Dominum de multitudine populorum;

eos, qui infra tempus probationis Fratrum Minorum Ordinem derelinquunt, licet evidenter appareat, quod absolute vitam mutare voluerint, renunciando penitus saeculi vanitati; viva vel funesta potius voce pronuncias, posse libere ad statum redire pristinum, nec propter hoc, in contrahendo matrimonio ipsorum, redire aliquod impedimentum; quasi voluntas in hac parte tibi pro iure sufficiat, et timor tuae conscientiae de processu contra sanctiones canonicas non incumbat. Quarum ignorantiam vel contemptum ex hoc manifeste praetendis, quod quemdam, qui praemisso modo habitum reliquerat, reclamantibus dictis fratribus, concessis sibi sacris ordinibus, in Canonicum et tandem in Primicerium promovisti; alteri qui ad eiusdem Ordinis habitum processerat assumendum, suadendo litteris et promissionibus, quod rediret ad saeculum, cuius per processus huiusmodi te amatorem innuis non remissum. Verum cum ex praemissis, si veritate nituntur, tibi et multitudo ruboris incumbere, et grandis debeat materia poenitudinis imminere; maxime cum nos ipsi pro verecundia reportemus, tantum membrum Ecclesiae excessuum perpetratione tam varia, Deo et hominibus displicere; fraternitati tuae per Apostolica scripta districte praecipiendo mandamus, quatenus, quae supra praemissis improvide attemptasse dinosceris, promptitudine diligenti emendare sollicitus, a dictarum mulierum, et fratrum Ordinum Praedictorum, et aliorum omnium, qui se in partibus supradictis sacrae religionis observantiae dedicarunt, molestatione desistens, aut aliquos a semita mandatorum Dei non avertens, talem te amodo super iis, quae Pontificale deposcit officium, verbo exhibeas et exemplo, quod fratres eosdem, et religiosos alios tui nominis constitues laudatores; et Patris Aeterni Filium, quem in praefatis excessibus graviter offendisse dinosceris, tibi propitium reddere merearis: alioquin damus venerabili fratri nostro . . . Archiepiscopo, et dilecto filio . . . Archidiacono Spalatensi nostris litteris in mandatis, ut te ab huiusmodi praesumptionibus, auctoritate nostra, appellatione remota compescant. Datum Viterbii, X. calendas Decembris, Pontificatus nostri anno nono, (1235.)

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 73. l.)

4.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy a Bogad-Radvani nemzetség tagjai birtokosztályt tettek. 1235.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum stb. (a leleszi konventhez) Noueritis, quod cum Marcus filius Mathyus de Isyp, et Nicolaus de Chele super facto duarum parcium possessionum Lunch, Meggyezo et Zada, item medietate possessionum Nogkazon et Lazk vocatarum in Comitatu Zemlyniensi existencium, Magistrum Petrum filium Mychaelis de Dob; item idem Markus — — Magistrum Petrum, nec non Michaelem filium Johannis, Thomam filium Stephani, et Ladizlaum filium Ladizlai super facto tercie partis possessionis Myhaly, Monyak — — — — vocatarum in eodem Comitatu Zemlyniensi existencium stb. (Bebek Detrik nádor előtt 1404. „ad octauas festi Epiphaniarum Domini“ perbe vonták; de a határnap többszöri elhalasztásának folytán, az ügy most tárgyaltatván, „Petrus de Dob“ nyolcz okmányt mutat fel) septimam nostram hic Bude quadragesimo nono die octauarum festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo quarto emanatam, habentem in se tenorem trium litterarum in judicio coram nobis exhibitarum, vnam Capituli Wesprimiensis anno gracie M° ducentesimo tricesimo quinto“ stb. — — Tenor vero dicte littere prefati Capituli Wesprimyensis in dictas litteras nostras inserte commemorabat, quod constituti coram ipso Capitulo Pangracius, Stephanus, Alberth, Peter et Marcus de genere Bogadradowan dixissent, quod ipsi possessionem eorum antiquam, (cum) libertinis et vineis, preter terram, que fuisset in Halap, ad tres partes, modo et ordine litteris in eisdem conscriptis, diuisissent stb. — — Datum Bude sexagesimo die octauarum festi Beati Mychaelis Archangeli anno Domini millesimo quadringentesimo nono.

(Garai Miklós nádor ítéletlevelének eredetie a budai kir. kamarai levéltárban; v. ö. gyűjteményünk I. köt. 282. számát.)

5.

Arnold zalai főispán és Rednald comesnek bizonysága, hogy Péter Istvánnak fia, Lonkovi lakos, örökös birtokát Hohold comesnek átengedte. 1235.

Arnoldus Comes Saladiensis, et Comes Rednaldus, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Ad uniuersorum uolumus peruenire noticiam, quod quidam Petrus filius Stephani de uilla Loncoue in nostra constitutus presencia libere est confessus, quod totam terram suam, que eum hereditario iure contingebant (igy), dedit Comiti Hohold eo, quod ipse Comes eum deffendere teneretur in causa, quam erga ipsum habuit frater eius Magister Micael. Sane, quia terra illa remocior erat a metis terre Comitis Hohold, commutacionem fecit idem Comes cum Symone filio Stephani filij Bene, dans ei terram Pauli, qui habet sororem prefati Petri, pro terra sua, quia erat commetanea terre sue, que sita est aput ecclesiam Sancti Petri; metis assignata (igy). Prima meta incipit a terra eiusdem Comitis Hohold, que vocatur Tolmac a tribus ilicibus; et inde uersus orientem tendit ad arborem poni (igy), ubi secunda meta; et inde protenditur ad fluuium Loncoue, qui fluit de uilla Cornaha, in quo descendit usque dum cadit in alium fluuium, qui similiter Loncoue uocatur, qui fluit per uillam Tolmac, ubi transit fluuium, uersus occidentem ad montem reuertitur ad metas terre Comitis sepe dicti. Vt igitur prefate terre commutacio et eiusdem collacio robur firmitatis habere possit in posterum, dedimus in testimonium rei geste presentem paginam munimine sigillorum nostrorum roboratam, anno gracie M° CC° XXXV°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről Arnold főispánnak pecsétje hártyazsinegen függ, a másik pecsét pedig elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

6.

IV. Béla király adománya Umand nevű latin vendége számára.
1236.

Bela Dei gracia Rex Hungarie omnibus Christi fidelibus, quibus presens pagina patuerit, salutem in eo, qui est salus omnium et vita. Cum ex Regie dignitatis officio hospites et aduenas colligere debeamus, omnium presencium et posterorum noticie uolumus insinuare, quod nos dilecto ac fideli nostro hospiti Latino Wmando nomine, pro multiplicibus suis seruicijs, ut in Regno nostro residenciam possit habere, terram culture duorum aratrorum sufficientem de terra Chyrgov, a Castro Albensi exemptam, unum molendinum, terciam partem feneti eiusdem terre, et quadraginta iugera pro commodo vinearum ibidem colendarum, contulimus perpetuo possidenda, tanquam hospiti ad Regiam Maiestatem pertinenti. Ut autem hec donacio a nobis liberaliter facta salua semper et inuiolabilis consistat, et a nullo unquam omnino hominum queat in irritum reuocari, presentes concessimus litteras in argumentum amplioris fidei duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Mathie Prepositi Zagrabiensis, aule nostre Cancellarij anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, Regni uero nostri anno primo.

(Az eredeti után közli Horváth Elek, Győri Történelmi és Régészeti Füzetek, III. köt. 1865. 198. l.)

7.

IV. Béla király a pannonhalmi apátság számára megerősíti szent László királynak adományait, s későbbi birtokszerzeményeit. 1236.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex, in perpetuum. Vrias Abbas Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie a nobis deuote pecijt et instanter, ut priuilegia, que ab antecessoribus nostris Regibus Hungarie a tempore Sancti Regis Stephani habuit, transscribi faceremus, et eorum exemplaria nostri sigilli charactere muniremus. Quia cum frequenter ad diversa trahantur judicia, periculosum esset propter viarum discrimina, in quibuscunque judicijs principale priuilegium exhibere. Nos igitur ipsius justis precibus grato concurrentes assensu, priuilegium beate memorie Sancti Ladislai Regis per fidelem Cancellarium nostrum Mathiam Prepositum inspici fecimus, et sigilli nostri munimine insigniri. Cuius tenor talis est:

Quamuis homo omnia que possidet stb. (mint II. Endre királynak 1223-ki megerősítő privilegiumában, a jelen gyűjtemény I. kötetében 361. l.) — — — vsque ad Holutwag, iuxta quam in nemore habet vltimas metas.

Ex eo autem, quod presenti pagine sigillum nostrum imponi fecimus, nolumus, ut eidem monasterio aliquid noui iuris acquiratur; sed vt antiquum ius, si quod habuit, conseruetur. Actum anno verbi incarnati M° CC° XXX° VI°, V. nonas Marcij.

(Eredetie a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

8.

IX. Gergely pápának intézkedései a bistrei apát gyilkosai ellen.
1236.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs ... Waradiensi, ... de Thion et ... de Erte Abbatibus Quinque-Ecclesiensis et Wesprimiensis Diocesium, salutem et Apostolicam benedictionem. Turbata est anima nostra valde, turbationis causam casu flebili nobis dante, super immanitatem detestandi facinoris, quod quidam filii Belial familiares, ut dicitur ... Cenadiensis Episcopi in necem bone memorie ... Abbatis monasterii Bristriensis crudeliter perpetrarunt, nec exageratione indiget ipsius sceleris magnitudo, cum ipso auditu abominationem generet et horrorem; quamquam acerbitatem flagitii non modicum aggravet, quod post pacem inter eosdem Abbatem et Episcopum reformatam, fuit idem Abbas non minus proditorie quam crudeliter et miserabiliter interfectus. Sane olim eodem Abbate in nostra presentia lacrimabiliter conquerente, quod dudum orta inter ipsum et Conventum dicti Monasterii ex parte una, et Episcopum supradictum ex altera super illatis dampnis et irrogatis iniuriis ab eodem, iure Patronatus, quod in prefato Monasterio dictus Episcopus se habere dicebat, et rebus aliis coram venerabili fratre nostro ... Episcopo Prenestino, tunc Apostolice Sedis Legato, materia questionis, idem Prenestinus partim pro ipso Cenadiensi et partim pro eisdem Abbate et Conventu diffinitivam sententiam promulgarat: predictus Cenadiensis eadem sententia vilipensa, illa exigens ab eisdem, de quibus fuerant sententialiter absoluti, quia ea sibi exhibere nolebant, sicut nec etiam tenebantur, cum armatorum multitudine ad monasterium memoratum accessit, et ianuis eius fractis dictum Abbatem ac triginta duos monachos, se protectioni Apostolice supponentes, non absque iniectione manuum violenta, nequiter capi fecit, et vinculis ferreis compeditos carcerali custodie mancipari; nec hiis contentus, ad cumulum maioris nequitie, Cor-

nelium monachum, vel potius demoniacum, de mandato eiusdem Prenestini a monasterio ipso exigentibus suis culpis eiectum, Monasterio prefecit eidem: propter quod, ne tam graves excessus, si non eos pena debita castigaret, transirent aliis in exemplum, dilectis filiis ... Sancti Stephani Regis, ... Sancti Benedicti et ... Sancti Stephani Protomartiris, Sancti Augustini Ordinis Abbatibus Waradiensis Diocesis, nostris dedimus literis in mandatis, ut si rem invenirent taliter se habere, predictum Episcopum, ut eosdem Abbatem et monachos pristine restituens libertati, eos ad monasterium ipsum, amoto ab eo quolibet detentore illicito, libere redire permitteret, monitione premissa, auctoritate nostra sub Apostolica obedientia coarctarent, predictos manuum iniectores tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nunciantes, ac facientes ab omnibus arctius euitari, donec passis iniuriam satisfacerent competenter: et cum eorumdem judicum litterarum testimonio venirent ad Sedem Apostolicam absolvendi, prefixo ipsi Episcopo termino peremptorio competenti, quo responsurus de dampnis et iniuriis supradictis, ac auditurus super questione premissa, que iustitia suaderet, Apostolico se conspectui presentaret. Cumque prefati judices inquisita super hiis sollicite veritate, longe plura contra memoratos Abbatem et Conventum presumpta per eundem Episcopum invenissent, quam nostris fuissent auribus intimata; sepedictum Episcopum efficaciter monuerunt, ut premissa omnia faciens emendari, iamdictos Abbatem et monachos, amotis exinde quibuslibet illicitis detentoribus, libere redire permitteret ad monasterium eorumdem. Sed ipse non solum id efficere penitus recusavit, verum etiam peccata peccatis accumulans, peiora prioribus fuit eis terribiliter comminatus: propter quod ipsum dicti judices ab officio et beneficio suspendentes, dictos manuum iniectores excommunicatos publice nuntiarunt, quos idem Episcopus in malitia sua fovens, nec ipsos a sua familiaritate removit, nec se gerere voluit pro suspenso, in anime sue periculum et grave scandalum aliorum. At iidem judices processum suum ad examen Apostolicum remittentes, nominato Episcopo terminum peremptorium, kalendas Aprilis videlicet futuras tunc proximo, prefixerunt, quo compareret personaliter coram nobis, super premissis omnibus responsu-

rus. Cum autem dicto Abbate pro se ac Monasterio suo tunc in nostra presentia comparente, idem Episcopus nec venisset in termino, nec post terminum etiam diutius expectatus; nos nolentes huiusmodi excessus Episcopi tam enormes penam effugere debite ulcionis, dilectis filiis ... Sancti Martini de Pannonia et ... Sancti Salvatoris de Saxard Abbatibus Ordinis Sancti Benedicti direximus scripta nostra, ut sepedictum Episcopum ad solvendas ipsi Abbati omnes expensas, quas fecerat a tempore, quo veniendi ad Sedem Apostolicam fuit ei terminus peremptorius assignatus, monitione premissa auctoritate nostra cogentes, facerent eidem Abbati expensas ad prosecutionem negotii necessarias de bonis Monasterii provideri; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, prefigentes Episcopo et Cornelio supradictis, et duobus vel tribus monachis, principalibus fautoribus eorundem, terminum peremptorium, festum Purificationis Beate Virginis proximo tunc futurum, quo personaliter nostro se conspectui presentarent, satisfacturi de tot excessibus, et facturi et recepturi super premissis, quod requireret ordo iuris, ipsos ad id censura simili appellatione postposita compellendo. Ceterum cum dicti Abbates in commisso sibi negotio procedentes iniuncto ipsi Episcopo sub interminatione anathematis, ut expensas iuxta mandatum nostrum Abbati solveret supradicto, ac prefixo iamdictis Episcopo et Cornelio ac duobus monachis termino peremptorio, festo Purificationis Beate Virginis proximo nunc transacto, quo iuxta tenorem mandati Apostolici in nostra presentia comparerent, in eos, si secus agerent, excommunicationis sententiam promulgassent; tandem ad instantem supplicationem ipsius Episcopi pax fuit inter eos taliter reformata, et firmata etiam eiusdem Episcopi iuramento, scilicet: Quod eodem Abbate ad monasterium suum plenarie restituto, et pacificam ipsius possessionem adepto, expensas sibi plene persolveret, et dampna omnia, que tempore discordie monasterium pertulit, integraliter emendaret. Eodem igitur Abbate iuxta formam pacis ad monasterium restituto, et vix ibidem per unius mensis spatium existente, irruentes in eum viri absque misericordia, filii scelerati, quod non absque amaritudine mentis referimus, ipsum interfectum bestiali more conciderunt in frusta, et ut in

excessibus suis excederent universos, unum de hospitibus, ad quos casu declinaverat, et unum de servientibus suis, nitentibus eum defendere, impie trucidantes, cuiusdam monachi sacerdotis, qui se ad defensionem ipsius, ut poterat, opponebat, dextre manus digitos amputarunt, nonnullis ibi relictis letaliter vulneratis; et sic innocentum sanguine cruentati, recedentes a cede, ad eundem Episcopum aufugerunt; prout eorundem Abbatum exhibite nobis littere continebant. Quum igitur vox effusi sanguinis clamat ad nos de terra, nos nolentes tante temeritatis excessum sub dissimulatione transire, quin ipsum potius volentes severitate debita castigari; mandamus, quatenus predictos sacrilegos, et omnes, quorum ope scelus est huiusmodi perpetratum, et qui in hoc prestiterunt auxilium, consilium vel favorem, faciatis per Strigoniensem Provinciam, et alia loca, in quibus expedire videritis, pulsatis campanis et candelis accensis, singulis diebus Dominicis et festivis, excommunicatos solemniter nunciari, et tamdiu ab omnibus arctius evitari, donec Apostolico se conspectui representent, Deo, et Ecclesie, ac ipsi Monasterio de tam atroci iniuria satisfactionem debitam impensuri; loca etiam, ad que ipsos devenire contigerit, quamdiu ibi fuerint, supponatis ecclesiastico interdicto. Et quia dictus Episcopus expensas ad mandatum predictorum judicum non exolvit, et tam ipse, quam Cornelius, et monachi supradicti, in prefixo sibi termino ad Sedem Apostolicam non venerunt, propter quod a dictis judicibus vinculo fuerunt excommunicationis astricti, prout in eidem litteris continetur, ipsos excommunicatos tamdiu solemniter nuntietis, et faciatis ab omnibus arctius evitari, donec personaliter coram nobis compareant meritorum suorum stipendia recepturi. Et ne persecutio tam atrocis iniurie pro defectu expensarum impediri valeat vel etiam retardari, fratri Petro latori presentium, et duobus vel tribus aliis eiusdem monasterii monachis, huiusmodi negotium prosequentibus, faciatis de bonis ipsius Episcopi expensas ad prosecutionem negotii necessarias ministrari, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam sub Apostolica obedientia compescendo. Verum quia in premissis excessibus eiusdem Episcopi dicitur esse manus, volumus et mandamus, ut tam de personis, que huiusmodi flagitium commiserunt,

quam illorum, qui in hoc dederunt consilium, auxilium vel favorem, utrum idem Episcopus eosdem sarilegos receptarit, ac de omnibus circumstantiis negotii diligentissime inquirentes, que inveneritis studeatis nobis vestris litteris fideliter intimare, ut per relationem vestram sufficienter instructi procedamus exinde, prout secundum Deum viderimus procedendum. Quod si non omnes etc. Datum Interamni XIIII. kalendas Julii, Pontificatus nostri anno decimo.

(Theiner, Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia, I. köt. 144. l. Fejér ezen pápai brevének csak kivonatját közli Cod. Dipl. IV. köt. I. k. 42. l.)

8.

IX. Gergely pápának intézkedése a váradi püspök választásának ügyében. 1236.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri ... Episcopo Quinque-Ecclesiensi, dilectis filiis Abbati ... Waradiensi Quinqueecclesiensis Diocesis, et ... Preposito Wesprimiensi salutem et Apostolicam benedictionem. Alexander et Johannes Canonici Waradiensis Ecclesie suo et maioris ac sanioris partis Capituli nomine, ut dicebant, in nostra proposuere presentia constituti, quod cum ipsa Ecclesia pastoris solatio destituta, iidem Magistrum Primogenitum Subdiaconum nostrum elegissent sibi canonice in pastorem, quidam de Capitulo post electionem ipsam B. Lectorem Srigoniensem excommunicatum et alias ad Episcopale onus indignum, eligere presumpserunt, idemque electione sua per quasdam litteras surrepticias confectas nomine Capituli per venerabilem fratrem nostrum ... Colocensem Archiepiscopum loci Metropolitanum perperam confirmata, in eandem Ecclesiam per laicalem potentiam faciens se intrudi, et amministrationi eius se ingerens impudenter, temere impedivit, ne dictus Ma-

gister ab eodem Archiepiscopo confirmationis gratiam obtineret; propter quod iidem Canonici ad nostram duxerunt audientiam appellandum; quorum appellatione contempta, quia intruso ipsi nolebant intendere, sicut etiam nec debebant, fuerunt bonis omnibus spoliati; unde dilectis filiis ... Abbati Sancti Gothardi et coniudicibus suis negotium ipsum a nobis obtinuere committi. Qui cum ad confirmationem electionis ipsius intenderent, prout acceperant in mandatis, in omnes, qui se opponerent, excommunicationis sententiam, sicut dicitur, promulgando, ex parte ipsius B. ad nostram fuit audientiam appellatum. Predicti vero iudices eius appellationem reputantes frivolam, et quicquid de ipso factum fuerat, irritantes, electionem de supradicto Magistro factam sententialiter confirmarunt. Procuratoribus igitur eiusdem B. apud Sedem Apostolicam constitutis, et appellationem, ut dicebant, prosequentibus interiectam, iamdictus Subdiaconus coram dilecto filio nostro R. Sancte Marie in Cosmedin Diacono Cardinali, quem sibi et eisdem procuratoribus auditorem concessimus, excipiendo proposuit, quod B. et procuratores iamdicti tam ab eisdem iudicibus et subdelegatis ipsorum, quam pro eo, quod verberaverunt et vulneraverunt ac incarceraverunt quosdam clericos, vinculo erant excommunicationis astricti, asserens nichilominus se per eundem B. ac complices suos possessione Episcopatus Waradiensis, in quam a iudicibus ipsis per procuratores suos inductus fuerat, spoliatum. Adiecit insuper, quod cum dicti procuratores nuper apud Anconam tracti ad iudicium coram ... Vicario venerabilis fratris nostri ... Anconitani Episcopi super eo, quod se dicebat quibusdam rebus spoliatum ab ipsis, se contumaciter absentassent, idem Vicarius tulit excommunicationis sententiam in eosdem. Cumque receptis super huiusmodi exceptionibus quibusdam testibus, attestationibus publicatis et instrumentis exhibitis, post concertationem diutinam pars adversa se obtulit probaturam, quod iidem testes erant infames, ac per hoc debeat eorum testimonium non valere, instrumenta contra se producta multipliciter impugnando: ne per circuitus varios et anfractus principale negotium in gravem lesionem eiusdem Ecclesie contingeret retardari, illud venerabili fratri nostro ... Episcopo Penestrino, tunc Apostolice Sedis Legato, sub hac forma duximus committendum, ut memorato Magistro

et electoribus suis ad suam presentiam evocatis, ac testibus, quos vellet producere, a karissimo in Christo filio nostro ... Illustri Regi Ungarie per totum Regnum suum securitate ante omnia impetrata, dictis quoque A. J. M. et V. et aliis electoribus ipsius P. negotium electionis prosequentibus mediante iustitia restitutis provideret, eis nichilominus de communibus eiusdem Ecclesie proventibus in moderatis expensis, si constaret, eos esse Canonicos Ecclesie memorate, ac predictis processibus et appellationibus interpositis intellectis, audiret causam et appellatione remota fine debito terminaret, ipsam sufficienter instructam, si difficultas aliqua forsitan appareret, propter quam causam terminare non posset, ad examen Apostolicum transmissurus : proviso ne sub dubio litis eventu Waradiensis Ecclesia dilapidationis dispendium pateretur. Prefatus quidem Episcopus tum per se, tum per quosdem alios, prout potuit, in mandati nostri executione processit; quorum processu ad Apostolicam Sedem transmisso, eidem Subdiacono pro se et quibusdam electoribus suis, et procuratori partis adverse in nostra presentia constitutis, nos dilectum filium nostrum T. tituli Sancte Sabine Presbiterum et E. Sanctorum Cosme et Damiani Diaçonum Cardinales concessimus auditores. Coram quibus dum esset diutius disputatum, tandem in hoc resedit negotium, quod eodem Subdiacono quandam scripturam, quam dicebat continere sententiam pro se latam, ad probationem intentionis sue contra partem alteram exhibente, idem procurator non criminaliter, sed civiliter in modum exceptionis duntaxat, ipsam asseruit esse falsam, negans vera esse, que continebantur in ipsa. Nos igitur scripturam eandem vobis sub bulla nostra transmittentes inclusam, mandamus, quatenus adhibita publica persona, si potest, aut duobus viris idoneis, qui fideliter universa iudicii acta conscribant iuxta formam Concilii Generalis, de veritate ac falsitate scripture premisse, vel contentorum in ea, tam per priores iudices et scriptores eorum ac testes, quorum nomina in scriptura continentur eadem, et alios, quam per probationes alias, quas utralibet partium duxerit producendas, sollicite cognoscentes, ac recipientes testes, quos idem P. super spoliatione predicta produxerit coram vobis, que inveneritis, ad nos cum actis prioris iudicii sub sigillis vestris et documentis autenticis

fideliter remittatis, prefixo partibus termino peremptorio competènti, quo per se aut procuratores idoneos compareant coram nobis, iustam auctore Domino sententiam recepture. Ceterum si alterutram partium contumaciter abesse contigerit, vos nichilominus in ipso negotio secundum formam vobis traditam procedatis, processuri ante omnia in securitate prestanda dictis P. et prosecutoribus electionis eiusdem, et restitutione debita subtractorum, ac solutione expensarum faciendis secundum taxationem predicti Episcopi Penestrini factam in Ungaria, et apud Sedem Apostolicam approbatam, proviso, ne sub dubio litis eventu eadem Ecclesia bonorum suorum sustineat lesionem, et si eundem B. inveneritis de dilapidatione certa ratione suspectum, ipsum ab amministratione temporalium suspendatis, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam sub Apostolica obedientia compescendo. Quod si non omnes, tu, frater Episcope, cum eorum altero etc. Datum Reate VIII. kalendas Septembris (Pontificatus nostri) anno decimo.

(Theiner id. m. I. köt. 148. l. Ezen pápai brevének kivonatát közli Fejér Cod. Dipl. IV. k. 1. r. 38. l.)

10.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Gogan Jánosnak fia és érdektársai Lyndva birtokát Hoholt comesnek eladták. 1236.

Capitulum Uvesprimiensis Ecclesie vniuersis litteras presentes inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. In nostra constitutus presencia Gogan, Johannis filius de villa Ola, et cognatus eius Jula, Bulchv filius de villa Zebuchka, proposuerunt, quod ipsi voluntarie et nulla choaccione mediante, terram quandam Lynduam nomine, cum quatuor vineis, nemoribus, chybrijs a singulis uineis in terra sitis eadem de patrie

consuetudine annuatim persoluendis, et eius omnibus pertinencijs, quorum omnium tres partes ad dictum Gogan, quarta ad Julam pertinebat, Hoholt Comiti pro centum et vndecim marcis de argento vendiderunt, et ipsam in nostra presencia totaliter pecuniam receperunt; si uero aliquis de cognacione eorum, uel alius quispiam dictum Hoholt Comitem uel eius heredes super illa vendicione presumpmeret infestare, sepedicti Gogan et Jula, et heredes eorum, ipsum defendere tenerentur. Mete autem, quibus terra circumscribitur supradicta, sunt iste : In nemore iuxta villam Palana incipit ab illo protensa nemore, per quandam viam ad ylicem unam; ab ylice per quendam montem et uineam ad quercum; a quercu vero descendens ad dumeta super aquam Dobonuch; et illinc iuxta aquam illam ad duas ylices in magna valle, ubi est meta; ab illa meta ad montem regis; ab illo monte ad metam terre Hoholt Comitis proprie; ab illa meta ad aliam sub piro inter vineas; ab illo pyro ad aquam Lyndua; a Lyndua ad terram filiorum Wolkoslov; deinde transit ad quendam fontem nomine Stoyzloyka, et ibi terminatur. Ne igitur super vendicione pretaxata inter partes iam dictas uel earum heredes valeat in futuro questio suboriri, ad instanciam partis utriusque presens conscribi dignum duximus priuilegium nostri roboratum sigilli munimine, in dicte vendicionis testimonium et munimen. Datum Vvesprimij per manus Magistri Johannis Lectoris nostri, anno gracie M° CC° XXX° VI°. Reuerendo domino et patre nostro Bartholomeo Episcopo, Cazmero Preposito, Johanne Cantore, Mathia Cusode existentibus.

A B C D

(Az eredeti bőrhártyán pecsét nélkül a budai k. kamarai levéltárban.

11.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Belko bizonyos földeket Wogsa fiainak eladott. 1236.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Zagrabiensis Ecclesie Capitulum salutem in uero salutari. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Belko ex vna parte, et ex alia Damal et Iwan fili Wogsa ad nostram accedentes presenciam nobis intimauerunt, quod Endrey et Sepina de genere ipsorum dicto Selk terram suam nomine Ebus pro ducentis pensis argenti uendidissent. Item aliam terram Zbogcina idem Iwan et Damald prefato Selk pro trecentis pensis dixerunt se uendidisse. Item aliam terram Zbogcina Orisco et Sarcas filij Sarcas pro ducentis pensis se uendidisse dicto Selk sunt protestati. Ad maiorem uero certitudinem prefati uiri, qui scriptas terras uendiderunt, fideiussores statuerunt Crachun et Floryan filios Crachun, Cristan filium Zeuchey, Woychin filium Peter de Zagoria, Stephanus filium Radus, Wychen filium Wolchech, Martyn filium Nezdesa, Iwahen filium Moncha, Iwan filium Binch, Damasc filium Thomas, Wolchka filium Isan, Wlchizlau filium Ginbrina. Mete uero dictarum terrarum ita sunt site: Prima meta incipit ab oriente de monte, per quem uia transit, et iuxta uiam meta est terrea, quam metam tenent cum populis castri, qui uocatur Bolotyn; et inde descendit in uallem, et ascendit ad montem, ubi sunt due mete terree; et inde cadit ad paruam uallem, et tendit ad duas metas, que sunt iuxta uiam; et per eandem uiam tendit ad occidentem ad metam, que est sub arbore populea, et tenet metam cum populis castri, qui uocatur Macolsyn; et inde uadit ad paruam uallem, et ascendit superius ad duas metas, que sunt sub arbore *tulfa;* et inde tendit ad magnam uallem, in qua est riuus nomine Sabigc, et per eandem aquam tendit ad magnam uiam, et ibi sunt due mete, in quibus est arbor *keurus;* et de illis duabus metis per eandem tendit ad septemtrionem in magnam

siluam, et peruenit ad flumen, quod vocatur Cirinik, et ibi est meta iuxta aquam, et metam tenet cum iobagione castri, qui uocatur Zulich, et per eandem aquam, que currit per silvam, tendit ad orientem, et peruenit ad metam castri, que uocatur Polona; et inde per flumen Cyrynych tendit ad riuum Obrusiensem; et per eundem riuum tendit ad priorem metam. Item meta terre, quam Iwan et Damald uendiderunt, incipit ad meridiem per riuum Obrys, et uadit ad magnam siluam usque ad flumen Chernych; et per eandem aquam tendit usque ad terram Episcopi, et ibi meta est sub arbore *zylfa*; et inde tendit ad campum, et ibi est meta sub arbore *tulfa*; et per eundem campum uadit ad magnam uiam, et ibi sunt due mete, una est Episcopi, altera Selconis; et in magna uia transit ad montem; et inde tendit ad maiorem uiam Worosdiensem, ibi enim deficit meta Episcopi; et de magna uia procedit ad metam, que est sub parua arbore *bacatya* iuxta terram Zelco; et inde descendit ad magnam uallem, ubi est caput fluuij; et inde ascendit ad uiam ad occidentem, et procedit ad metam priorem, ubi est caput fluuij Obriensis. Terra uero, quam Orisco et Sarcas uendiderunt, sic metis est signata: Prima meta incipit iuxta magnam uiam de parte occidentali; et iuxta metam est caput parui fontis, qui currit ad riuum Globucy in magnam uallem; et inde ascendit in montem, ubi est meta sub arbore *bicfa*; et inde transit ultra uiam ad uiam, que est sub *bicfa*; et inde descendit in uallem, in qua est meta sub arbore *tulfa*, et uadit ad aliam aquam Globusciz; et per illam aquam tendit superius ad meridiem, et uadit superius ad uiam; et per eandem uiam ueniet ad magnam siluam, et cadit iterum ad magnam uiam; et inde per paruam uiam tendit ad occidentem, et ibi sunt mete in silua per arbores mete signate; et inde procedit per montes et ualles usque ad aquam Bynna, et ibi est iuxta aquam puteus crucis, et metam tenens cum Comite Goiden; et inde procedit superius iuxta aquam Bigna, et tendit usque ad terram castri, que uocatur Beletyncy, et ibi sunt due mete ultra aquam Bigna; et inde ascendit ad magnum montem, et ibi est meta sub arbore *bicfa*; et per eundem montem ueniet ad aliam metam, que est *ihorfa*, et est meta alia, et de parte occidentali super eundem montem est meta sub arbore *gertanfa*, et inde ueniet ad priorem me-

tam usque ad caput fluuii Obris. Et ut ratum hoc et firmum permaneat litteras nostras contulimus super hoc sigilli nostri munimine roboratas. Secundo Stephano Episcopo Zagrabiensi existente, Fila Preposito, Pangracio Cantore, Johanne Lectore, Gregorio Custode, Petro Decano, et alijs multis. Anno gracie M° CC° XXX° VI°.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét már elveszett, a főmélt. herczeg Eszterházy család levéltárában.)

12.

Robert esztergami érsek és kiküldött bírótársai az As nevű földön a királyi lovászok által felállított határjeleket lerontatván, azt az esztergami egyháznak visszaadják. 1236.

Robertus Dei gracia Strigoniensis Archiepiscopus, Sebes Comes Nitriensis, Andreas Ruphus, Zobozlaus, Micche, Zochyt Comites, et alij coniudices eorumdem, a domino Bela illustri Rege Hungarie ad revocandas perpetuitates in Strigoniensi Diocessi constituti, vniversis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino Jesu Christo. Vniversitatj vestre tenore presencium volumus fierj manifestum, quod fratres Strigoniensis Capituli ad nostram accedentes presenciam, conqnesti sunt nobis de agasonibus domini Regis de uilla Louaz, dicentes, quod iidem agasones destructis metis antiquis, terram ad quatuor aratra de terra Ass Ecclesie Strigoniensis, contra Deum et iustitiam abstulerunt. Nos igitur iuxta mandatum domini Regis nobis iniunctum, sicut decebat, a nostris coniudicibus et a vicinis et conterminis dicte terre super hoc inquisita diligencius veritate; quia constitit nobis per eosdem coniudices nostros et vicinos et conterminos predicte terre, ipsam terram esse et fuisse terram Strigoniensis Ecclesie ab antiquo; per Alexandrum Comitem, unum ex nobis, metas nouas, quas agasones antedicti contra iusticiam

erexerant, destruj fecimus, et secundum metas ueteres per eundem Comitem limitarj prenominatam terram et assignari et restituj Ecclesie antedicte. In cuius rei testimonium presentes dedimus litteras nostrorum sigillorum munimine roboratas. Actum anno ab Incarnacione Domini M° CC° XXX° sexto, mense Junio.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 434. l.)

13.

Bertalan veszprémi püspök és kiküldött bírótársai Somogy megyében Borhold helységnek birtokviszonyairól itélnek. 1236.

Bartolomeus Dei gracia Episcopus Vesprimiensis, Ladizlaus Comes Symigiensis, Iseph Magister, Ladizlaus Comes, Mychael Comes, Martinus, Jacobus, Johannes, Herricus, Bot, Luca et alij eorum socii, inquisitores de terris in Simigio; omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire, quod cum essemus inquisitores veritatis in Parrochia Simigiensi super terris et alijs iuribus Ecclesiarum, serviencium Regis, castrensium, vduarnicorum, populorum Regine, a domino Bela Rege constituti, ad villam Borhod accessimus, et ibidem multorum proborum virorum testimonio occulta, suptilique ac indaganti invenimus inquisicione, quod Georgius Comes filius Mour trecenta et decem iugera terre campestria, et quadraginta iugera terre, quod uulgo dicitur *teluc* habuit; vineas quoque quatuor; et siluam in duobus locis, vnam que vocatur *ders*, et aliam que vocatur *michedeus* (igy), et fenetum in quatuor locis, de quibus sibi per castrenses de eadem villa contradicebatur, quas ab antico iuste et quiete possedit, et libere et inconcusse possidere debuit. Vnde nos scientes rei veritatem, quod omnia supra dicta ad prefatum Georgium Comitem iure hereditario pertineant,

easdem in pace et quiete eidem reliquimus possidendas; intrommittentes evm in possessionem per hominem Regis nomine Lvstacium filium Johannis de genere Gutkeled. Ad huius igitur facti memoriam pleniorem et inviolabile firmamentum litteras nostras dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Simigij unno Domini M° CC° XXX° sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről egykor nyolcz pecsét hártyazsinegen függött, de négy már elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

14.

Ugyanazok Zala megyében Mihály mestert birtokában itéletileg megerősítik. 1236.

Bartolomeus Dei gracia Episcopus Vesprimiensis, Arnoldus Comes Saladiensis, Ladizlaus Comes, Magister Zlandus Lector Albensis Ecclesie, Rednaldus, Tiburcius, Marcus, Bata, Elias, Enoc et Damassa Comites omnibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Domino Jesu Christo. Ad uniuersorum uolumus peruenire noticiam, quod cum essemus inquisitores ueritatis in Parrochia Zaladiensi super terris, uineis, et super aliis iuribus Ecclesiarum, seruientum Regis, castrensium, vduornicorum, populorum Regine, et aliarum diuersarum condicionum ab Illustri Rege Bele constituti, accessimus ad terram Magistri Michaelis, sitam inter Drauam et Muram, et ibidem multorum testimonio et occulta subtilique inuenimus inquisicione, quod dicta terra fuerat quondam Rapolti et Sulc, sed ipsi amiserunt pro interfeccione cuiusdam nobilis de partibus illis, videlicet Fridrici; sed scientes omnem ueritatem nos, quod terra illa fuerat a Magistro Micaele de iure possessa, sibi restituimus perpetualiter possidendam; introducentes ipsum in possessionem eiusdem terre per Magistrum Mathiam Canonicum Quinqueecclesiensem hominem Regis. Et ut hoc sibi stabile et firmum possit permanere, et nullo

unquam tempore calumpnia aliqua retractari, concessimus ad hoc presentes litteras munimine nostrorum sigillorum roboratas, anno Domini M° CC° XXX° VI°.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsétek elvesztek, a budai k. kamarai levéltárban.)

15.

Kázmér veszprémi prépost és kiküldött birótársai Zalamegyében Hohold comesnek birtokjogosítványairól itélnek. 1236.

Cazmerius Prepositus Vesprimiensis, Arnoldus Comes Zaladiensis, Rednaldus, Trepk, Marcus, Luchas et Vitalis Comites vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod cum nos a domino Bela Illustri Rege in Comitatu Zaladiensi super terris castrensium vduornicorum Regis, populorum Regine, seruientum Regis, Ecclesiarum et aliarum diuersarum condicionum iudices et inquisitores ueritatis essemus constituti, sciuimus in ueritate, quod Comes Hoholdus habet terram iustam et legitimam empticiam a filijs Bagya, Johanne scilicet et Jacobo, ad duo aratra sufficientem, inter terram Chybyt iobagionis castri, et terram ville noue curie Cruciferorum Domus Hospitalis iacentem; agnitaque plena ueritate terram eandem dicto Comiti Hoholdo, et postea suis successoribus perpetuo ac pacifice possidendam permisimus, nullo mediante et contradicente. Ne igitur labente tempore factum tale possit in irritum reuocari, nostras eidem H. Comiti litteras concessimus, sigilli nostri munimiue roboratas. Anno gracie M° CC° XXX° VI°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről 7 pecsét hártyazsinegen függött, de ezek közt csak az első, a prépost-é megvan még, a budai kir. kamarai levéltárban.)

16.

Ender pozsonyi főispán és kiküldött birótársai Monar helységnek lakosai s Monch esperest és testvérei közt itéletet hoznak. 1236.

Johannes Posoniensis Prepositus totumque eiusdem loci Capitulum omnibus presentem paginam intuentibus salutem in Domino. Vniuersitati vestre harum serie innotescat litterarum, quod cum diutina controuersia tempore Illustris Bele Regis, Andree Regis filij, in audiencia Andree Posoniensis Comitis filii Seraphini, vice Regis qualitates terrarum in Comitatu Posoniensi constitutarum iudicantis, inter villanos de Monar, videlicet Sena, Gyr, Bon, Chama, Chepan, Chakan et alios ex una parte, et Monch Decanum suosque fratres, videlicet Hyze et Gregorium ex alia parte, super quodam predio Monar nomine, quod idem Monch et fratres sui predictorum villanorum terris contiguum, antiquitus et iure hereditario possederant, grauius uerteretur; multis hinc inde deductis racionibus, dictante demum sentencia idem Andreas Comes constituit, quod Manch (igy), suique fratres ius hereditarium, quod se in terra, de qua lis agebatur, habere proponebant, circumsedentibus et honestis comprobarent testibus. Productis igitur multis ac ydoneis testibus castri jobagionibus, videlicet Kotov, Geel, Fyle, Bodo, Bochk, Cosma et aliis quam pluribus, tam jobagionibus castri, quam aliis nobilibus, coacti sunt a iudice Sebus Comitem et Buken propter maiorem negocii euidenciam in testimonium producere. Sed cum Sebus Comes Regis et Regni negociis detineretur, tempore iuramenti fratrem suum Buken Comitem destinauit. Qui cum in nostro monasterio paratus esset iurare, sepedicti castrenses perpendentes, se ordine iudiciario condempnari, personis ydoneis interpositis ad hanc composicionem deuenerunt, quod terram, quam a Monch Decano suisque fratribus iniuste repetebant, libere atque pacifice permiserunt possidere. Ita tamen, quod medietatem iudicii iudicem contingentis Monch cum suis fra-

tribus solueret, residua uero medietas sepedictis castrensibus cederet persoluenda. Incipit autem terre illius meta ab oriente, et metatur cum castrensibus predictis; in plaga uero meridionali metatur cum villa Buken Comitis, que Checlez uocatur; in occidente uero cum villa vduornicorum, et a septemtrione metata est cum terra Sebus Comitis. Hiis itaque omnibus ordine, quo diximus, peractis, Comes Andreas hominem suum Stephanum, quem cause pristaldum prefecerat una cum partibus utrisque ad nostram et fratrum Posonii presenciam direxit, attente postulans, ut rei geste, ne tractu temporis cuiuspiam calumpnia infirmaret, sigilli nostri apponeremus munimentum. Vnde nos ad eius et parcium iustarum precum instanciam, sane quia eiusdem Comitis sigillum litteris appensum sumus intuiti, litteras has sigillorum nostrorum robore communiuimus. Anno verbi incarnati M° CC° XXX° sexto.

(Roland nádor és Vincze nyitrai püspöknek, mint kiküldött biráknak 1255-ki jóváhagyó itéletéből mint alább.)

17.

A kiküldött királyi bírák a barsmegyei várjobbágyok és a Garam melletti sz. benedeki apát közti, kovácsi birtokra vonatkozó pert elintézik. 1236.

Nos Judices terrarum Comes Alexander, Comes Zochet, Comes Benete et Ozyas Archidiaconus Waciensis, constituti a domino Rege Bela in provincia Borsiensi, notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod yobagiones castri Borsiensis de villa Crusan, scilicet Pousa et sui consanquinei de eadem uilla, Abbatem Cosmam Ecclesie Beati Benedicti et yobagiones eiusdem Ecclesie coram nobis in causam traxerunt, dicentes, ut in uilla Cuachc, que est Sancti Benedicti, terram eorum hereditariam, ad duo aratra, uiolenter occupassent. Dictus uero Abbas cum suis jobagionibus eisdem contradicens

nil juris illos in predicta villa habere asserebat, quod et priuilegio eiusdem Ecclesie coram nobis declarauit. Nos uero solo priuilegij non contenti testimonio, decreuimus, sibi prefato Abbati cum duobus fratribus suis, quos aduersa pars eligeret, super librum regularum Sancti Benedicti manus imponentes, sacramentum Deo prestare indiximus, et duobus jobagionibus dicte Ecclesie, super predicta terra stantes, et terram super capita eorum ponentes, juramentum adiudicauimus, qui eciam in die juramenti secundum nostram censuram manifeste sacramentum Deo prestiterunt, et suos adversarios, scilicet Pousam et suos cognatos iniuste dixisse cognouimus. Idcirco dictam terram sepedicte Ecclesie cum metis assignantes restituimus. Ne autem inposterum super hoc aliquis processu temporum lites ualeat excitare, ad preces sepefati Abbatis et jobagionum eius litteras presentes sigillorum nostrorum munimine roboratas concessimus. Anno uerbi incarnati M° CC° XXX° VI°.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 485. l.)

18.

IV. Béla királynak okmánya, melylyel a belakuti apátságot alapítja. 1237.

Bela Dei gracia Rex Hungarie vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Que Ecclesiarum uel ecclesiasticorum uirorum vsibus per fidelium donacionem offeruntur, in ius non tam humanum, quam Diuinum cedere dinoscuntur, quia in eorum collacione non fauor humanus, uel rei transitorie, sed eterne remuneracionis premium expectatur. Vnde tanto firmius et inreuocabilius robur optinent, quanto his cui pro cuius remedio conferuntur, durabiliora, ymmo sunt perpetuo duratura. Cum igitur omnis potestas sit a Deo, Reges et Principes ecclesiasticis utilitatibus summo opere debent

diligenter intendere, vt caduca transmutent sempiternis, et de mammona iniquitatis amicos facientes, cum defecerint, in eterna tabernacula recipi mereantur. Hac nimirum consideracione prouocati Conuentum monachorum Cystercyensis Ordinis de monasterio Triumpontium de Campanya in Hungariam transmitti peciimus, quibus locum, qui Vkurd wlgariter appellatur, ad monasterii edificacionem deputauimus, et ne eos, qui in eodem loco Deo in religionis habitu famulantur, propter defectum temporalium, sine quibus in hoc mortali corpore constituti non possunt sustentari, detrimentum pati contingeret, quasdam possessiones eidem Ecclesie contulimus perpetuo possidendas. In Comitatu Syrimensi de possessionibus hereditariis quondam Petri filij Gurwey, que sua infidelitate exigente, quia crimen lese Maiestatis matrem nostram occidendo commiserat, ad manus Regias fuerunt deuolute; inprimis ipsum locum, vbi monasterium est constructum, qui antea Vkurd, sed modo Belefons appellatur, cum omnibus suis pertinenciis, scilicet vineis, silvis, agris et pratis, et terris arabilibus, cum parte Danubii fluentis super terram illam, et cum viginti quinque villis sub vna meta existentibus, quarum nomina sunt hec: villa Comonch, villa Chuda, villa Achad, villa Theutonicorum, villa Bratach, villa Ineud, villa Lazar, villa Vkurd, due ville Monorous, villa Lesemer, viila Luaz, villa Cherwet, villa Erdeol, villa Warolea, et villa Furny cum insula, villa Perben cum piscina bona, et viginti duabus mansionibus servorum piscatorum, villa Scepfolu, villa Oziun, villa Haranch, villa Pokoy, villa Bratycha, villa Comolous, villa Steuc, villa Oyfolu. Licet enim pro remedio anime karissime matris nostreomnes possessiones prefati Petri, cuius detestabili crimine fuerat interfecta, Dei Ecclesiis conferri ydoneum extitisset racionabiliter, has tamen in perpetuam elemosinam pro redemptione peccatorum anime tam ipsius, quam nostre, dedimus Ecclesie supradicte. Contulimus eciam in Sirmia terram Narad cum omnibus prouentibus, videlicet siluis, et terris cultis, et incultis, aquis, et pratis. Dedimus eciam eidem in Petend octo mansiones seruorum vinitorum cum terris suis, et quinque vineas super terra Nycolay filii Teodori, quas iidem vinitores tenentur colere, et vindemiare annuatim ad integrum in propriis sumptibus, et vinum earundem vinearum portare

ad claustrum tali modo, quod vinum purum, quod pedibus bene exprimi potest, recipiat Ecclesia, et quod in torculari torquebitur, habeant ijdem vinitores. Contulimus eciam eidem Ecclesie in Sirmia vineam, quam emimus propria pecunia de Mychaele officiali Botez, que vinea in terra Abbatis de Dombo sita est. Cybriones vero de eadem vinea provenientes, quia non ad Abbatem, sed ad Regiam Maiestatem pertinebant, concessimus, ut nemini soluere teneatur. Item contulimus eidem Ecclesie vltra Danubium possessionem, que vocatur Peturwarad, et Regale palacium ibidem constitutum cum omnibus pertinenciis suis, scilicet silvis, aquis, piscinis et insulis, terris cultis et incultis, cum tribus villis, quarum due vocantur Zoyl, et tercia Bywolon, ipsas eciam cum terris eis appendentibus, que de possessionibus fuerant Petri de prenotato crimine condemnati. Preter villam vdwornicorum, qui ultra fossatum commorantur, et inter villam ipsorum et Abbatis est constructa ecclesia Sancti Petri. Contulimus eciam terram Chemey eidem Ecclesie, quam propria pecunia emimus ab Andrea filio Mychaelis. Item contulimus eidem Ecclesie villam Bata, que fuit Mychaelis filii Opudini pro eo, quod serviens Abbatis est ibidem interfectus, et postmodum de infidelitate eorum Regni Magnatibus est conuictus, cum omni terra ad ipsum pertinente. Contulimus eciam eidem Ecclesie villam, que vocatur Sawar, a castro Bachyensi exemptam, cum terra sibi appendente in silvis, et in pratis, et in terris cultis et incultis, et triginta mansionibus aratorum, quibus Ecclesia Belefontis modum seruiendi ordinauit in hunc modum: quod liberi sint a servicio aratri, sed quelibet mansio tenetur annuatim solvere Ecclesie vnum fertonem, et quadraginta acones de annona non propria, sed Abbatis et ad monasterium deportare, et tenentur gallinam unam dare singule mansiones. Item contulimus eidem Ecclesie tres villas in Comitatu Bachyensi constitutas, sed ad castrum Budruginense pertinentes, que propter locorum distanciam eidem quasi inutiles habebantur; quarum una vocatur Oronati, alia Coochka, tercia Pyros cum omnibus terris earum, quarum habitatores ab Ecclesie subieccione non possunt recedere, nec Ecclesia valet eos vltra consuetum debitum aggrauare, omni autem anno, quelibet mansio tenetur dare octo acones puri frumenti, et quilibet aco

continet quinque cubulos Syrmienses, dummodo fames valida non contingat; insuper et vnam gallinam, et vnam scutellam, et duos denarios; et hec omnia tenentur portare in Warod in clycium Ecclesie, sed non tenentur transire Danubium. Item contulimus eidem Ecclesie villam, que vocatur Borica, que fuit Dyonisij Comitis Palatini, qui de Regni dilapidacione, et infidelitate euidenter est conuictus, cum terris, aquis, pratis, piscinis et insulis ad eandem villam pertinentibus. Contulimus insuper eidem Ecclesie de consensu venerabilis patris Roberti Strigoniensis Archiepiscopi plebanias vtriusque Pesth, cum patronatibus, et omnibus prouentibus in decimis maioribus, et minutis, et capellis. Item contulimus eidem Ecclesie quinque tymynos salium soluendos in Scegued annuatim ad usum fratrum, qui in eodem monasterio commorantur. Porro omnes possessiones prenotatas contulimus eidem Ecclesie tali libertate: ut populi eas inhabitantes, uel qui in posterum inhabitare uoluerint, liberi sint ab omni tributo, et exaccione in toto Regno Hungarie, nec audeant ibi monetarii, uel collectores descendere, sed ad forum ipsorum, sicut ad alia fora uenire valeant, et suum officium modo debito exercere. Verum si collectam Rex in Regno indixerit, sive pro redempcione monete, que recepta non fuerit, siue lucrum camere, vel quocunque alio nomiue censeatur, jobagiones predicte Ecclesie a Regali collecta penitus sint liberi et immunes, sed medietas illius quantitatis, que ab aliis recepta fuerit, a jobagionibus Ecclesie Abbati persolvatur, medietas uero eisdem jobagionibus remittatur. Omnes autem causas inter jobagiones Ecclesie emergentes Curialis Comes ipsius iudicet, et decidat; nisi forte pena sanguinis, vel suspensionis debeat exerceri, quia tunc exequucio sentencie ad Comitem Parrochyanum pertinebit. Si uero aliqui de eodem Comitatu, in quo populus Ecclesie permanet, cum eisdem coram Comite in causis, que ad Comitis cognicionem pertinent, agere uoluerint, Comes, uel qui eius vices gesserit, una cum Comite Curiali Ecclesie iudicare teneatur. In negocijs uero Monasterii Palatinum, vel Judicem Regalis Curie, quem Abbas maluerit, ad eius peticionem Rex assignet, et nullus alius audeat iudicare. Si quis autem cum Abbate, vel super aliqua causa, que ipsum monasterium contingit, agere voluerit, coram altero solummodo

judicum prenotatorum, quem Abbas elegerit, agendi habeat facultatem. Porro fratres eiusdem Ecclesie per totam Hungariam libere, et absque tributo possint vendere et emere, et transire vbicunque voluerint. Verum omnes cybriones, qui in terra Narad, uel in omnibus aliis terris, et vineis eidem Abbati collatis Regi uel Comiti debebantur, contulimus eidem Ecclesie tam de vineis propriis, quam eciam alienis in terris ipsorum constitutis, ita, quod de singulis cybrionibus dimidius ferto persolvatur. Volumus eciam et statuimus, quod sepedictum monasterium Belefontis quoad ius patronatus immediate ad Regem pertineat, qui pro tempore fuerit Diuina gracia constitutus. Vt igitur hec nostre donacionis pagina inuiolabiliter in posterum perseueret, eam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Sebus anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, octauo kalendas Julii, Regni autem nostri anno secundo.

(V. István királynak 1279-ki megerősítő okmányából, melynek a Kw-i káptalan által 1385. készült átirata eredetiben a budai k. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 68. l.)

19.

IV. Béla király átírja III. Incze pápának bulláját, melylyel a pannonhalmi apátság számára sz. István király alapító okmánya megerősíttetett. 1237.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Bela Dei gracia Hungarie, Croachie, Dalmacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex in perpetuum. Urias Abbas Monasterij Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie a nobis deuote peciit instanter, ut priuilegia, que pro immunitatibus et libertatibus predicti Monasterij a Sede Apostolica habuit, transscribi faceremus, et eorum exemplaria nostri sigilli karactere muniremus. Quia cum frequenter ad diuersa trahantur

iudicia, periculosum existeret propter uiarum discrimina et alia contingencia, in quibuscunque iudiciis principale priuilegium exhibere. Nos igitur ipsius iustis precibus grato concurrentes assensu, annotacionem domini Innocencij Pape tercij super priuilegio felicis recordacionis Sancti Regis Stephani, et sentenciam eiusdem domini I. Pape latam contra Episcopum Vesprimiensem pro decimis Simigiensis Comitatus, per fidelem Cancellarium nostrum Mathiam Prepositum Zagrabiensem inspici fecimus et rescribi, atque sigilli nostri munimine insigniri. Quorum tenor talis est :

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei stb. (következik III. Incze pápának 1215-ki bullája, mint a jelen gyűjtemény I. kötetében 228. sz. a.)

(Eredetie a pannonhalmi főapátságnak levéltárában.)

20.

IV. Béla király az esztergami egyházat Ság és Ebed nevű földek birtokában megerősíti. 1237.

Bela Dei gracia Rex Hungarie omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in uero salutari. Ad noticiam vniuersorum, tam modernorum, quam futurorum, harum serie uolumus peruenire, quod cum Diuina fauente gracia per successionem paternam Regni regimine ad nos deuoluto, superfluas et illicitas donaciones perpetuitatum reuocaremus; quia Ecclesiam Strigoniensem in omnibus, in quibus possumus, diligere intendimus, duas terras Castri nomine Sag et Ebed, quas pie memorie Andreas Rex, pater noster, antea prefate Ecclesie contulerat, nos cognita quantitate et qualitate illarum; per Lucam Comitem de Hunth, fidelem nostrum, terram Sag, ad Castrum Hunth pertinentem, que potest sufficere usui duorum aratrorum et dimidij, et locum molendini super aquam Ipul

et fenetum; terram uero Ebed ad Castrum Golguoch pertinentem, ad octo aratra sufficientem, et fenetum in septuaginta iugeribus, et piscinam cum loco piscature, quod uulgo *tona* dicitur, et insulam communem cum aliis multis, ubi sunt virgulta, et viginti septem piri silvestris arbores, ab illis Castris exemtas, eidem Ecclesie contulimus, iure perpetuo possidendas. Vt igitur huius nostre concessionis series salua et inconcussa permaneat; presentem paginam dupplicis sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum in Zoulom anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, tercio decimo kalendas Decembris. Regni autem nostri anno tercio.

(Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 435. l.)

21.

IV. Béla király a Garam melletti sz. benedeki monostort a Zólyomi főispán ellenében három helységből járó vámharmadnak birtokában megerősíti. 1237.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex, omnibus Christi fidelibus paginam presentem inspecturis salutem in uero salutarj. Ea, que legitime ordinantur, firma debent et perpetua permanere; et ne in rediciue questionis scrupulum relabantur, authoritate Regia conuenit comunirj. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum tenore uolumus peruenire, quod accedentibus ad presenciam nostram Abbate et Conuentu Monasterij Sancti Benedicti de Grana, grauem eorumdem recepimus querimoniam contra Comitem nostrum de Zolum super eo, quod idem terciam partem tributi de tribus uillis, Geznecha scilicet, Gelednek et Cristur, ad ipsorum monasterium pertinentem, occasione duarum parcium eiusdem tributi, que

ad nos pertinent, sibi usurparet. Cum ergo nobis constitisset ad plenum, terciam partem memorati tributi ad monasterium antefatum pertinere; eidem duximus restituendam, iure perpetuo quiete et pacifice ab eodem possidendam. Vt ergo memorata restitucio, legitime facta, salua semper et inconcussa permaneat, nec possit ab aliquo imposterum iam tociens dictum monasterium inquietari super ipso, seu molestari; presentes in perpetuam rei firmitatem, litteras duximus concedendas, dupplicis sigilli nostrj munimine perenniter roboratas. Datum in Zolum anno gracie millesimo CC° XXX° septimo, XXII° kalendas Decembris, Regni autem nostri anno tercio.

(Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 437. l.)

22.

IV. Béla király megerősíti Saulus, János fiának birtokállapotát. 1237.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Ad uniuersorum presencium ac posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Saulus filius Johannis de Insula ad nostram accedens presenciam, humiliter nobis et instanter supplicando flagitauit, vt cum idem super terre sue negocijs per judices terrarum in Comitatu Posoniensi per nos constitutos sepe et sepius fuisset molestatus, quam, vt dicebat, terram ab ipso ijdem judices in magna quantitate abstulerant, et castro restituerant; terram, quam sibi relinquendam duxerunt, ne vlterius molestaretur pro eadem, nostris sibi litteris dignaremur confirmare. Nos vero solito benignitatis nostre fauore ipsius peticionem, que justiciam continebat, intendentes admittere, dilectis et fidelibus nostris I. Preposito et A. Comiti Posoniensi dedimus in mandatis dili-

genter, vt in sua fide, qua Deo et nobis tenentur, studerent intimare, quantum terre predicto S. esset relicta de sua et suorum coniudicum consciencia. Qui nobis, licet singulariter in diuersis litteris, et sub suo quilibet sigillo nobis non incognito sub eodem omnino tenore et serie verborum rescripserunt. Littere autem dicti Comitis erant sub hac forma:

Reuerendo domino suo B. Dei gracia Regi stb. (mint alább 30. sz. a.)

Littere quoque Prepositi memorati litteris Comitis memorati omnino concordabant.

Nos autem tenorem litterarum ipsarum diligenter acceptantes, terram S. prefati et fratrum eius litteris presentibus duplici sigillo nostro roboratis, tam sibi, quam suorum heredibus, et heredum successoribus duximus perpetuo confirmandum; silencium quibuslibet impeditoribus (így) super hoc perpetuum imponendo. Datum in Zotmar anno gracie M° CC° tricesimo octauo, tercio kalendas Octobris, anno, anno vero Regni nostri tercio.

(A győri káptalannak 1400-ki „in festo BB. Philippi et Jacobi Apostolorum“ kelt átiratából, melyet „nobilis domina Barbara vocata relicta, et Sigismundus filius Alexandri de Gwrgetegh, Mathius filius Mathius, Jacobus filius Jacobi, Ladizlaus filius Stephani de eadem Gwrgetegh, et Ladizlaus filius Jochannis de Kelechy“ kértek, a budai kir. kamarai levéltárban.)

23.

IV. Béla királynak rendelete Arnold zalamegyei föispánhoz, Goztolya helység határai fenntartásának tárgyában, melynek folytán Arnold föispán ott határjárást tart. 1237.

— — Prefatus Georgius in sua et predicti Johannis personis quasdam duas litteras, vnam domini Bele olim Regis Hungarie clausam annum sue emanacionis non habentem; et secundam Arnoldi Comitis Zaladiensis in anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo confectam nobis presentauit. In quarum vnius, videlicet ipsius domini Bele Regis littere continencia Comiti Arnoldo transmissa inter cetera habebatur; quod accedens ad presenciam ipsius domini Bele Regis Comes Panus sibi conquerendo dixisset, quod Haholdus Comes composicionem per ipsum Comitem Arnoldum factam et ordinatam transgrediens, metas terre sue Gostolia, prout in litteris suis Regalibus contineretur, per fidelem capellanum suum Paulum sacerdotem ipso Comite Arnoldo presente assignatas, destruxisset; vnde ipse dominus Bela Rex hys perceptis eidem Comiti Arnoldo mandasset, quatenus visis eisdem litteris suis ad dictam terram personaliter accederet cum prenotato Paulo sacerdote, et si dictum Haholdum Comitem aliquid contra composicionem factam fecisse videret, moneret hoc in melius reformari; alioquin eidem terminum assignaret coram Sua Regia Excellencia comparendi competentem, et super premissis contra Panus Comitem respondendi, et citacionem in presenciam suam Regiam factam cum rei serię sibi in suis litteris ipse Comes Arnoldus fideliter intimaret. In secunde vero, scilicet ipsius Arnoldi Comitis Zaladiensis littere priuilegialis tenore inter alia habebatur, quod dominus Bela Rex per litteras suas ipsi Comiti Arnoldo precepisset, vt ad terram Panus de Goztolya, quam terram antecessores sui descendissent, de qua terra Panus predicto domino Bele Regi fuisset conquestus, quod ab eo ipsam terram idem Comes Arnoldus voluisset auferre; ipse vero Comes

Arnoldus conuocatis jobagionibus castri ad dictam terram accessissent, et cum multis alijs eciam circumquaque adiacentibus vicinis, metas illius terre ipse Comes Arnoldus circuisset. Cuius prima meta terre inciperet ab oriente in fine vinearum Nempty prope arborem sorbelli, et ibi teneret metam cum villa Batnyk; deinde iret ad vallem, et de valle iret inferius ad viam, et ibi teneret metam cum villa Prathnyk; deinde transiret viam, et haberet metam cum villa Radusta; postea iret inferius in vna valle inter duas metas, et descenderet inferius, et transiret magnam vallem per medium, et ibi teneret metam de villa Radusta; et deinde iret inter duas vineas alte ad magnam viam ad meridiem, et ibi teneret metam cum villa Radusta; et per eandem viam iret ad caput fagi; et deinde tenderet ad montem Regis, et ibi teneret metam cum Comite Hahold; et inde iret ad magnum montem, et tenderet ad aquilonem per magnam vallem; et inde transiret et ascenderet ad viam magnam, et ibi teneret metam cum villa Radwan; et inde iret ad partes Nemith per magnam viam, et in eadem via essent due mete, et ibi teneret metas cum Nemith; et inde descenderet ad Lipponik, et transiret Liponicum, et iret per vallem, et asccnderet per montem, et ibi essent mete, et tenerent metam cum Nemith; et inde descenderet per longam vallem, et per eandem vallem intraret ad aliam vallem, et ibi teneret metam cum terris Dwgluse; et inde iret alte, et in capite vallis esset vna via, et in via esset meta, et teneret metam eciam cum terris Dwgluse, et per eandem viam iret ad prenominatas metas dicti sorbelli. Et cum dictas metas jobagiones castri et vicini non contradixissent, super hoc ipse Comes Arnoldus dedisset litteras suas Pano dicto memoriales sub suo sigillo eamanatas. — — —

(Konth Miklós nádornak 1360-ki itéletleveléből, mely a Gosztolyai György és János, s Miklós, István bánnak fia, és a királyné főtárnokmestere közti Gosztolya birtok határaiia nézve keletkezett egyességet megerősíti, s mely a mélt. báró Mednyánszky család beczkói levéltárában őriztetik.)

24.

Kálmán galicziai király és szlavoniai herczeg birtokcserét tevén Abraham comessel, ezt Pukur (Pakracz) birtokában megerősíti. 1237.

C. Dei gracia Rex et Dux tocius Sclauonie vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Nouerint vniuersi quibus scire expedierit, quod cum frater noster Bela Rex Illustrissimus Hungarie, et nos de communi consilio Regni vniuersas perpetuitates superflue et inutiliter factas reuocandas decreuissemus et reuocassemus ab omnibus; specialiter eciam ab Abraam Comite filio Marcelli Comitis terras suas, si que fuerant ultra Drauam, et nos recepimus, preter terram Pukur cum suis pertinencijs, quam sibi et per eum suis heredibus perpetuo statuimus possidendam, pro suis terris omnibus empticijs, que fuerant nobis necessarie, et quas idem Abraam Comes nobis de bona uoluntate sua pro bono gracie nostre possidendas reliquit. Et prima meta ipsius terre Pukur, sicut per hominem nostrum Fabianum percepimus, incipit super eundem fluuium Pukur, ubi est magna arbor de populo, que uulgo dicitur *narpha*, et ibi tenet metam cum Nadiha; et inde per uiam ascendit iuxta fluuium Iwana a parte orientis usque ad metam filiorum Bodur Comitis, et peruenit ad caput Mechynice minoris, et per eundem descendit usque ad terram filiorum Woycu, et ibi tenet metam cum eisdem; deinde exit de fluuio Mechynica, et descendit per riuulum Chrasnic, et peruenit ad terram Dobrosig; de inde tenet per siluam, per quandam uallem descendit ad fluuium Mechynica; de inde super eundem fluuium descendendo tenet metam cum Garyg, et peruenit ubi Kemenic pothoca descendit in Mechynica, et per eundem Kemenic ascendit usque ad caput, et ibi tenet metam cum Garyg; deinde tendit per riuulum Cuchenur, descendit in predictum fluuium Mechynica, et per Mechynica tendit ad fluuium Soplonica, et per Soplonica inferius tendit, ubi cadit Mogorovc potoca in Soplonica, et ibi relinquendo Garyg, incipit

tenere metam cum terra Gresenicha, et per Soplonica in magno spacio eundo uenit ad duas metas terreas in portu ipsius Soplonica, ubi sunt due arbores *tul* et *nar*, ibi exit ad partem meridionalem per siluam magnam et arbores cruce signatas, tendit ad fluuium Pukur, ubi Muncadburne uocatur; inde per eundem fluuium Pukur tendit superius, et tenet metam cum Petro de Welyca; de inde peruenit ad locum, ubi Pucruch cadit in Pukur; de inde tendit superius et tenet metam cum Abbate de Woyos supra fluuium Pucruch, et de fluuio Pucruch exit, et ascendit per fluuium Welyca pothoca, et ibi tenet metam cum Nadiha; de inde exeundo per Lyscovech pothoca ascendit et tenet metam cum Cruciferis, et ibi sunt mete circa arborem de piro; de inde ascendit per strata Colomani Regis, et peruenit ad metam Nadiha, et ibi separatur de strato supradicto; deinde per uallem descendit in predictum fluuium Pukur ad priorem metam, vnde erat incepta, ibique mete terre supradicte terminantur. Et ne super hoc processu temporis possit aliqua oriri dubietas, litteras nostras de consilio fratris nostri et iobagionum suorum, nec non et iobagionum nostrorum, qui tunc presentes erant, videlicet Opoy Bani, Nicolay Magistri Tauarnicorum, Ladislay Comitis de Sumug, et aliorum, sigilli nostri munimine roboratas dare concessimus. Datum per manus Magistri File Prepositi Zagrabiensis anno ab Incarnacione Domini M° CC° XXX° VIJ°.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

25.

Kálmán galicziai király és szlavoniai herczeg kanczellárjával File zágrábi préposttal és testvéreivel birtokcserét tesz. 1237.

Colomanus Dei gracia Rex et Dux tocius Sclauonie vniuersis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Vniuersitati uestre tenore presencium volumus fieri manifestum, nos cum Magistro Phyla fideli ac dilecto Cancellario nostro, Preposito scilicet Zagrabyensi, nec non cum Thoma Comite de Chay fratre suo, super quadam terra, quam primo ipsis dederamus in Wamus ad uiginti aratra, et super terra Kyliani, que est iuxta eandem, quam ipsi emerant, et super terra Musd a Martino filio Martini de Lypoy similiter eorum empticiam, et non duabus uineis Farcasi fili Cebze, tale fecisse concambium, quod pro recompensacione predicte possessionis et comutacione eiusdem dedimus terram nostram nomine Luder integraliter, et terram nomine Heyreh certis metis ex omni parte distinctam et circumpositam, sicut Botyz Comes eam possederat cum tribus mancipijs, in quibus sunt tredecim hominum capita, libere, quiete et pacifice in perpetuum possidendam. Vt autem hec conuencio rata semper et inrefragabilis permanere ualeat, presentis scripti seriem sigilli nostri munimine contulimus super hoc roboratam, anno gracie M° CC° XXX° VIJ°.

(IV. Béla királynak 1244-ki megerősítő privilegiumából, mint alább.)

26.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele Csák nemzetségbeli Miklós comes végrendeletéről. 1237.

In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Albensis Ecclesie Capitulum vniuersis presentibus et posteris presentes litteras inspecturis salutem in perpetuum. Vir nobilis et illustris Comes Nycolaus, frater Vgrini Archiepiscopi quondam Strigoniensis de genere Chac, cum filio suo primogenito Ysac in presencia nostri constitutus publica in hunc modum retulit assercione :

Ego Comes Nycolaus frater Vgrini, Archiepiscopi quondam Strigoniensis, precauens in futurum dissensiones fortasse, et contenciones inter filios meos futuras uolens preuenire, possessiones meas et facultates testamentaliter distribui : Primam terram, que est iuxta ecclesiam Sancte Crucis, legaui tribus filiis meis in commune, videlicet Ysac primogenito meo, Laurencio, et Johanni, taliter disponendo, ut quilibet eorum super eam terram ad suum uelle edificia constituat; edificia uero juniori filio meo legaui. Et porcionem meam de silua Wertus similiter eisdem in commune legaui, cum sex custodibus siluarum, qui in uilla Ecur conhabitant; de quibus duo, scilicet Gregorium et Jaxam, Ysac legaui, reliquos uero quatuor, scilicet Georgium, Bersam, Zugud. et Miscam duobus minoribus legaui; et ipsam terram Ecur ipsis in commune. Deinde Ysac filio meo inprimis legaui terram Keregj cum septem libertinis, quorum nomina hec sunt : Nychu, Tyvodor, Mogchu, Rodus, Iba, Mogus et Schereda; item legaui eidem terram de uilla Celun absque libertinis. Item eidem legaui terram Vrund cum quatuor libertinis, quorum nomina hec sunt: Eguld, Achold, Buzad et Mathey; item legaui eidem terram Tubogd cum septem libertinis, quorum nomina hec sunt : Incunan, Andereas, Bugur, Ereus, Jacobus, Forcos, et Mochy; item legaui eidem terram Ker cum duobus libertinis, quorum nomina hec sunt: Forna et Tegz; legaui eciam eidem terram Vrse, cum

sex libertinis, quorum nomina Alex, Ysa, Borotk, Endere, Chirus, et Egucha; de inuenticijs meis eidem Ysac legaui duo predia, scilicet Mihal et Kazmer, que mihi supradictus Archiepiscopus Vgrinus donauerat, cum septem libertinis, quorum nomina hec sunt: Fekete, Topa, Mihal, Tipsu, Sumboth, Pentuc, et Vs. Itaque Isac filio meo legaui terras in octo uillis prenominatis, et in eisdem libertinos trigintaquinque inibi nominatos; et preter hos eidem Ysac tres libertinos legaui de Houd, quorum nomina sunt: Clemens, Paulus, et filius Martini; et legaui eidem unum preconem nomine Ogua de uilla Beren. Deinde minoribus filiis meis, Laurencio et Johanni legaui terram Bukud cum vigintiquinque libertinis, quorum nomina hec sunt: Eud, Jegda, Burzv, Ibrahun, Juachun, Ivan, Ivanus, Marquolf, Buda, Turda, Heidereh, Gregor, Guda, Mocog, Forcos, Rela, Chepan, Kelta, Mixa, Yvan, Fenerus, Gebus, Beud, Poznan et Bocon; item legaui eidem terram Petlend cum sex libertinis, quorum nomina sunt: Waroud, Chida, Bedd, Chenka, Pouka et Renka; legaui eciam eis terram de Chacvara; item legaui eisdem terram Waja cum quatuordecim libertinis, quorum nomina: Neurenc eum filio suo Butha, Degur, Reucheg, Vrbanus, Olbert, Vre, Ilia, Besv, Kema, Pousa, Vonc et Yvan; legaui eciam terram Beren cum duobus preconibus, quorum nomina: Tekero et Scemov; legaui eciam terram Chestreg cum quatuordecim libertinis, quorum nomina sunt hec: Demetur, Ban, Egud, Botou, Reuka, Zurugd, Odus, Olpu, Scentus, Puth, Gentus, Benka, Marcus et Jovbos; item legaui eisdem terram Zyman, et terram Zanad, et terram Zuos, et terram Scekozov, et terram Winga, et de Houdu legaui eisdem quinque libertinos, quorum nomina hec sunt: Chegmez, Solomun, Pousa, Chobona, et Kazmer; et de terra, que est apud Sanctam Crucem legaui eisdem duos libertinos, quorum nomina sunt: Modor et Vasard. Item uero de innuenticiis meis legaui eisdem, Laurencio scilicet et Johanni, predium Gveduch, quod supradictus Archiepiscopus mihi condonauerat; item legaui eisdem vineas, quas in Zamard habeo; legaui eciam eisdem de terra Celun sex libertinos, quorum nomina sunt: Euda, Quza, Kerdon, Kereu, Fornos, et Bencus. His distributis terram Houd mihi retinui quamdiu uitam Deus mihi produxerit temporalem; post mortem uero tribus filijs

meis in commune legabo; item retinui mihi trigintaquinque libertinos; quorum septem retinui de uilla Vinga, et eorum nomina hec sunt: Artus, Dreus, Zarand, Kosma, Beneduc, Benus, Rophoen; de uilla Zekzou retinui quatuordecim libertinos, quorum nomina sunt hec: Chekez, Vidus, Vida, Bezer, Victor, Porch, Vros, Nuza, Paul, Geregur, Scuc, Echka, Geche et Petkv; item de uilla Gveduch retinui novem, quorum nomina sunt: Forcos, Vidus, Mortun, Neurenc, Miclous, Marcheu, Chila, Mogus, et Joub; de Houd retinui quatuor, quorum nomina sunt hec: Oth, Gelianus, Chomvz et Cheguereu. Eciam retinui mihi unum preconem nomine Wached de uilla Beren. Et eos omnes trigintaquinque libertinos prenominatos sic proprio retineo arbitrio, ut qualitercunque mee placuerit uoluntati, taliter in ultimis meis disponam. Item habeo tres uillas empticias, quas non pono in distribucione, sed retineo arbitrio meo; quorum nomina sunt hec: Guth, Trucmen et Miclous, cum omnibus suis pertinenciis et familia, ut in vltimis meis cuicunque mihi placuerit, de filijs meis, vel filiabus, vel in eleemosynas liberaliter legabo.

Itaque prescriptus Comes Nycolaus, cum filio suo Isac omnem prescripti seriem testamenti in presencia nostri Capituli scilicet Albensis seriatim asserendo, humaniter postulavit et benigne, ut prescriptum testamentum et enarratum litteris nostris duplicis incisione alphabeti, et sigilli nostri munimimus firmaremus. Nos igitur iuste peticioni consencientes iam dictam seriem testamenti presentibus litteris, et duplicis alphabeti incisione, et sigillo nostro muniuimus in perpetuum. Datum anno gracie M° CC° XXX° VIJ°; Michaele Preposito ab administracione suspenso, Martino Cantore, paruo Martino Custode, Siluestro Decano existentibus.

A B C D E F

(A Kisfaludy család eredetiéből, melyet 1859. a m. k. kuria levéltárában találtam. Fejér Cod. Dipl. IV. k. 1. r. 78. l. ezen okmányt igen hibás másolat után közölte; melyet legújabban Nagy Imre palaeographicus felfogás szerint kiadott, Hazai Okmánytár I. köt, 16. l.)

27.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele a Quer nemzetségbeliek és Izsák comes közti egyenetlenségek kiegyenlítése tárgyában. 1237.

A B C D E

Vniuersis in Christo renatis tam presentibus quam posteris presentem paginam inspecturis Albense Capitulum salutem in salutis auctore. Notum sit tam presentibus quam posteris presentem paginam inspecturis, nos litteras Chac Comitis Supruniensis sub hac forma recepisse.

Capitulo Albensis Ecclesie Chac Comes Supruniensis, inclitum et famulatum fidele. Ad uos Isac Comes et jobagiones Castri Supruniensis iverant pro facto terre Mihal, et cum ipsis Gug, nostrum filium miseramus, ut causam ipsius terre, sicut ante nos composita fuit, enarraret, quia sigillum nostrum penes nos non habuimus, et vos ei fidem non adhibuistis. Quare nunc factum ipsius terre in nostris litteris uestris propalamus universitatibus, quod jobagiones Castri Supruniensis, de genere Quer, qui sunt connati Paulj, ad Isac Comitem pro tribus partibus terre Mihal loqui in tenore litigij volebant, quorum jobagionum nomina hec sunt: S. Symeon et Dama, et filij Syxti, Mique et omnes generaciones Quer, et qui ipsos jobagiones in hac causa adiuvabant, eorum sororiarij, quorum nomina hec sunt: S. Endere et Valent, et filij Andree, S. Farcasius et Clementinus. Nunc autem omnium istorum voluntate et consensu ante responsum litigij, ante nos cum Isac Comite pro dicta terra convencionem fecerunt talem; quod Isac Comes dictis jobagionibus daret quinquaginta marcas, tali tamen pena, ut nullus istorum jobagionum, nec aliquis ipsorum postremorum, ne ullus penitus ipsam terram ab Isac Comite posset inquirere, nec a suo postremo usque mundi stabilitatem. Et Comes Isac summam dictam pecunie in nostro conspectu totam persolvit prenominatis jobagionibus. Item pro

terra Kazmer, que terre Mihal uicinio adiacet iuxta se, et illam similiter jobagiones Castri Supruniensis inquirere volebant ab Isac Comite, S. Paulus filius Pheter cum suis fratribus, et filij Ombud, Jacobus et Ladizlaus, et Adrianus, et Ambrosius connatus ipsorum, et Endere de alia progenie, et Euze, et filij Andree, Farcasius et Clementinus, et tota gene racio ipsorum, et simili modo pro ipsa terra nominati jobagiones composicione facta ante nos Isac Comes eis pro terra Kazmer, que est ad octo aratra, quadraginta marcas persoluit; ita tamen, ut nullus ipsorum, nec postremorum eorundem nec aliquis ipsam terram ab Isac Comite posset inquirere, nec de suo postremo. Et quia stabilitudo memoriarum ad causarum fortitudinem uestris ad multorum recordacionem reservatur litteris; ob hoc petimus, ut istarum causarum conposicionum seriem uestris in perpetuum litteris confirmetis, ut non causa semel perfecta ad postremos relicta sepe possit ventilari.

Quam eciam conposicionem, sicut in predictis litteris est narratum, jobagiones Castri supradicti coram nostra presencia personaliter constituti sic esse ordinatam, uiua uoce retulerunt. Nos igitur tam ad instantem peticionem supradicti Chac Comitis, quam eciam jobagionum prenominatorum in perpetuam stabilitatem cause supradicte presentes litteras nostras sigillo nostro in perpetuum testimoniales concessimus roboratas. Datum anno gracie M° CC° XXX° VII°. Michaele Preposito, Martino Cantore, parvo Martino Custode, Silvestro Decano existentibus.

(Az eredeti után Nagy Imre, Hazai Okmánytár III. köt. 2. l.)

28.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Miklós, a Simon és Micud comesek és a huinári udvarnokok közt bizonyos szőlőkre vonatkozó egyenetlenségeket elintézett. 1237.

A B C D E

Capitulum Albensis Ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Cunctorum discrecioni duximus intimandum; quod Comes Nicolaus, frater venerabilis memorie Vgrini quondam Archiepiscopi Strigoniensis, et Simone et Micud Comitibus ex una parte; et vduornici de Huinar, qui se Fitam fratrem Scegene, et alter Tiranum filium Hante esse dixerunt, cum centurione suo nomine Homodoy ex altera; mediante pristaldo sex judicum domini Regis Bele, nomine Valentino, qui se filium Tumpa de uilla Torcha esse dixit, ad nostram accesserunt presenciam; et predicti Comites, Nicolaus scilicet, Simon et Micud, super altare Sancti Regis Stephani pro tribus vineis in dicta uilla Hvinar sitis, secundum quidem a dictis sex judicibus fuerat adiudicatum, contra nominatos vduornicos, qui ipsas vineas a Comite Nicolao requirebant, sacramentum prestiterunt; dicentes, quod idem Comes Nicolaus ipsas vineas ab eisdem vduornicis, videlicet prenominatis Scegene et Hanta, pro septem marcis argenti conparauerit. Ne igitur dicti vduornici, vel aliqui ab eisdem descendentes dictum Comitem Nicolaum, siue eiusdem successores amplius super tali facto audeant vel possint inpetere, prenarrate rei seriem litteris presentibus sigillo nostro munitis confirmauimus in perpetuum. Actum anno gracie M° CC° XXX° septimo. Ecclesie nostre Michaele Preposito se ab amministracione suspenso; Martino Cantore, alio Martino Custode, Silvestro Decano existentibus.

(Az eredeti után Véghely Dezső, Hazai Okmánytár I. köt. 19. l.)

29.

A váczi káptalannak bizonyságlevele, hogy a Zidoy nemzetségbéliek Turul birtoknak felerészét a pécsi káptalannak eladták. 1237.

A B C

Omnibus hanc paginam inspecturis vniuersum Waciensis Ecclesie Capitulum salutem in vero salutari. Quum presentis stabilita ex successoribus calumpnijs prona fuerint quam sepius ad uariandum; ne igitur quis imposterum habeat quod retractari, nouerit uniuersitas uestra: quod quum nobilis prosapia nomine Acilles filius Cosme Comitis de genere Zydoy, tutor pueri nomine Macha filij Michaelis Comitis filij Macha ex eodem genere, medietatem hereditatis de Turul, que puero pertinebat, inter villas Capituli Quinque-Ecclesiensis collatam, eidem Capitulo videlicet Quinque-Ecclesiensi pro matris pueri dote soluenda, pro XL marcis argenti uendidit jure hereditario libere possidendam; sed tamen — — — — insertam, si predictus puer in uirilem perueniens etatem, uel quis cognatorum suorum, seu aliquis sue cognacionis extiterit, uolens hanc emcionem reuocare — — posse fuerit reuocata; pretaxatus Acilles siue sui in hereditatibus suis succedentes iam dicto Capitulo Quinque-Ecclesiensi duplicem summam soluere tenentur. Nunc autem — — — — racionis formulam, prefato Acille hanc emcionem et conuencionem confirmante ante nostram presenciam, prenominatum Capitulum Quinque-Ecclesiense XL marcas argenti per proprium Canonicum, nomine Jacobum videlicet persoluit plenarie ac deuote. Ne autem hic stabilitum per aliquos successores, seu modernos uocetur quoquo modo in dubium, ad preces parcium litteras nostras nostri sigilli munimine roboratas duximus indulgendas. Reuerendis Ecclesie nostre fratribus Atolpho (?) Preposito, Job Lectore, Gregorio Cantore, Ozia Pestiensi Archidiacono, Martino Custode, Jancka Archidiacono, Adam Archidiacono, et ceteris

in eadem Ecclesia feliciter ordinatis, anno gracie M° CC° XXX° VIJ°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

30.

A pozsonyi főispánnak jelentése IV. Béla királyhoz Saulus, János fiának birtokállapotáról. 1237.

Reuerendo domino suo B. Dei gracia Regi Hungarie Illustri A. Comes Posoniensis inclinacionem et debitam reuerenciam. Mandastis mihi, quod significarem vobis, que et quanta esset terra Sauli, que sibi et suis fratribus secundum justiciam remaneret. Significo igitur dominationi Vestre, quod terra dicti S. et fratrum eius incipit ex superiori parte a Danubio, qui vulgo vocatur Korousduna, et ibidem diuiditur Danubius in duas partes, quarum pars una descendit iuxta insulam quandám, secunda vero pars illius Danubij fluit per terram Sauli et fratrum suorum, qui scilicet Danubius vocatur Chilztow; mete uero incipiunt iuxta predictum Danubium Korousduna; sed ex parte castrensium est vna antiqua meta; ex parte uero S. sunt due mete noue, quarum vna est Sauli, altera vero castrensium de uilla Mager; et ita alie mete tam castrensium, quam Sauli, diriguntur versus ecclesiam Sancte Marie, itaque ex inferiori parte infra ecclesiam et metas est terra ad longitudinem vnius iugeris, et ibidem sunt mete castrensium de villa Samud, et mete predicti S. diriguntur versus ecclesiam Sancti Georgij Doborgoz; ita tamen, quod populi Archyepiscopi Strigoniensis et ville Thimothei existunt infra terram S., et castrensium de Samud; mete vero S. et castrensium de Dobrogoz ex parte superiori sunt versus ecclesiam Sancti Georgij tam prope, quod infra metas et ecclesiam est terra in longitudine trium iugerum; et inde dirigun-

tur mete ad aquam, que vocatur Chilz; postea autem eadem aqua separat terram S. a terra castrensium de Dobrogoz; tamen mete S. et terre castrensium de Dobrogoz diriguntur iuxta eandem aquam vsque ad illum locum, vbi prius fuit villa S. et fratrum suorum; et de loco illo mete S. diriguntur vsque Danubium, qui vocatur Pranduua. De Insula autem ambe partes confesse sunt, justiciam se habere secundum quod continetur in litteris Capituli Jauriensis.

(Béla királynak megerősítő okmányából, mint fentebb 22. sz. a.)

31.

Heten szerémségi földbirtokra vonatkozó örökvallás. 1237.

(Transsumtum Capituli Tituliensis fassionis Gentus, Bena et Clericus fratrum de villa Heten de Syrmio, super perennaliter venditis pro una marca anno 1237. Stephano fratri Archidiacono de terra sua centum jugeribus, ad instantiam Georgij filii Stephani 1280. emanatum.)

(A mélt. báró Révay családnak levéltári lajstromából.)

32.

A kiküldött királyi birák a vasvári káptalant Megyehid és Kinis javaknak birtokában megerősítik. 1237.

Gregorius Dei gracia Episcopus Jauriensis, Chaak Comes Soproniensis, Haholth Comes Castri Ferrei, judices in abolendis perpetuitatibus per dominum Belam Regem Hungarie

constituti, vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in Domino Jhesu Christo. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Ferreo Castro causaretur nobis coram, pro destruccione predij Megyehyd, et violenta illius occupacione, et pro sexaginta iugeribus terre, que de predio Kyniz versus alteram villam Kyniz vduornici predicte Ecclesie subtrahere moliebantur, nomine possessionis cuiusdam viri nomine Raim, predicto Capitulo, ut idem predium, et predicta sexaginta iugera terre, iuste semper et pacifice possederit, probacionem indixerim; cumque dictum Capitulum predium predictum et predicta sexaginta iugera terre iuste et pacifice a temporibus Bele Regis Magni se possedisse testimonio sufficienti comprobasset, nos dictante iusticia sepedictum predium Megyehyd nomine, et sexaginta iugera terre in uilla Kyniz, Ecclesie Beati Michaelis adiudicauerimus, libere, et pacifice cum molendino, quod est in predio Megyehyd, in quo due rote voluuntur, possidenda, sicut ipsum Capitulum nobis constitit primitus possedisse. Vduornici eciam prememorati, ne aliquando inter Capitulum et ipsos, super sepedicto predio, et sexaginta iugeribus terre, controuersia posset exoriri, assumptis pristaldis nostris, Tynca scilicet de Herman, et Emerico, ipsimet euntes, nouas iuxta metas antiquas in predio Megyehyd, ob testimonium iustificacionis Ecclesie erexerunt, que sicut per pristaldos nostros predictos presente vtraque parte, non contradicente, sed consenciente intellexerimus, tali sunt ordine collate. Ad latus orientale incipiunt ab aqua Gungus, et tendentes versus septemtrionem intrant uiam magnam, continentem duas metas; et abhinc acerui metarum interiacente eadem via protenduntur ad spinosam distinccionem, que vlgo dicitur mege dupplici meta consignatam, et in eadem distinccione progredientes veniunt ad lutosum riuum cuius deinde cursui obuiantes veniunt ad villam Femie, ibique sub piro contingunt viam quandam metis publicis cognoscendam, in qua rursus via procedunt ad trium viarum coniunccionem, habencium unam metam de Wep, alteram de Femie, terciam Ecclesie pertinentem; deinde retorquentes ad meridiem, et iuxta terminos Vepiensium procedunt vsque ad aquam Gungus, quam transeuntes, girum faciunt in aluei margine, in quo prius aqua Gungus decurre-

bat, in modum insule, et sic demum ad metam priorem reuertuntur. Et insimiliter in predio Kyniz metas renouauerunt. In cuius rei testimonium presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas; anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo septimo.

(Mátyás királynak 1489-ki átiratából, mely a szombathelyi káptalannak levéltárában őriztetik.)

33.

Arbe sziget közönsége kegyúri jogát a sz. Márton tiszteletére Barbatóban épített egyházra fenntartja. 1237.

Anno Domini 1237. Indictione X. mense Maji XI. die exeunte Arbae. Tempore quidem domini nostri Jacobi Teupoli Dei gratia incliti Ducis Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae; et domini Jordani venerabilis Episcopi Arbensis; et Rogerii Mauroceni egregii Comitis. Cum sit consuetudinis Civitatis Arbensis, ut defuncto Capellano cuiuscumque Ecclesiae fundatores ipsius Ecclesiae Capellanum eligere debeant, et ipsius electionis confirmatio ad ipsorum Episcopum spectet; idcirco nos omnes, quorum nomina inferius continentur, fundatores Ecclesiae Sancti Martini de Barbato Arbensis Dioecesis, videntes Civitatem nostram — — — et ingruente nimia necessitate de ipso debito nostro Communi solvendo, de pari et concordi voluntate Praelatorum et totius Arbensis Capituli, nec non de beneplacito domini Comitis, Consiliariorum et universae Communitatis, pignori locare disposuimus reditus Ecclesiae nominatae, secundum quod in publico instrumento evidenter apparet, quos Arbensis Communitas termino, quo iidem reditus tenebantur esse pignori obligati, vix medietatem redimere curarunt. Igitur cum Cathedralis Ecclesia Sanctae Ma-

riae nostrae Civitatis plurimum indigeat reparatione, nec in ipsius aedificio propriae sufficiant facultates; nos de consensu et concordi voluntate domini Comitis, et totius Communitatis, et maioris partis Praelatorum et totius Capituli, unanimiter possessiones suprascriptae Ecclesiae in usum et utilitatem Sanctae Mariae Cathedralis Ecclesiae nostrae condonavimus. Verum quia elapsis duobus annis, ex quo Ecclesia supradicta Capellano vacabat, dominus Jadrensis Archiepiscopus dominum Jordanum Episcopum nostrum instituerat Capellanum, quod facere minime debuerat; quia, sicut diximus, duobus annis iam elapsis institutio Capellani non ad ipsum, sed ad dominum Apostolicum de jure spectabat; qua de re idem Episcopus noster duos Canonicos D. et M. malitiose sociavit, in quos a quibusdam paucis fundatoribus electio dicitur facta fuisse, volens cum ipsis in tres partes dividere praedictas possessiones, maiori Ecclesia defraudata. Nos igitur statum et honorem Cathedralis Ecclesiae sublimare volentes, pro restauratione et commodo saepe dictae Ecclesiae, iam dictam Ecclesiam Sancti Martini cum suis reditibus refutavimus, et condonavimus nominatae Sanc ae Mariae, nostrum Episcopum postulantes, ut super hoc Canonico jure confirmationis munus praeberet, quod idem facere renuit; sed quod deterius est, totam terram nostram supposuit interdicto in nostrum praeiudicium et non modicum grauamen, a quo nos Sedem Apostolicam appellauimus. Haec sunt igitur nomina fundatorum: Christophorus Maldius noster, Christophorus Judex, Albertus, Duimus etc. Omnes quidem suprascripti fundatores, sicut iam saepius praetaxatum est, de propria, et pari, et corcordi voluntate domini Comitis, et maioris partis Capituli, et totius Communitatis Arbensis Ecclesiam suprascriptam Beati Martini de Barbato cum omnibus reditibus suis refutamus, condonamus in usum et utilitatem ac restaurationem Cathedrali Eclesiae Sanctae Mariae quiete ac perpetuo possidendam. Quam refutationem et condonationem, quia dominus Jordanus Episcopus noluit confirmare, Apostolico petimus munimine roborari.

Ego Christophorus Cotopagne Examinator et Judex manu mea scripsi.

Et ego Sergius Arbensis Notarius de praecepto supra-

dicti domini Comitis et ipsius Curiae, hanc postulationem et appellationem scripsi, complevi et roboravi.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 241. l.)

34.

IV. Béla királynak Perekö nevü birtokot tárgyazó adománya Yginig comes fiai számára. 1238.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Ad uniuersorum tam modernorum quam posterorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod filij Yginig, Gregorius uidelicet et Enoc de Perekw accedentes ad nostram presenciam dixerunt, quod ipsi habuerunt terram in insula, quam pater noster Andreas Rex inclite recordacionis ab eis recepisset, et in concambium terre illius ipsis terram Castri Albensis nomine Perekw contulisset. Nos uero dilectum et fidelem nostrum Laurencium tunc temporis Comitem Albensem transmisimus ad inquirendam huius rei ueritatem, uidelicet si predicti Gregorius (et Enoc terra)m in insula habuissent, et in concambium illius terre prenominatam terram castri Albensis eis contulisset. Dictus igitur — — — — ad nostram rediens presenciam, dixit, quod terra predictorum G. et E., quam habuerunt in insula, multo maior et amplior fuisset, quam illa, quam pater noster ipsis dederat, scilicet ad tria aratra et dimidium sufficientem. Vnde nos superius nominatam quantitatem terre Perekw, sicut nobis idem Laurencius Comes dixit, et eisdem instituit, sepedictis G. et E. contulimus perpetuo possidendam. Vt igitur hoc ratum et firmum habeatur in posterum, presentem paginam duplicis sigilli nostri munimine fecimus in perpetuum. Datum Bude

anno gracie M° CC° XXX° VIIJ°., V° nonas Maij, Regni nostri anno IIJ°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király pecsétjének töredéke barna selyemzsinóron függ. A budai kir. kamarai levéltárban.)

35.

IV. Béla királynak Faad nevü birtokot tárgyazó adománya Osl comes számára. 1238.

Bela Dei gracia Rex Vngarie vniuersis Christi fidelibus salutem in Domino Jesu. Digna remuneracione fidelitas dignis debet stipendiis a Regie Celsitudinis Serenitate refoueri, quatenus et humanum iusticie debitum impendatur, et retribucionis exemplo fidelium numerus augeatur. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod nos seruicia et probitates dilecti ac fidelis nostri Oslu, Comitis, filij Oslu, que nobis et Regno indesinenter exhibuit, habentes pre oculis, et nolentes ipsum, sicut nec decet, suorum seruiciorum defraudari meritis, in recompensacionem sue fidelitatis et probitatum, terram Faad in Comitatu Soproniensi iuxta Charna, predium eorundem tam cum terra arabili, quam cum pascuis et feneto vsui triginta aratrorum competentem, quam prius ex donacione patris nostri digne promeruerat, contulimus iure perpetuo possidendam. Insuper filiis Belud Comitis bone memorie, qui similiter maximis et laudabilibus seruiciis coram oculis nostris et antecessorum nostrorum a primeuis etatis sue temporibus claruerat, concessimus de terra Widcha in eodem Comitatu, iuxta predium, quod uocatur Belud, iuxta Rabcha, ad quinque aratra, tam cum terra arabili, quam cum pascuis et feneto, ubi ijdem filij Belud habent domos et ecclesiam. Vt igitur hec nostre donacionis pagina firmum robur optineat in posterum, et nullis unquam temporibus ualeat retractari, duplicis eam sigili no-

stri munimine iussimus roborari. Datum anno gracie millesimo ducentesimo tricesimo octauo, sexto kalendas Januarii Regni autem nostri anno tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

36.

IX. Gergely pápa a magyarországi főpapoknak meghagyja, hogy azoknak, kik a királyt a bolgárok elleni háborúban kisérik, bucsút hirdessenek. 1238.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus ... Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis Abbatibus, Prioribus et universis Ecclesiarum Prelatis et sacerdotibus, tam religiosis quam secularibus per Ungariam constitutis salutem et Apostolicam benedictionem. Et sibi karissimus in Christo filius noster ... Ungarie Rex Illustris meritum incomparabile comparat apud Deum, et nobis spiritualium prestat materiam gaudiorum; quia universa, que obtinet super terram, ab illo humiliter recognoscens, a quo sublimatus est Regia dignitate, ac ei tota se devotione substernens, qui exaltat humiles in salutem, ad obsequendum sibi contra impios, hereticos et scismaticos terre Assani, ipsumque Assanum scismaticum, nuper ad commonitionem nostram non solum sua devotus exposuit, sed etiam semetipsum, propter quod excellencie sue zelum dignis in Domino laudibus commendamus, ac prosequimur actionibus gratiarum. Ceterum, quia indignum esset, ut dum idem Rex militat Regi Regum aliquod Regni sui dispendium patiatur, in omnes, qui postquam se accinxerit ad prefatum negotium exequendum, quamdiu in prosecutione ipsius fuerit, Regnum ipsum invaserint vel contra eum diabolo conspiraverint instigante, excommunicationis sententiam promulgamus, quam per vos volumus et mandamus

extunc solempniter publicari. Et quia in tanto negotio arduo utique et implicito tam nos quam ipse indigemus meritis et orationibus adiuvari, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, ac per Apostolica vobis scripta mandamus, obsecrantes per viscera misericordie Dei nostri, in qua visitavit nos oriens ex alto, quatenus eidem Regi in huiusmodi certamine laboranti caritatis vestre suffragium impendatis, et postquam idem Rex cum exercitu suo Assani terram intraverit, facientes processionem solempnem qualibet sexta feria singulis septimanis, devotione sedula illum, qui ventis et mari imperat, suppliciter exoretis, ut per suam misericordiam infinitam super eundem Regem et suos illuminans vultum suum, ipsorum progressum dignetur misericorditer prosperare; ac singuli sacerdotes semel qualibet septimana pro felici statu exercitus munda conscientia et puris manibus offerant sacrificium Domino Deo nostro, et commissos sibi populos ad supplicandum Deo pro ipso exercitu crebris exhortationibus moneant efficaciter et inducant. Et ut fideles Christi fortius animentur ad prelium Domini preliandum, universis Archiepiscopis et Episcopis, qui intererunt exercitui supra dicto, concedimus, ut in solempnibus predicationibus suis moderatam aliquot dierum indulgentiam auctoritate nostra vere penitentibus et confessis, prout expedire viderint, largiantur. Datum Anagnie VI. idus Augusti (Pontificatus nostri) anno duodecimo.

(Theiner, Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia I. köt. 164. l.)

37.

Dénes nádornak itélete egy birtokcsere erőtlenítéséről, melyet előbb a királyi birák Nógrád megyében néhány ruhmani birtokos és várjobbágy közt elrendeltek. 1238.

Dyonisius Dei gracia Palatinus et Comes de Zounuk omnibus, quibus presencia scripta patuerint, salutem in Domino. Sciant tam presentes, quam posteri, quod accedentes ad nos Stephanus et Adrianus clerici, Evzed et alter Stephanus et Paul de Ruhman portauerunt nobis litteras domini Regis hoc modo continentes: Vt concambium factum per Judices terarum Nougradiensium inter eos ex vna parte, et Loudan (igy) et Gregorium bilotum, jobagiones Castri Nougradienses ex altera, super terra in Thusnapya uersus terram Kalanda adiacente, et super media parte terre Ruhman, reuocaremus et iudiciaria sentencia per alteram commutacionem emendatam equaremus. Nos igitur Stephano dicto et suis cognatis nominatis pristaldum contulimus, vt iret et factam inspiceret commutacionem; et teram Stephani nomine Thusnapia suorumque cognatorum, que in ipsa commutacione in partem Loudani et Gregorij jobagionum cesserat, restitueret Stephano Clerico et suis cognatis; similiter partem terre Ruhman, que in ius Stephani et cognatorum eius cesserat, restitueret Laudano (igy) et Gregorio; subiungentes eciam eidem pristaldo, ut si per dictos Laudanum et Gregorium prohiberetur, citaret eos ad nostram presenciam. Qui dum in primo termino Stephanus cum suis cognatis, et similiter Laudanus et Gregorius fuissent coram nobis, dictus Stephanus et eius cognati suam nobis taliter exposuerunt querimoniam: quod illi Judices terrarum de Nougrad ipsis pene nolentibus inequalem fecissent inter eos commutacionem, per quam se inepte fuisse lesos proclamabant. Demum cum ambe partes vna cum nostro pristaldo coram nobis fuissent constitute; Stephanus cum suis cognatis terram suam nomine Thusnapya repetebant a Laudano et Gregorio sibi restititui, mediam uero partem terre

Ruhman auferri rogantes ab eisdem. Ad hoc dicti Laudan et Gregorius non contradixerunt, nolentes cum eis litis habere processum; dictam terram Thusnapia in eadem quantitate cum eisdem metis et terminis uersus Kalanda, ut prediximus, adiacentem, sicut ab eisdem Stephano et suis cognatis possederant, eisdem Stephano et Adriano, et Euzino, et Paulo reddiderunt; similiter Laudanus et Gregorius suam terram, videlicet mediam partem terre Ruhman, quam prediximus, in bona forma pacis ab eis receperunt. Nos igitur ipsas partes uidentes uelle frui suo jure priore, ipsos ad sua jura propria introeundos iussimus per Filem nostrum pristaldum. Mete autem terre Thusnapya, que est Stephani et eius cognatorum, sic incipiunt: Egreditur de fluuio Ipul a parte orientali et uadit ad partem meridionalem, tenendo metas cum Bence et Gregorio; et sic eundo transit terram Thusnapya, que est dictorum Bence et Gregorii; et inde procedit et cadit ad *kuzerdeu*; deinde uadit ad metas Homodei, et ibi tenet metam cum Homodei (igy) et cum villa Kalanda; exinde procedendo iuxta terram Homodei tendit et cadit ad Ipul berke, et in eodem fluuio Ipul uadit superius tenendo metas cum villa Vilika, conjungitur priori mete, et ibi terminatur. Vt igitur huius rei series rata et stabilis permaneat, et nulla calumpnia queat interposita reuocari, nostras concessimus litteras nostro sigillo roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo. Regnante domino Bela Rege glorioso.

(A pozsonyi káptalannak 1346-ki „datum in die Beate Katherine Virginis" és „Andreas filius Laurencij nobilis de Thusnapya" kérésére kiadott átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

38.

Miklós alországbírónak itélete azon barátságos egyességről, mely Hoholt comes et Berchel közt bizonyos Veszprém nevü birtokról megtörtént. 1238.

Nos N. Vicejudex Curie domini Regis presentibus ac futuris presentes litteras inspecturis significamus, quod cum Hoholt Comes a quodam nomine Berchel terram nomine Bezprim coram nobis in iudicio requireret, tandem nos peticioni vtriusque partis aquiescentes eos ad reformandam pacem remisimus. Qui postmodum ad nos reuertentes huiusmodi pacem inter se composuisse nobis retulerunt: Vt dictus B. de terra Bezprim suam propriam et cognatorum suorum porcionem, Pauli videlicet et Gvr Comitis, cum bona voluntate et consensu eorundem ex parte occidentali iuxta fluuium Vysobur cum silua et feneto, eidem H. Comiti pro quatraginta marcis vendidisset pacifice et quiete perpetuo possidendam. Quod ne a memoria fugeret, litteris nostris fecimus alligari, et sigilli nostri munimine roborari. Cuius cause pristaldus est Mathyas de villa Chodad. Dictam autem sumpmam pecunie in presencia nostri dictus H. Comes fecit persolui plenarie dicto Berchel. Mete vero predicte terre sunt iste: Prima incipit in parte orientali in Vysobur pothoca in duabus salicibus; abhinc iuxta eundem pothoc procedit uersus meridiem ad terminum terre Comitis Hoholdy, quam emit a Stephano filio Scyrind, et est ibi meta iuxta eundem pothoc sub dumo *eger;* deinde tendit uersus occidentem ad viam, iuxta quam est meta; abhinc ad arborem ilicis; deinde iuxta viam Nicolai ascendit montem, et in cacumine montis est meta sub duabus pyris; et ibi flectitur uersus meridiem ad arborem sorbelli, et ibi est meta; et post inter vineas procedit ad uiam, iuxta quam est meta; abhinc ad aliam magnam viam, que descendit ad Zalam, iuxta quam est meta angularis sub arbore ilicis; abhinc vadit uersus occidentem ad terminum terre filiorum Fabiani, et ibi est meta sub arbore; deinde metas tenendo

cum eisdem uadit ad arborem magnae ilicis, sub qua est meta noua et antiqua; abhinc uadit uersus occidentem, et iterum incipit metas tenore cum Comite H.; inde procedit ad arborem *gurtianfa*, de qua flectitur uersus meridiem ad tres metas, quarum una est ville Pulchuna, secunda ville Chal, tercia Comitis H.; abhinc flectitur versus aquilonem procedit metas tenendo cum eadem villa Cal ad terminum tere Comitis H., quam emit a Stephano filio Sarynd; et metas tenendo cum eo dem, vadit ad priorem locum vnde inceperat, et ibi terminatur.

(A veszprémi káptalannak 1238-ki expeditiójából, mint alább 44. sz. a.)

39.

IV. Béla királynak Fegel nevű birtokból egy ekényi földet tárgyazó adománya Miklós comes Ugolin testvére számára. 1238.

Bela Dei gracia Rex Vngarie uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Cum ante oculos Regie Maiestatis sibi fideliter assistencium merita ingratitudinis silencio non debeant preteriri, ad uniuersorum tam modernorum, quam posterorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum dilectus et fidelis noster Nicolaus Comes frater Vgolini nobis fideliter et indesinenter seruiuisset, nos ob suorum fidelium et laudabilium seruiciorum merita in Parochia Cenadiensi de terra Fegel, super quam habet ecclesiam et domus, contulimus ad unum aratrum tam ab ipso, quam a suis successoribus perpetuo possidendam. Vt igitur huius nostre collacionis series salua semper et inconcussa perseueret in posterum, presentem paginam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum juxta aquam Ipul anno ab Incarnacione Domini millesimo CC° tricesimo octauo X. kalendas Junij, Regni autem nostri anno tercio.

(Az eredeti után Ráth Károly, Győri Történelmi és Régészeti Füzetek III. köt. 298. l.)

40.

Opoy bánnak itélete a byrisi vártól elsajátított javak tárgyában.
1238.

Nos Opoy Banus tocius Sclauonie ad noticiam vniuersorum volumus peruenire, quod dum post decessum Regis Andree bone memorie inquisiciones super terras ad castrum pertinentibus fuissent exorte, jobagiones castri de Byris, statim dum ad Banatum venissemus, ad nos accedentes, de terris castri violenter occupatis conquesti fuerunt, et accepto prestaldo (igy) nostro, et cum homine Regio Leustacio nomine, terras castri, tam ab alijs, quam a Jaxa Uice-Bano et fratribus suis vterinis, receptas, videlicet de Georgio, Wracyno et Yncone, castro restituerunt iuxta institucionem Regis B. et Colomani in nostram sentenciam; predictus autem Vice-Banus et fratres sui superius nominati, dum castro et jobagionibus eiusdem satisfecissent in nostra presencia, terram quandam hereditariam nomine Dobowch, contra quam prefati jobagiones nullam causam potuerunt proponere, diligenter pecierunt, vt de terra predicta litteras confirmatorias prestaremus. Cum autem iustis peticionibus cuiuslibet jure debito condescendere teneamur, litteras nostras eisdem contulimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas, per fidelem nostrum prestaldum Nicolaum filium Iwan terram prefatam metis certis assignando. Cuius terre Dobrowch meta incipit de fluuio Bogachaich ad partem occidentalem ad vnam arborem pomiferam iuxta siluam, sub qua est meta terrea; deinde tendens ad occidens per siluam ad arbores cruce signatas, veniens ad arborem pomiferam ex alia parte silue, et est sub eadem meta terrea; exinde vergit directe tendens ad vnum campum ad arborem, que dicitur gurtayfa, sub qua meta terrea; hinc per supradictum riuulum tendit superius sub vineas, et inde disiungitur de riuulo tendens per vnam vallem ad viam vnam, et in fine vallis illius iuxta illam viam est meta terrea; et illa via tendit ad partem meridionalem, ibi adiungitur ad terram

portariorum Regis, vbi terminantur mete dicte terre. Actum ab Incarnacione Domini anno millesimo ducentesimo trice simo octauo.

(Mérey Mihály királyi személynök által hitelesített 1568-ki octavás átiratból, a budai kir. kamarai levéltárban)

41.

Pál fehérvári főispán és a király által kiküldött bírónak ítélete bizonyos földbirtokról, a körmendi vendégek s Buza és érdektársai közt. 1238.

Paulus Comes Albensis omnibus quibuscunque presens scriptum ostensum fuerit salutem in salutis largitore. Noticie omnium tam presencium quam futurorum significamus, quod cum nos precepto domini Bele Regis terram populorum Regis de uilla Curmend, qui hospites Regis dicuntur, ordine judiciario restituere debuissemus, Buza et Alexander, Cozma, Michal, Cazmer, Jacob, Endre in nostra presencia terram duorum aratrorum de populis de predicta uilla Curmend requisierunt, proponentes contra populos sepius dictos, quod terram eorum hereditariam uiolenter detinerent. Populi uero de uilla Curmend uiris supranominatis obiciebant dicentes, quod terra illa, quam homines prefati requirebant, esset terra castrensium de uilla Lapsa. Et cum nos ad terram Lapsa peruenissemus, et terram illam circuissemus, Buza et fratres sui superius nominati nobis uersus terram Lapsa magnas et antiquas metas demonstrarunt; similiter et populi de uilla Curmend uersus terram Buze metas demonstrarunt, sed solas non binas. Et cum nos per demonstracionem utriusque partis terram illam circuiuissemus, terram illam duobus aratris sufficere cognouimus. Et hec erat inter Buzam et fratres suos ex parte una contencio, quod illa terra per metas uersus terram Lapsa leuatas, esset ad usum ipsorum distincta; populi uero

de Curmend per metas uersus terram Buza leuatas ad terram Lapsa pertinuisse allegabant. Nos autem ordine judiciario procedentes utrique parti iniunximus, ut terram sui iuris fuisse testimonio comprobarent. Die autem probacionis testimonij, Buza sepe nominatus multorum bonorum hominum, et commetaneorum suorum testimonio terram illam sui iuris fuisse comprobauit; populis de uilla Curmend nullius testimonio probare ualentibus. Buza autem precipue illorum testimonio, videlicet generacionum Herman, qui ex donacione Regis terram Curmend et Lapsa in perpetuitate possidebant, comprobauit; qui coram nobis personaliter constituti uiua uoce dixerunt, quod cum ipsi terram Curmend et Lapsa in donacione perpetuitatum detinuissent, per metas, quas Buza demonstrauit, prefatas terras distinctas a terra Buza habuissent. Nos autem adiudicauimus, ut quatuordecim homines de tistibus (igy) Buza per populos de uilla Curmend electi, et Buza cum fratre suo Alexandro super eandem terram sacramentum prestarent. Et isti sunt testes per populos de uilla Curmend ad prestandum sacramentum electi: Endre, Tyma, Bet de genere Herman, Moysa, Laurencius de genere Martini Comitis, Stefku filius Stephani, ipse idem Buza cum fratre suo Alexandro; omnes isti nobiles sunt; Genov, Wota cum filio suo Georgio, Chebe, Tomas, Pous filius Chazar, Siga filius Varda; omnes isti yobagiones Castri Ferrei; Mutmer speculator Castri Ferrei. Omnes isti die prestacionis sacramenti mediante pristaldo Fabiano nomine, de uilla Fanchka, super eandem terram comparentes sacramentum prestiterunt. Et sic terram illam nos Buze et fratribus suis statuimus: Prima huius terre meta incipit de angulo Guda rehte, et tendens superius uadit ad magnam uiam, per quam de Ferreo Castro uadunt ad Teothoniam; deinde tendens uadit ad finem Rakatya; deinde ad arborem piri prope ipsam arborem, arbore tamen populis de Curmend remanente; deinde per Hurozt uadit ad magnam uiam, que uadit ad Nouum Castrum per uillam Stephani et Gelca; deinde ad planam terram, que Purlog dicitur, et in medio Purlog sunt mete; deinde ad magnam arborem ilicis, que uulgo *tulg* uocatur, et iuxta illam arborem commetatur terre nobilium de Raduzt, et sic terminantur. Actum anno gracie M° CC° XXX° VIII°, Hoholto Comite de

Ferreo Castro existente. Hoc sacramentum prestitum est coram homine Capituli Sancti Michaelis de Ferreo Castro, Andrea videlicet sacerdote; metas autem uersus terram Buza existentes, quas populi de Curmend suas esse dicebant, per quas terra sua a terris cognatorum suorum separatur, manifeste comprobauit.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett, a főmélt. herczeg Batthyáni család levéltárában.)

42.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy az örsi nemesek Örsben lévő birtokukat az Osl nemzetségbelieknek eladták. 1238.

A B C D E

Vniuersis presens scriptum inspecturis Capitulum Geuriensis Ecclesie salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod accendentes ad nostram presenciam Osl Comes, Comes Nicholaus, Comes Geuriensis Herboth, et Johannes cum filiis Belud Comitis ex parte una, et Theodorius, Thomas, Thyuka de villa Vrs ex parte altera confessi sunt coram nobis, quod dicti Theodorius, Thomas et Thyuka vendidissent memoratis Osl, Comiti Nicholao, Comiti Herboth, et Johanni cum filiis Belud pro viginti et sex marcis iam ad plenum sibi persolutis, sicut dicebant, terram quandam ducenta et sexaginta iugera continentem, quam in territorio prenominate ville Vrs tanquam suam (habebant), in pace et absque ulla calumpnia perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium nos ad peticionem utriusque partis concessimus presentes litteras sigillo Capituli nostri roboratas. Anno Domini M° CC° XXX° octavo.

(Az eredeti után Nagy Imre, Hazai Okmánytár I. köt. 20. l.)

43.

A titeli káptalannak bizonyságlevele, hogy Owrsi Flórián Ours-ban lévő birtokának felerészét Arnud comesnek eladta. 1238.

(Fassio coram Capitulo Ecclesiae Tituliensis Floriani filii Pascha de villa Owrs pro Comite Arnud et fratre eiusdem nomine Bon super medietate portionis suae de terra Owrs, ex unanimi consanguineorum suorum consensu, quorum nomina sunt: Merk, Petur filius Fabiani, Apa filius Andreae, Scetha; et commetaneorum, quorum nomina sunt: Cuzma, Baca filius Morcholth, Roma, Petrus, Syxtus, Buquen filius Forcos, in et pro tribus marcis et uno fertone anno 1238. perennaliter vendita.)

(A mélt. báró Révay családnak levéltári lajstromából.)

44.

A veszprémi káptalan átirja Miklós királyi alországbírónak fentebbi 38. sz. a. itéletlevelét. 1238.

Capitulum Wesprimiensis Ecclesie omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Nouerint vniuersi, nos litteras Nicolai Vicejudicis Curie domini Regis recepisse sub hac forma:

Nos N. Vicejudex Curie domini Regis stb. (mint fentebb 38. sz. a.)

Nos igitur inspecto tenore priuilegij Vicejudicis Curie domini Regis litteras nostras concessimus ad maiorem confirmacionem faciendam sigilli nostri munimine roboratas. Datum Wesprimij per manus Magistri Johannis Lectoris nostri anno

gracie M° CC° XXX° VIII. Venerabile patre nostro Bartholomeo Episcopo, Cazmerio Preposito, Johanne Cantore, Mathia Custode existentibus.

(A veszprémi káptalannak 1346-ki átiratából, mely kelt „in festo B. Dyonisij martiris" Lajos király „Budae tercio die festi B. Egidij Abbatis a D. 1346." kiadott keresteto parancsára „vir Magnificus Nicolaus filius Stephani quondam Banus tocius Sclavonie et Croachie" kérésére készült, a budai k. kamarai levéltárban.)

45.

IV. Béla király az esztergami egyházat Ság és Ebed nevű földeknek birtokában ujból megerősíti. 1239.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie Cvmanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in vero omnium salutari. Ad noticiam vniuersorum, tam modernorum, quam futurorum, harum serie uolumus peruenire, quod cum Diuina fauente gracia per successionem paternam Regni regimine ad nos deuoluto, superfluas et illicitas donaciones perpetuitatum reuocaremus; quia Ecclesiam Strigoniensem in omnibus, in quibus possumus, diligere intendimus, duas terras Castri, nomine Sag et Ebed, quas pie memorie Andreas Rex, pater noster, antea prefate Ecclesie contulerat, nos cognita quantitate et qualitate illarum, per Lucam Comitem de Hvnth, fidelem nostrum, dictam terram Sag, ad Castrum Hunth pertinentem, que potest sufficere vsui duorum aratrorum et dimidij, et locum molendini super aquam Ypul, et fenetum; terram uero Ebed antedictam, ad Castrum Golgouch pertinentem, ad octo aratra sufficientem, cum octo mansionibus castrensium ibidem existencium, quos eodem servicio Ecclesie Strigoniensi teneri deputauimus, quo Castro tenebantur supradicto; ita tamen, quod eadem Ecclesia eos uendendi, seu do-

nandi, nec alio modo in aliquam personam transferendi non habeat facultatem; fenetum eciam septuaginta iugerum in eadem terra, et piscinam cum loco piscature, quod wlgo *togna* dicitur, et insulam communem cum alijs multis, ubi sunt uirgulta et viginti septem arbores piri siluestris, ab illis castris exemptas eidem Ecclesie contulimus, iure perpetuo possidendas. Nomina uero supradictorum castrensium sunt hec: Botha, Cel, Tywan, Pincusd, Bugar, Boxud, Hete et Nicolaus. Vt igitur huius nostre concessionis series salua et inconcussa permaneat; presentem paginam duplicis sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Bude anno Dominice Incarnacionis M° CC° XXX° nono, secundo nonas Marcij, Regni autem nostri anno quarto.

(Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 437. l.)

46.

IV. Béla király Csertöt és rokonait a szegszárdi apátság szabad jobbágyai közzé sorozza. 1239.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium in se credencium. Etsi uirtus quelibet suo non debeat premio defraudari; fidelitas tamen eo habundancius est attollenda premiisque temporalibus propensius compensanda, quanto ipsa ceteras uirtutes politicas antecedit, licet omnem temporalem affluenciam non inmerito transcendat. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam presencium ac posterorum harum tenore uolumus peruenire, quod cum fidelis noster Chertu a primeuis puericie nostre et sue temporibus constanter nobis adherens indesinenter et indefesse utiliter ac fideliter, in Regno et extra Regnum, maxime cum tempore

Ducatus nostri in Teothonia exularemus, commendabiliter seruierit, exilium pro patria, labores pro quiete, angustias et persecuciones pro prosperitate propter fidelitatem nobis exhibendam gratanter amplectendo, et immobiliter tolerando; nolentes tante fidelitatis prerogatiuam inremuneratam relinquere; ne ceteros ab accione probitatum abstraheremus si fidelium meritorum premio apud nos non florerent; memoratum Chertu, ac ipsius cognatos, quorum nomina subscribentur, de uoluntate et consensu Abbatis et Conuentus Monasterij de Saxard, quibus ijdem in seruicio preconum equitum tenebantur, penitus duximus eximendos; ita, ut tam ipsi, quam ipsorum heredes, heredumque successores ab officio preconum equitum omnino exempti, inter liberos iobagiones Monasterij antedicti absque qualibet contradiccione computentur. Ita uidelicet, ut ad expedicionem Regalem loricati uadant, et ad legacionem Abbatis Monasterii prescripti ire teneatur; ad ulteriora nullatenus obligati. Ne autem tociens dictum Monasterium aliquod ex hoc sibi grauamen sentiret prouenire, cuius utilitati inuigilare intendimus; pro commutacione memorati Chertu ac cognatorum ipsius, totidem mansiones castrensium a castro Albensi exceptas, in officium preconum equitum duximus substituendos. Quorum nomina sunt hec: de villa Wrdos Hoya, Vyna, Bonchoy, Micou, Guta, Fonha, Zobov, Endre, Ludwen, Ipos, Buxa, Mika, Miclous; item de uilla Inam Santu, Stephanus; item de uilla Chaur Scyga. Nomina autem cognatorum tociens dicti Chertu sunt hec: Chertu, Johannes, Iwan, Pet, Andreas, Tumpa, Sugou de uilla Iwan; de uilla Holm Tekeu, Iwanus, Ondus, Rusz, Kvles, Bechey, Nege, Mathias, Rohcha. Preterea prenominati Abbas et Conuentus ad nostram requisicionem pro terra, quam habebant in uillis predictis, terram inter duas villas, Holm scilicet et Iwan, memoratis Chertu et cognatis suis concesserunt. Cuius mete, sicut per eosdem Abbatem et Conuentum percepimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in Moluneuren ab occidente, et tendit per fluuium Hydus uersus orientem ad Hydus Sceg; inde uersus meridiem ad *aruk*, que vocatur Wyzesfener, de quo ad caput Lenozou; inde per Lenozou ad patak kekkektowa; unde ad *mege hotar;* inde uersus occidentem ad Brzegd holma; de quo per Huz ad Agya teluke;

inde ad *nogaruk*, unde uersus aquilonem per idem *aruk* ad Huz, de quo ad primam metam Moluneuren. Omnia, quę infra metas istas continentur, et fluuium Hydus cum insula Moluneuren usque ad Hydus Scege, prenominati Abbas et Conuentus eidem Chertu et cognatis suis concesserunt; dantes infra in pratis et in arundinetis, que sunt ultra fluuium Hidus uersus occidentem, potestatem falcandi fenum, metendi arundines ad usum ipsorum sufficienter. Quia uero iam tociens dicti Chertu fidelitas non ex condigno fuerat per hoc remunerata, cum non in meram libertatem ipsum et cognatos suos transtuleramus, sed in liberos iobagiones Ecclesie, sicut supradiximus; hanc sibi suisque cognatis antenominatis graciam concessimus specialem, ut quecumque collecta uel quelibet exactio in Regno nostro emerserit, ipsi ab earum solucione liberi sint penitus et inmunes, nec occasione earum aliquatenus molestentur. Vt igitur hec nostra ordinacio ac concessio legitime facta salua semper et inconcussa permaneat, nec possit imposterum per quempiam retractari; presentes in perpetuam rei memoriam et firmitatem litteras duximus concendendas, duplicis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Budensis, aule nostre Uice-Cancellarij, anno Domini M° CC° tricesimo nono, tredecimo kalendas Maij, Regni autem (nostri) anno quarto.

(Az eredeti után Nagy Imre, Hazai Okmánytár IV. köt. 22. l.)

47.

IV. Béla király Vizmich birtoknak a veszprémi püspöktől Mihály comes számára történt eladását helyben hagyja. 1239.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Dignum est et racioni consentaneum, ut ea, que legitime et honeste inter quoslibet ordinantur, ne a memoria posteritatis iteracione recidiua in confusionem relabantur, litterarum patrocinio commendentur, que rebus gestis fidem seruant efficacem. Eapropter ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod cum Ecclesia Vesprimiensis quandam terram Vyzmich possideret, sitam inter Drauam et Zaratka fluuios, sicut per venerabilem patrem eiusdem loci Episcopum intelleximus, adeo remotam, ut uix aut numquam prouentus aliquos percipere possit ex eadem; idem Episcopus, ut terram memoratam in maiorem ipsius Ecclesie utilitatem conuerteret, impetrata a nobis licencia tamquam a patrono, cum consensu sui Capituli et iobagionum Ecclesie sue, sicut nobis idem intimauit, dilecto et fideli nostro Michaeli fratri Buzad, Magistro Dapiferorum domine Regine karissime coniugis nostre, uendicioni exposuit pro centum marcis argenti; quam pecunie summam, sicut dictus Episcopus per suas nobis litteras ueraciter demandauit, plene recepit et perfecte. Et sic terra prenominata in usum et iurisdiccionem supradicti Magistri M. perhenniter est conuersa. Cuius mete, sicut in ipsius Episcopi litteris contineri perspeximus, hoc ordine distinguntur : Prima meta incipit a parte orientali iuxta aquam Zaratka, ubi est meta terrea, et ultra eandem aquam in parte australi commetaneus est Cazmuta cum generacione sua; et inde uadit uersus meridiem, et inde parum eundo est meta terrea; deinde uadit per eundem campum ad quemdam monticulum, et ibi est meta terrea, ubi in parte orientali commetaneus est Otok filius Nanadei; et inde uadit ad quamdam uallem uersus meridiem,

ubi sunt salices, et ibi est meta sub salice; deinde uadit ad arborem, qui uulgo dicitur *ieguna*, et ibi est meta; deinde uadit ad stagnum quoddam, quod egreditur de Draua, et in illo loco, ubi aqua Strug cadit in ipsum stagnum est meta terrea; et inde per nemora ducit ad Drava, et ibi in parte orientali commetaneus est Wlchuk; et inde uadit ad partem occidentalem per medietatem aque Draue, sicut solet fieri ultra Drauam, ubi commetaneus est Ladizlauus, super terra Helie filij Laurencij cum generacione sua, et omnes insule pertinent ad Comitem Michaelem; et inde per Drauam protenditur ad magnum portum Vorosdiensem, qui est in terra Magistri Michaelis, et commetanei sunt Lodomer, Marcus et Vytik; item per Drauam uadit ad aquam Zaratka, que tempore inundacionis pluuie exit de Draua, et ibi est meta sub ulmo, et meta terrea, et ibi in parte australi sunt commetanei castrenses Zaladienses; deinde uadit per aquam Zaratka uersus orientem, ultra quam commetaneus est Egiuthkv cum tota generaicone sua; et inde redit ad primam metam. Nos igitur hec omnia, sicut iuste et legitime sunt facta, pro rato et firmo reputantes, iuxta humiles et intentas utriusque partis peticiones, ad memoriam et confirmacionem facti pleniorem, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri patrocinio in perpetuum roboratas. Datum in Horom, anno gracie M° CC° XXX° IX°, XV° kalendas Junii, Regni uero nostri anno quarto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a királyi kettős pecsétnek töredéke sárga-vörös-kék selyemzsinoron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

48.

IV. Béla királynak Wys és Chenke helységeket tárgyazó adománya Simon Berkezi Belye Jánosnak fia számára. 1239.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in uero Saluatore. Cum obsequencium fidelitas polleat sinceritate, donorum non immerito decet ipsos benigne aspicere cum fauore, et eorum comoda pro viribus ampliare. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos digne in memoriam reuocatis, et animo gratuitu pensatis fidelium obsequiorum meritis nobilis viri magistri Symonis filij Johannis Belye de Berkez ex generacione condam magistri Johannis Fridrih magno laudem (igy) preconio attolentes, quibus ipse aduertens retroactis temporibus, trabem nostre Maiestatis imitando, virtute constanti fideli sincero zelo, viribus laboriosis et sollicitudine indefessa complacens in cunctis nostris negocijs superinde sibi commissis, nobis toto sue posse studuit complacere, reddens semper erga nostrum Regium Culmen gratum et acceptum seruicium. Quorum racione cupientes ex animo sibi Regie liberalitatis dono et remuneracionis antidoto occurrere, vt ceteri eo exemplo ad fidelitatis et virtutum opera exercenda feruencius exardescant, discantque sub Principe glorioso deuocius famulari; quandam villam nostram Wys vocatam, simulcum quadam terra nomine Chenke, ab aliorum juribus per metas infrascriptas omnino distinctas et separatas, eidem Symoni, et per eum memorato Johanni patri, ac Job filio eiusdem Symonis, item Zwbuzlo et alteri Johanni fratribus, et consanguineis suis, eorumque posteris vniuersis cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, ac vado in fluuio Bodrogh habito, jure perpetuo et irreuocabiliter dedimus et contulimus. Quarnm prima meta primo incipit a septentrione iuxta quandam wenam Thewreker vocatam, vbi alia vena eiusdem aluei Dedel appellata cadit in eandem venam

Thewreker, quam scilicet venam Thevreker ibidem pertransit quedam uia, que ducit de villa Olazy in aliam villam Keleznew; inde per eandem uiam currit uersus plagam meridionalem usque in monticulum Paphomoka nuncupatum; abhinc iterum in eadem transit ad dictam plagam meridionalem fere ad iactum duarum sagittarum; de qua scilicet via postea exyt, et reflectitur modicum ad partem occidentalem, vbi circumdat quasdam terras arabiles supra quendam lacum Papthowa uocatum; wnde iterum girat ad meridiem, et vadit per bonum spacium quoadusque attingit latus cuiusdam monticuli Akazthohegh vocati, a parte videlicet occidentis existentis; deinde tendit in alium monticulum Hegeshomok appellatum; abinde vadit ad portum Kytheze dictum, vbi iuxta eundem portum continuo currendo cadit in quandam venam aque Oldere uocatam, quam ibidem pertransit quedam via, qua itur de dicta Wys in Zaboch, per quam scilicet uenam Oldere currit per longum spacium usque ad Herkuth; abhinc reflectitur ad plagam septemtrionalem, et meat ad quendam locum Keregdedzechel dictum; inde transit ad quendam alium locum Kelechkazegh nuncupatum; deinde tendit similiter ad locum Chwrkefyzere; inde iterum cadit ad Posoghere; dehinc vadit ad Arostho, a quo iterum transit ad locum (igy) Asowan nominatum, per quod egreditur aqua de fluuio Bodrogh; inde per eundem fluuium Bodrogh ascendit usque ad metas nobilium de Sadan, vbi prescripte mete dicte possessionis Wys terminantur. Vt autem hec a nobis facta donacio robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit ab aliquo temporum — — — irritum reuocari, fideli nostro magistro Laurencio Comiti de Zaboch nostris litteris dederamus in mandatis, quod prefatam villam Wys et terram Chenke memoratis Symoni ac Johanni patri, et Job filio eiusdem Symonis, necnon Zwbuzlo et alteri Johanni, ipsorumque posterys statueret coram viciuis et commetaneis; qui Comes Laurencius nobis demum rescripsit in hunc modum, ut prefatam Wys simulcum terra Chenke sub predictarum metarum cursibus existentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet ac vado supradicto ipsis statuisset, presentibus vicinis et commetaneis earundem vniuersis nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presen'es concessi-

mus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zegedini in vigilia Symonis et Jude Apostolorum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono.

(Bőrhártyára írt példányról a nemz. muzeum kézirattárában, melyhez vörös selyemfonalon pecséttöredék van függesztve, de mely nem az eredeti, hanem, mint látszik, XV. vagy XVI. századi kiadvány. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 158. l.)

49.

IV. Béla király egy birtokcserét hágy helyben testvére Kálmán galicziai király és szlavoniai herczeg s Drugán Baylethának fia közt. 1239.

Nos Stephanus Diuina prouidencia Episcopus Zagrabiensis et Regni Sclauonie Vicarius Generalis memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit vniuersis, quod cum Georgius, Petrus sacerdos et Boleta, filij Valentini, filij Samsonis de Kyristalfelde legitime citacionis modum obseruando, Nicolaum filium Stephani, filij Laurencij de eadem contra se in presenciam olym Leustachij dicti Regni Sclauonie Bani predecessoris nostri attraxissent in causam, ipsaque causa diuersis prorogacionum cautelis et terminis interuenientibus, medio tempore honore dicti Banatus ex Dei gracia et domini nostri Regis deleccione in nostram personam transscendendo, ad presentes octauas festi Beati Martini confessoris dilatiue deuenta extitisset, tandem ipso termino occurrente predicti Georgius et Petrus sacerdos filij Valentini pro se personaliter, et pro predicto Boleta fratre ipsorum cum litteris procuratorijs Capituli Chasmensis Ecclesie iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum ad nostram judiciariam accedentes presenciam, contra eundem Nicolaum filium Stephani in figura nostri judicii dixerunt proponendo isto modo: quod idem Nicolaus filius Stephani quan-

dam possessionariam porcionem condam Petri filij Iwan dicti Chech in dicta possessione Kyristalfelde iuxta fluuium Thoplicha uocatum sitam et adiacentem, in qua videlicet porcione possessionaria ipsi mortuo prefato Petro dicto Chech iuxta Regni consuetudinem porcionem habere deberent, omnino pro se occupasset, et occupatam detineret ac vteretur; cuius possessionarie detencionis scire vellet racionem ab eodem. Quo percepto idem Nicolaus filius Stephani personaliter exsurgendo respondit ex aduerso, quod predicta porcio possessionaria, que condam erga prefatum Petrum dictum Cheh fuisset, olym Drugani filij Bayleta prothaui sui extitisset, et ob hoc prefatis filijs Valentini in nullo attineret, sed ad ipsum de iure deberet pertinere. Et ibidem ad suorum verborum comprobacionem quasdam litteras olym domini Bele Dei gracia incliti Regis Hungarie beate recordacionis anno ab Incarnacione Domini millesimo CC° XXX° nono, septimo idus Novembris Regni sui anno quinto, priuilegialiter emanatas, nostro judiciario examini presentauit; in quibus inter cetera habebatur, quod karissimus frater dicti domini Bele Regis Rex Colomanus et Dux tocius Sclauonie eidem significasset, quod cum terra Drugani filij Bayleta esset uicina cuidam predio ipsius domini Colomani Ducis nomine Wereytiche, considerata vtilitate ipsius terre et vicinitate, eandem sibi dictus dominus Colomanus Dux ad predium supradictum recipiens, dicto Drugano pro concambio terre illius quandam terram castri Symigiensis nomine Thoplicham in Garygh certis metis distinctam fecisset assignari, cuius quidem terre mete in eodem priuilegio seriatim continentur. Dehinc idem Nicolaus filius Stephani quasdam litteras domini nostri Lodouici Dei gracia Regis Hungarie in anno proxime transacto similiter priuilegialiter exortas nobis curauit exhibere, inter cetera denotantes, quod idem Nicolaus filius Stephani dicti Arthow de Kyristalfelde ad Sue Serenitatis accedens conspectum, predictas litteras ipsius condam domini Bele Regis super prenotata terra ipsius condam Drugani Thoplicha vocata confectas, Sue Celsitudini presentando humiliter et deuote, Sue Regie Maiestati in eo supplicasset, vt predictam terram ipsius condam Drugani, eo quod ipse per dominam matrem suam ex linea predicti condam Drugani naturaliter

extitisset propagatus, sibi et suis heredibus noue donacionis sue tytulo dare et conferre, ipsumque priuilegium dicti domini Bele Regis pro ipso et suis heredibus acceptando ratificare et suo Regio dignaretur priuilegio confirmare; ipse itaque dominus noster Lodovicus Rex in hac parte fauorabiliter inclinatus, pretactum priuilegium ipsius domini Bele Regis acceptans, ratificans et pro eodem Nicolao confirmans, predictam terram stb. Datum Zagrabie sedecimo die termini prenotati anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a püspöknek pecsétje selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

50.

IV. Béla királynak itélete Jaczint zeurugi apát és Bazad mester közt Zobor helység tárgyában. 1239.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallichie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum tam modernorum quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Abbas Monasterij Sancti Philippi de Zeurug Jacinctus nomine, fidelem nostrum Magistrum Buzad quodam (igy) filium Buzad Bani ad nostram citauit presenciam, requirens ab eo quoddam predium nomine Zobor, quod ad Monasterium de Zeurug pertinere dicebat, et ab eodem Magistro Buzad uiolenter et contra iusticiam fuisse occupatum. Partibus igitur termino assignato in iudicio constitutis, ex nostra uoluntate et permissione talem inter se fecerunt composicionem : Ut prefatus Magister Buzad pro predio illo, pro quo contencio mota fuerat, Abbati et Conuentui de Zeurug coram Capitulo Chenadiensi solueret centum marcas, quibus solutis ipsum predium Zobor in ius et dominium cederet Magistri Buzad pacifice perpetuo possidendum, omnem contradiccionem et contencionem, que inter ipsas partes mota

fuerat, penitus sopiendo. Constitit autem nobis per litteras Capituli Chenadiensis, nec non per litteras Abbatis et Conuentus de Zeurug, quod ipsa summa pecunie, uidelicet centum marce plenarie per Magistrum Buzad secundum formam conuencionis eorum fuissent Abbati et Conuentui prememoratis persolute; ea tamen conuencione ac condicione interposita, quod si unquam aliquis sepedictum Magistrum Buzad pro sepe memorato predio Zobor uellet impetere, Abbas et Conuentus de Zeurug modis omnibus tueri fideliter teneretur. Vt autem series huius facti perpetuum firmitatis robur obtineat, presentem paginam duplicis sigilli nostri munimine iussimus roborari. Actum Dominice Incarnacionis M° CC° XXX° VIIIJ°, X° kalendas Decembris, Regni autem nostri anno quinto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

51.

Dénes nádor a Pósát és Lőrinczet anyjok jegyajándéka jogán illető két ekényi földet Csengeren a Szamos mellett, melynek a Káta nemzetségbeli Panyit részére 14 márkáért leendő átengedése iránt már előbb megegyeztek volt, miután később Pósa és Lőrincz párbaj útján lopás bűnében marasztaltattak és halálra itéltettek, a 14 márka egy harmadának a károsúlt felek, két harmadának pedig neki mint bíró részére történt lefizetése után, az említett Panyitnak itéli, és ezt abba beigtattatja. 1239.

Dionisius Dei gracia Palatinus et Comes de Zonuk, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis auctore. Uniuersorum noticie presencium tenore duximus intimandum, quod Ponet de genere Kata, Pousam et Laurencium ad nostram citauit presenciam, proponendo contra eos, quod terram existentem ad duo aratra de terra Chenguer sitam iuxta Zomus, que racione vicinitatis sibi pertinebat ad emendum, Pousa et Laurencius occasione dotis matris sue, absque ipsius

permissione, suo iuri appropriassent. Ex aduerso vero Pousa et Laurencius, ex ipsius permissione aliorumque uicinorum dictam terram possedisse asserebant. Die igitur a nobis assignato, dum partes ex iudicio nostro suam testibus comprobassent idoneis assercionem, Ponet Comes dicte terre amissionem per sacramentum sex hominum voluit sustinere, Pauli videlicet filij Pous, Damiani, et Boricij fratrum eorundem, Pauli filij Zepe, Petri filij Dionisij, et Abbatis de Buud. Et cum dies sacramenti aduenisset, talis inter eos facta est composicio, sicut in litteris Conuentus Sancte Dextre, vbi prestare debuerunt sacramentum, recepimus, et sicut nobis per partes est relatum : quod terram duorum aratrorum de terra Chenguer Ponet Comiti pacifice et quiete iure perpetuo reliquerunt possidendam, tali tamen modo; quod Ponet Pouse et Laurencio quatuordecim marcas dare teneatur. Igitur inter tempus solucionis pecunie, dicti Pousa et Laurencius contra Rekam et Bolosey in examine duelli pro furti crimine sunt conuicti, qui Pousa suspendio condempnatus, Laurencius vero fugiens ecclesiam introiuit, et sic sanguinis euasit effusionem, totaque eorum possessio tam ad manus partis aduerse, tam ad nostras fuit deuoluta; similiter et Ponet Comes terciam partem quatuordecim marcarum, quibus Pouse et Laurencio tenebatur, parti soluit aduerse, duas vero partes earundem marcarum nobis tamquam judici persoluit. Qua de causa sepedictam terram duorum aratrorum de terra Chenguer, licet ipsa terra matri Pouse et Laurencij pro sua dote data fuerat, quia tamquam detentrix furum, filiorum scilicet suorum, qui, sicut prediximus, in furti crimine fuerunt conuicti, deprehensa fuit, per Gabrielem prestaldum (így) de uilla Toh eidem Ponet Comiti iure perpetuo et inreuocabiliter fecimus assignari. Et ne huius rei series in irritum per aliquem possit reuocari, ad perpetue robur stabilitatis presentes literas concessimus sig(illi nostri) patrocinio roboratas. Datum anno Domini M° CC° XXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, melynek függő pecsétje elveszett, előbb a gr. Gyulai család levéltárában, most az erdélyi Muzeum kézirattárában. Közli Szabó Károly. Kollár másolata után számos értelemzavaró hibával kiadta Fejér Cod. Diplom. Hung. IV. d. I. köt. 170—172. l.)

52.

Dénes nádor Urias pannonhalmi apátnak kérésére Kayar helység birtokviszonyainak rendezése tárgyában intézkedik. 1239.

Dionysius Dei gracia Palatinus et Comes de Zonuk omnibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis auctore. Vniuersorum noticie tenore presencium duximus significandum, quod Vros Abbas Sancti Martini de Pannonia ad nos accedens, hominem sibi ad separandam terram suam et syluam in villa Kayar existentem a populis eiusdem ville postulauit; quo accepto, cum ad ipsam terram disiungendam ventum fuisset, homines dicte ville, sicut nobis postmodum relatum est, prohibuerunt. Qui cum citati fuissent, contra dictum responderunt Abbatem in hunc modum: quod nichil partis in terra vel sylua haberet, preter terram, in qua Pouca clericus et sui residebant cognati, quos dicebant dictum Abbatem sub nomine juris sue Ecclesie retinere. Abbas vero et fratres sui Poukam, et fratrem suum nomine Pous, et suos cognatos Geruasium, Michaelem et Laurencium, libertinos sue Ecclesie instanter asserebant. Pouca vero et sui cognati se liberos et propria voluntate cum sua terra, quinquginta scilicet jugerum, monasterio antedicto se subdidisse affirmabant. Nos igitur auditis tam Abbatis, quam Pouce et suorum cognatorum allegacionibus, vtrique parti ad suam probandam assercionem testes producendi terminum assignauimus. Abbas igitur et fratres, Poucam et suos cognatos, a quadam domina nomine Chekqvend testamento eiusdem domine, quod in camera Jauriensis Ecclesie fuerat depositum, et aliorum quam plurium testimonio libertinorum, eiusdem monasterij condicionatos comprobauit. Pouca eciam et sui cognati, testibus quibus potuerant, se liberos fore probauerunt. Nos igitur auditis responsionibus testium parcium vtrarumque, licet testimonium Abbatis esset acceptabilius, et causa per hoc terminari posset; propter maiorem tamen cautellam, et justiciam abundanciorem, de testibus Abbatis tres homines: Apa Comitem, Ipolitum de

Saar, et Conuentum de Beel, et ipsum Abbatem judicauimus prestare sacramentum, terminum assignantes. Sed quia inter ipsius cause deuolucionem populi de villa Kayar prefata, preter Ipolitum et suos cognatos, sicut nobis postmodum constitit, mancipia ipsius Abbatis et seruos ibidem existentes, sicut Abbas et fratres dicebant, destruxerant, faciendo eidem dampnum quinquaginta et sex marcarum; et ipsis populis se fecisse negantibus, dominus Abbas et fratres contra eos euidentissime comprobassent; judicauimus, vt de testibus domini Abbatis quatuor homines intelligeremus, prestarent sacramentum, vel pugiles congressos adducerent ad pugnandum; et cum populi hesitarent, quale de duobus eligerent judicijs, pecierunt a nobis ad consilium inter se accipiendum. Quorum acquieuimus peticioni; sed antequam ad nos redirent ad judicium eligendum, tam Abbas, quam ijdem populi a nobis se componi pecierunt; qui, licencia et permissione a nobis obtenta, rursus eisdem coram nobis constitutis, sicut compositores retulerunt, populi cuiuscunque condicionis in villa prefata, preter Ipolitum et suos cognatos existentes, super dampno premisso tanquam rei coram nobis supplicauerunt, terramque fimosam cum funiculo decem vlnarum numero nonaginta sex, vbi contineri dicuntur centumquadraginta iugera et sylua, in quiete et pacifice, sicut prius possidebant, omni cessante reliquerunt contradiccione. Pouca eciam et sui cognati, se recognoscentes in eodem termino, quo Abbas cum suis iurare debebat testibus coram ipsis, ad genua Abbatis et fratrum ibi existencium vt rei prociderunt, de offensa simul et contumacia veniam flebiliter postulantes, et vt nihil pene pro huiusmodi presumpcione et elacione, quam commiserant, eis inferretur. Quorum Abbas et fratres moti precibus, nostra eciam pro eis interueniente peticione, misericorditer condescendit, et commissis indulgenciam faciendo, et vt seruicijs et libertate, quibus prius Ecclesie tenebantur, fierent obnoxii. Nos itaque vt judex, cum justicia Abbatis et fratrum secundum modum patuisset pretaxatum, tam terram quam syluam et libertinos antedictos, eorumque heredes, per nostrum pristaldum Comitem Dionysium de Toh monasterio sepedicto statui fecimus perpetuo et quiete possidenda. Et vt ista firma et illibata in perpetuum possint permanere, presentibus litteris fecimus interponi, sigilli nostri

patrocinio roborantes. Datum Jaurini anno ab Incarnacione Domini M° CC° XXXIX°

(Eredetie bőrhártyán, melyről az egykor függő pecsét már elveszett a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

53.

Endre országbírónak, a nádor ugyanazon intézkedését helyben hagyó itélete. 1239.

Andreas filius Seraphini Curie Regie Judex et Comes de Poson omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum volumus peruenire noticiam, quod cum quidam clericus Pouka nomine de villa Kayaar Abbatem Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie citatum in domini Regis traxerit presenciam, conquestus est obiiciens eidem, quod terram suam et suorum cognatorum, in eadem villa Kayaar existentem, violenter et citra jus sibi vsurpatam detineret, et se, scilicet ipsum Poucam, et fratrem suum Pous nomine, nec non ipsius cognatos, quorum nomina sunt hec : Geruasius, Michael et Laurencius, cum filijs ipsorum contra jus in libertinorum vellet redigere seruitudinem; voluntas autem domini Regis et circumspeccio causam eorundem nostro commisit examini discuciendam. Instante itaque termino et die respondendi, partibus coram nobis constitutis, Abbas iam dictus litteras priuilegiales Dionysii Comitis Palatini attulit, et nobis manifeste presentauit; quarum tenore inspecto intelleximus, Poucam clericum vna cum fratre suo et cognatis prenominatis ex euidenti et legitima predicti Abbatis comprobacione, sicut ex eisdem litteris patuit, per omnia fore conuictum, et monasterio Sancti Martini simul cum fratre et suis cognatis iam dictis libertinorum seruicio merito subiacere. Nos igitur litteris Palatini Comitis, sicut decet, non obuiantes, sed ipsius censuram debito fauore com-

mendantes, et ratum habentes totum, quidquid ipsius ordinauit et deliberauit trutinacio, Poucam clericum sepius nominatum, et fratrem ipsius, ac suos cognatos, quamquam juxta Abbatis assercionem et seriem litterarum Comitis Palatini pro contumacia et lite contra eundem Abbatem iterata, in seruitutem redigendi fuissent penitus; decreuimus, imo nostro obtinuimus interuentu, libertinorum seruicio perenniter subjacendos; hoc tamen addito, quod nisi infra Pentecosten proxime venturam ad exercendum et suscipiendum libertinorum seruicium, sicut ipsis ex misericordia Abbatis prememorati concessum est, rediuerint, in seruorum jugum et seruitutem, sicut contumaces et tocies rebelles, merito redigentur; terra eciam eorundem, sicut et ipsi, in jus Abbatis cessit perpetuo possidenda. Igitur, vt hoc factum coram nobis uentillatum, irreuocabile et inuiolabile perseuerare ualeat, presentes litteras concessimus in testimonium sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M° CC° XXXIX°

(Eredetie bőrhártyán, a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

54.

Miklós al-országbírónak ítélete a Garam melletti szent benedeki apátság és Vágközi Endre közt. 1239.

Nos Nicolaus Viceiudex Aule Regie significamus omnibus presentem paginam inspecturis, quod cum super septuaginta uel sexaginta, uel paulo pluribus aut eciam paucioribus iugeribus terre in villa Zampto existentibus, ac fossato antiquo circumdatis, Abbas Ecclesie Sancti Benedicti de Grana conuenisset coram nobis Andream filium Oltumani de Wagkuz, proponendo contra eum tali modo, quod cum ipsa Ecclesia dictam terre particulam hereditario iure possedisset, et super hoc priuilegium haberet, ipse Andreas eam uiolenter

occupasset, et occupatam pro sue detineret arbitrio uoluntatis. Ad que dictus Andreas respondens illam eandem terre particulam ad suum ius hereditarium pertinere asserebat. Nos igitur cum ordine iudicij exigente ipsi Abbati ad exhibendum suum priuilegium terminum competentem assignassemus, exhibuit ut debebat; verum quia in illo priuilegio mete aut termini illius terre non exprimebantur euidenter, ad maiorem huius rei euidenciam produccionem testium commetaneorum super certificacione metarum seu terminorum eiusdem terre per eundem Abbatem censuimus faciendam. Quod cum sepe dictus Abbas elegantissime fecisset, iuxta nostri iudicij formam et processum quatuor de testibus productis a parte aduersa electos super premissis ad prestandum duximus sacramentum iudicandos. Quo facto ipse Andreas pro bono pacis ante recepcionem sacramenti memorati multociens dicte terre particulam, ut superius tactum est, infra fossatum iacentem, dimisit Ecclesie memorate iure perpetuo possidendam. Pristaldo huius cause Martino de Damas iuxta fluuium Goron existente. Vt autem huius rei series salua semper consistat, et ne ab ullo unquam omnino hominum queat irritari, presentes concessimus litteras, in argumentum amplioris fidei sigilli nostri apposicione communitas. Datum anno gracie M°,CC° XXX° VIIII°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét hártyazsinegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

55.

Miklós al-országbírónak ítélete a Salamon nemzetség nemesei és Pozsonymegye várjobbagyai közt. 1239.

Amicis suis Reuerendo Capitulo Ecclesie Posoniensis Comes Stephanus de Bathor Judex Curie domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Imperatoris Semper Augusti, ac Hun-

garie, Bohemie, Dalmacie stb. Regis amiciciam paratam cum honore. Noueritis, quod cum ob contradictoriam inhibicionem metarum reambulacionis possessionis Leegh vocate in Comitatu Posoniensi existentis, nobilis domina Heduigis vocata relicta, ac Emericus filius condam Petri Grof de Bozen, Anthonium filium Dominici, Clementem filium Stephani de Salamonwatha, Salomonem fratrem eiusdem Anthonij, Andream filium Nicolai de Belwatha, et Stephanum filium Sigismundi de Watha legitime euocacionis modum obseruando contra se ad octauas festi Beati Jacobi Apostoli in anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto preteritas Regiam in presenciam attraxisset, et ab eisdem octauis ipsa causa partes inter easdem stb. (többször elhalasztatott, s végre) presentes octauas festi Epiphaniarum Domini attigisset; — — tandem ipsis octauis festi Epiphaniarum Domini instantibus, Johannes Litteratus de Debiagoz pro annotatis nobili domina Hedvigis vocata relicta et Emerico filio condam Petri Groff de Bozen cum procuratoriis litteris vestris in nostram veniendo presenciam, quasdam litteras stb. nostro judiciario examini curauit demonstrare stb. (Ennek ellenében) Andreas filius Nicolai pro se personaliter, et pro dictis Anthonio, Clemente, Salomone et Stephano cum procuratorijs litteris vestris in nostram exurgendo presenciam quasdam litteras dicti domini Bele Regis priuilegiales sine anno emanatas, habentes in se confirmatiue tenorem quarundam litterarum sentencionalium Nicolai Viceiudicis Curie sue Bude in dominica Letare anno gracie millesimo ducentesimo tricesimo nono emanatas nobis curauit demonstrare, in quibus habebatur, quod cum quidam jobagiones Castri Posoniensis litteris in eisdem nominati, inter ceteros Rodoman et alij de villa Hegvi, requisiuisset a tota generacione Salomon, qui fuissent in Watha et in Salomon, quandam terram de terra Watha, que wlgo vocaretur Althalwth allya felde pro parte Castri Posoniensis, asserentes eandem terram eis iure hereditario pertinere; dictique nobiles respondissent, eandem terram esse porcionem terre Watha, ipsorum scilicet et tocius generacionis Salomon hereditariam; tandem quia prefato Nicolao Viceiudici Curie Regie quibusdam probacionibus in facto ipsius terre per ipsos jobagiones Castri et dictos nobiles de generacione

Salomon coram ipso factis inter ipsos duellum per pugiles, qui nondum pugnassent, dimicandum adiudicante; qui quidem pugiles (cum) in area duelli crebris ictibus inter se dimicassent, idem pugil dictorum jobagionum Castri Posoniensis in ipso duello succubuisset et conuictus extitisset; pro eo ipse Nicolaus Viceiudex eandem terram, quam ijdem castrenses requisiuissent, eisdem nobilibus in perpetuum possidendam adiudicasset. Mete autem ipsius terre per hunc modum distingerentur : habens primam metam versus septemtrionem super Methkere aput principium, vbi Methkere exiret de magno Er, vbi conterminatur terre Tykwd et Jelka; hinc dirigeretur versus occidentem Noger; inde in inferiori fine Nogewren transiret ad Ludoser; deinde iret et retransiret Noger; hinc iret et veniret iuxta eandem Noger; inde in Gardubar(t)o transiret ipsum Noger ad Nagmagala remanente Gardubarto versus meridiem in partem dictorum nobilium; deinde iret ad insulam Gerchea, et ibi esset meta; deinde transiret versus meridiem ad fines terre ville Obony; hinc transiret superius iuxta aquam Said, remanente Saaid in partem nobilium predictorum; et inter Beil et Said veniret ad profundum Beilhonus Ewren; inde iret iuxta Beil superius adusque, ubi terra Beil et terra Legu coniungerentur in vnum superius predictum Althaluth; et exinde de Althaluth conjungerentur mete alijs metis terre de Watha, remanente Nagewren in partem nobilium sepe dictorum stb. stb. Datum Bude quinquagesimo quinto die termini prenotati anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

(Eredetie papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

56.

A IV. Béla király által Zalamegye birtokviszonyainak átvizsgálása végett kiküldött bírák, Robert akkor veszprémi püspöknek Hoholt comesnek Hagata nevű birtokára vonatkozó 1226-ki elismervényét átirja. 1239.

Nos Abbas Sancti Adriani, et Cwpan filius Vrbanus, judices super terris Castri Zaladiensis a domino Rege constituti, omnibus notum facimus, quod cum ad terram Hoholt Comitis in Hagatam accessissemus; dictus H. Comes super tenore terre sue empticie litteras Roberti Episcopi Vesprimiensis bone memorie nobis destinauit in hunc modum continentes:

Ego R. Dei gracia Episcopus Vesprimiensis stb. (1226; az okmány olvasható Okmánygyűjteményünk I. kötetében 275. sz. a.)

(Eredetie bőrhártyán, melyről két ép pecsét függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

57.

Arnold zalamegyei főispánnak Vyzmeth birtokát tárgyazó itélete, melylyel Mihály mester, Buzad bán testvérének tulajdoni jogát helyben hagyja. 1239.

Arnoldus Comes de Zala omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum Sancte Matris Ecclesie filiorum uolumus peruenire noticiam, quod Opoy Banus tocius Sclauonie causam, que uertebatur inter Magistrum Michaelem fratrem Buzad Bani ex

una parte super destruccione predij siti inter duos fluuios, Droaha uidelicet et Zurathka, nomine Wyzmeth; et Eguthku, Walchun, Othok ac cognatorum eorundem ex altera, nostre transmisit sentencie iudicandam, ordinandam et paci reformandam. Nos igitur uolentes causam terre imprimis exquirere, ad terram supradictam accessimus, descensum facientes in domo Petruzlov, conuocatis omnibus commetaneis et parrochianis, et omnibus alijs uiris ydoneis et nobilibus circumadiacentibus, uoluimus causam supradictam iudicare, interrogantes Magistrum Michaelem, qualiter terram supradictam possedisset. Qui dixit, se iure empcionis possessionem memoratam possedisse; et super hoc litteras priuilegiales Illustrissimi B. Dei gracia Regis Hungarie, et Capituli Wesprimiensis, nec non et Episcopi eiusdem loci venerabilis patris exhibuit; quas nos in presencia omnium ibi existencium, et in presencia Egutku ac cognatorum eiusdem, et in presencia pristaldi Excellentissimi C. Regis, Ducis tocius Sclauonie, nomine Alberti de villa Sancti Georgij pro eo, quo dictus E. et cognati sui terram ipsorum in illa terra per Magistrum Michaelem uiolenter receptam esse dicebant, uerbo ad uerbum fecimus perlegi; quas cum omnis multitudo una cum ipsis E. uidelicet et cognatis eius audiuisset, interrogauimus eosdem, si Magister (Michael) iuste et legitime illam terram possedisset, et priuilegia perlecta essent iuste et legitime collata. Qui in nullo priuilegijs supradictis contradixerunt, sed possessionem terre supradicte Magistro Michaeli pacifice possidendam remiserunt, ita ut de cetero non ipsi, nec ipsorum heredes, heredumque suorum successores, possent uel deberent iterato cum Magistro Michaele uel suis successoribus causari. Vt igitur hoc ratum et firmum perseueret in posterum, eidem M. Magistro litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas, anno gracie M° CC° XXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán, Arnold főispánnak függő pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

58.

Arnold zalamegyei főispán, előbbi itélotére vonatkozólag Mihály mester ellenében Wyzmeth birtokának erőszakos háborgatása tekintetéből Egyutkw-t hatalmaskodási büntetésben elmarasztalja. 1239.

Arnoldus Comes de Zala omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum Sancte Matris Ecclesie filiorum uolumus peruenire noticiam, quod Opoy Banus tocius Sclauonie causam, que uertebatur inter Magistrum Michaelem fratrem Buzad Bani ex una parte super destruccione predij siti inter duos fluuios Droaha uidelicet et Zurathka nomine Wyzmeth, et Egyvtkw Welchyk, Othok ac cognatorum eorundem ex altera, nostre transmisit sentencie iudicandam, ordinandam et paci reformandam. Nos igitur uolentes causam terre inprimis exquirere, ad terram supradictam accessimus, descensum facientes in domo Petruzlov, conuocatis omnibus commetaneis et parrochianis, et omnibus alijs uiris ydoneis et nobilibus circumadiacentibus, uoluimus causam supradictam iudicare, interrogantes Magistrum Michaelem, qualiter terram supradictam possedisset. Qui dixit, se iure empcionis possessionem memoratam possedisse; et super hoc litteras priuilegiales Illustrissimi B. Dei gracia Regis Hungarie, et Capituli Wesprimiensis, nec non et Episcopi eiusdem loci venerabilis patris exhibuit; quas nos in presencia omnium ibi existencium, et in presencia Egyvtkv ac cognatorum eiusdem, et in presencia pristaldi Excellentessimi C. Regis, Dncis tocius Sclauonie, nomine Alberti de villa Sancti Georgij pro eo, quo dictus E. et cognati sui terram ipsorum in illa terra per Magistrum Michaelem uiolenter receptam esse dicebant, uerbo ad uerbum fecimus perlegi; quas cum omnis multitudo una cum ipsis E. uidelicet et cognatis eius audiuisset, interrogauimus eosdem, si Magister iuste et legitime illam terram possedisset, et priuilegia perlecta essent iuste et legitime collata. Qui in nullo priuile-

gijs supradictis contradixerunt, sed possessionem terre supradicte Magistro Michaeli pacifice possidendam remiserunt; ita ut de cetero non ipsi, nec ipsorum heredes, heredvmque suorum successores possent uel deberent iterato cum Magistro Michaele uel suis successoribus causari. Postea uero cum terra iustificata esset Magistro Michaeli, ex consensu et peticione utriusque partis super destruccione predij eiusdem M. Magistri, ordine iudiciario pro bono pacis talem fecimus composicionem; quod dictus Egyvtkv, exceptis cognatis suis, quia predium Magistri M. destruxerat, pro captiuacione trium hominum dicto Magistro M. solueret centum et decem pensas frisaticorum; item decem et sex boues; preterea tres equos in octauis Sancti Michaelis; ita tamen, ut medietatem pecunie supradicte solueret in dominico post octauas Sancti Regis, medietatem uero in octauis Sancti Michaelis; item si unus ex collateralibus suis et seruiens suus nomine Levka super uiginti quinque bobus et triginta duobus pecudibus, et ducentis ac quinquaginta capecijs frugum sacramentum prestare presumpserit; hec omnia dictus E. debet restituere; item idem E. cum duodecim hominibus consimilibus sui, nudis pedibus, gladijsque euaginatis in manibus eorum positis, debet supplicare pretaxato M. Magistro et excessus suos luere; iudici autem et pristaldo idem E. tenetur respondere tali eciam pacto inter partes interposito; quod si quis ipsorum de pace reformata resiliret, omnino pro conuicto haberetur. Vt igitur hoc ratum et firmum perseueret imposterum, idem M. Magistro litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas; anno gracie M° CC° XXX° nono.

(Eredetie bőrhártyán Arnold főispán függő pecséte alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

59.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele az Ajkai családbéliek közt történt birtokosztályról. 1239.

Capitulum Vesprimiensis Ecclesie omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino. Ad vninersorum noticiam uolumus peruenire, quod ex una parte Chelleus filius Stephani de Eyka, et ex alia cognati eiusdem de eadem uilla, scilicet Dominicus et Petrvs filii Sudan, Petrus filius Crustol, Domsa cum suis fratribus, et Mathey filius Eles cum fratre suo, Marcellus et Michael filii Poma, Petrus filius Ilari, et alii quam plures in nostra constituti presencia, asseruerunt, quod terram, quam habuerunt communem cum dicto Chelleus, certis metis diuisissent, pro qua lis exorta fuerat, dando eidem suam porcionem iuxta iustas metas, pristaldo Yule Comitis nomine Petro presente de uilla Purun, et mediante nostro homine. Mete uero predicte terre sunt iste : Prima meta incipit iuxta molendinum Sudan, et tendit in sulco eiusdem terre ad uiam, et ibi sunt due mete; inde tendit uersus orientem ad riuulum, et riuulus tendit inter duas metas uersus occidentem; et inde incipit et uadit usque angulum curie dicte (igy) Chelleus; et iterum uersus orientem uadit ad Bochon, et ibi est meta, et ibidem terminatur. Alia uero pars incipit a molendino Band, et ibidem est meta, et tendit usque ad Quochbiche in eadem uia, et in silua terminatur; ex parte uero orientali terminatur iuxta Bochon; et ex parte occidentali terminatur in Turnua. Vt igitur talis rey series robur firmitatis optineat, litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Vesprimii per manus Magistri Johannis Lectoris nostri, anno ab Incarnacione Domini M° CC° XXX° VIIII°. Venerabili patre nostro Bartholomeo Episcopo, Cazmero Preposito, Johanne Cantore, Mathia Custode existentbus.

A B C D

(Eredeti bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje hártyazsinegen függ. Közölte Thaly Kálmán.)

60.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Empsa és testvérei zalamegyei várjobbágyok Gostule nevü örökös birtokukat Hohold comesnek eladták. 1239.

Capitulum Wesprimiensis Ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod homo Comitis Hoholdy nomine Paulus filius Pouse de villa Kuhunus in nostra presencia constitutus ex vna parte; Empsa, Dyca, Itemyr et Heym filij Dees, Petrus filius Chug, Turul et Mycou filij Chunad de villa Boc, jobagiones castri Zaladiensis de genere Johannis Maioris Exercitus ex altera asseruerunt, quod quandam terram eorum hereditariam adiacentem terre Gostule cum vinea octo iugera terrarum continente, que est sita in eadem terra, ipso Comite non cogente, sed spontanea voluntate, sibi pro quadraginta marcis argenti vendidissent perpetuo possidendam. Cuius eciam terre terciam partem hijdem homines pro viginti marcis argenti primo vendiderant, sicut nobis retulerunt. Huius autem terre mete, prout in litteris dicti Comitis inspeximus, et hijdem homines affirmauerunt, sic distinguuntur: Prima meta incipit a meta terre eiusdem Comitis, quam dicti homines primo sibi vendiderunt iuxta fluuium Dobronuc ab aquilone, et venit versus orientem ad inferiorem partem ville Scenmiclos, vbi sunt due mete ex vtraque parte fluuii eiusdem iuxta viam magnam; et inde per fluuium eundem tendit per eandem viam magnam, per quam venitur ad locum Vdworcurka, et cadit in minorem Lynduam; minor autem Lyndua fluens per paruam terram cadit in maiorem Lynduam; et vbi minor Lyndua cadit in maiorem Lynduam, ibidem maior Lyndua flectitur ad partem superiorem versus occidentem, et exit ab eodem flumine ad viam, que ducit ad villam Scenmiklos; deinde ascendit montem, et inter vineas procedendo reuertitur ad primam metam, videlicet ad fluuium Dobronuc. Cetere autem vinee in eadem terra site de-

bent soluere chybriones. Tali tamen tenore interposito, quod si dictus H. Comes pro dicta terra aliqua superueniente calumpnia per aliquem impeteretur, predicti homines ipsum defendere tenerentur. Ad cuius vendicionis et empcionis memoriam pleniorem et inuiolabilem firmitatem, presentes litteras pro testimonio concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Johannis Lectoris, anno gracie M° CC° XXX° VIIII°. Venerabili in Christo patre nostro Bartholomeo Episcopo, Henrico Preposito, Laurencio Cantore, Mathya Custode existentibus.

(A veszprémi káptalan 1846-ki átiratából, mely a báró Mednyánszky család beczkói levéltárában őriztetik.)

61.

Az egresi konventnek bizonyságlevele Miklós comes végrendelkezéséről. 1239.

Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis frater A. dictus Abbas de Egres et eiusdem locj Conuentus salutem in domino uite presentis et future. Nouerit vniuersitas uestra, quod cum bone memorie N. Comes de Guedech, frater V. Strigoniensis Archiepiscopi, laboraret in extremis, A. tunc temporis Priorem, S. Subpriorem, H. Custodem nostrum ad se fecit accersiri confessione, quod salutifera peccatorum permissa litteras domini A. et B. Regum, et Capituli Albensis eisdem obtulit testimoniales, quod dum ipse prosperis adhuc habundaret successibus, possessionesque suas et predia in quatuor partes diuisisset tribus filiis, Isaac scilicet, Laurencio et Johanni, partem propriam cuilibet assignando; ne per ejus obitum discordia pullularet inter fratres, excepta terra Houd, quam ipse dimisit in commune; quartam partem tamen libere sibi reseruasset,

uidelicet villam Guedech, Gut, Miclous, Trucman, villam Nadayp, et villam Nouam, cum omnibus pertinenciis, pecudibus et familia; quod cui uellet, eam posset dare, aut in elemosinam conferre, in uita uel in morte. Processu uero temporis, quando Deus quartum ej concesserat filium, parte ad se pertinente ditare illum cogitauit; ita tamen, quod partes predictorum L. et J. cum parte junioris nomine March deberent estimari, et diuisione reiterata iusticia preuia unusquisque partem suam sortiretur; nichilominus a uillis quatuor Guedech, Gut, Trucman, Nadayp, coniugem suam decreuit esse inmunem et expertem. Propterea tamen (non) est pretereundum, quod si aliquem de tribus fratribus, idest L. et J. et M., mori contingeret, pars illjus ad duos superstites ex integro uolueretur. In hys omnibus predictus I. nullam potest habere questionem, tamen in prefata terra Houd, quam quatuor fratribus decreuit dimittendam, filiabus autem suis nihil omnino dimisit; sed matri et tribus fratribus L. et J. et M., eas commisit honorifice maritandas. In hujus rej testimonium presentes litteras fecimus scribj, et sigillj nostri munimine roborarj. Actum in Egres, anno Dominice Incarnacionis M° CC° tricesimo nono.

(Az eredeti után Ráth Károly, Hazai Okmánytár I. köt. 21. l.)

62.

Spalato és Trau városok közti békekötés. 1239.

Nel nome del Padre, e del Figliolo, e dello Spirito Santo Amen. Ad honor di Dio, e della gloriosa Vergine Maria, e delli Beati Doimo e Lorenzo, e di tutti gl' altri Santi e Sante di Dio; e per il buon stato, pace, e tranquillità delle Città di Spalato e Trau l' anno del Signore 1239. giorno di Luni entrante l' undecimo di Luglio; nel tempo di Gregorio PP., e del Serenissimo Rè di Slauonia Colomano, nell' inditione 12. Gar-

gano de Arsignis cittadino d' Ancona, Podestà di Spalato, per il suo Commune; Pietro de Luca e Paolo Giudici della Città di Tragurio, con gl' Ambasciatori dell' istessa Città Radde, Cerne de Dine, Marino de Amblasio, et Iuan Frenta per la detta Communità, volendo deuenire à reformar la pace, fratellanza e compagnia frà tutti doi li Communi:

1) Gl' è piaciuto, che si facci e ritengi di qui à dieci anni finiti ferma pace, concordia, e compagnia, et amicitia trà le Communità di tutte doi le Città, e che l' un Commune sia tenuto aiutare, consigliare e defendere l' altro nelle persone, e nelle robbe, tanto unitamente, quanto separatamente, e tutti quelli huomini, che la Città di Spalato haurà per nemici, la Città di Traù li hauerà per nemici, et all' incontro etc.

2) E se accaderà, che nascesse discordia over guerra per mare, la Communità di Spalato sara tenuta far quattro saetie, e la Communità di Traù doi; et altri legni siano tenuti di fare conforme alla possibilità di tutte doi le Città con buona fede senza fraude.

3) E se nascerà guerra per terra, la Communità di Spalato sarà tenuta far doi parte de soldati, e la Communità di Traù la terza parte.

4) E se mandaranno Ambasciatori per seruitio dell' istesse Communità, ò d' alcuna di loro in qualche parte, andaranno alle spese de doi parte de Spalatini, e della terza de Traurini.

5) E quando caualcaranno ò nauigaranno nell' esercito, tutte doi le Communità, et all' hora hauranno guadagnato qualche cosa; quel guadagno si diuidera in tal maniera, che doi parte siano de Spalatini, e la terza de Traurini.

6) Et se alcuno particolare da Traù vorrà domandare ragione da alcuno de Spalato, quella ragione si debba ventilare auanti li Giudici de Spalato; e diffinita la causa se parerà al litigante Traurino di non hauer riceuuta piena ragione, dourà portare la sua sentenza alli Giudici di Traù, e mostrarla, e se paresse à loro, ch' il suo cittadino non hauesse riceuuta piena raggione, e fosse la lite da 30 perperi in sù, all' hora i litiganti debbano andare alla Città di Zara, et à quella mostrare, se è stata ben fatta quella sentenza; che se sarà ben fatta, sia ferma; e se non sarà ben fatta, all' hora quella corte dourà conoscer la detta causa, e quella diffinire.

7) Saluo che qualsiuoglia, che fosse grauato, possi una volta dalla detta sentenza appellarsi; e poi in quel luoco proseguire l' appellatione, mà da altri giudici, che da quelli, che la prima volta giudicarono, e tutto quello sarà giudicato dalli giudici, si habbia per rato da tutte doi le parti.

8) Et se la lite sarà sotto 30 perperi, i litiganti non douranno andar à Zara; mà la sentenza delli giudici di Spalato sarà ferma, e da quella non si possi appellare.

9) Et l' istesso sia osseruato nelli Spalatini, che vorranno dimandar ragione da alcuno de Tragura.

10) Et se un Commune vorrà dimandar ragione dall' altro Commune, dourà dimandarla nella corte del Rè d' Ongaria, e quel Commune, ò il suo Sindico dourà andare alla detta corte a procurarsi la ragione nel termine di tre mesi doppo che sarà stato riccercato dall' altro Commune.

11) Et se qualche Tragurino perderà qualche bestia ò robba per mare, ò per terra, ò che li fossero furtiuamente pigliate, ò per forza, niun Spalatino le doura comprare, se non in Spalato palesemente; e se saranno conosciute, che fossero de Tragurini, non dourà comprarle, ma trattenerle per Tragurini. Et se le comprasse in qualch' altra parte che in Spalato, perda il prezzo, e le bestie, e la robba; et al contrario etc.

12. Et se Rogerio nipote del Conte Domaldo vorra dimandar alcuna raggione dal Commune di Tragura, debba dimandarla nella corte del Rè d' Ongaria.

13) Et del fatto del Conte Stepco è stato cosi ordinato, che tutti li danni da lui fatti al Commun di Spalato, ò ad alcun particolare, doppo che è stato Conte di Traù, che debba far raggione il Conte sotto l' esame delli Giudici di Traù.

Et se il Conte non si vorrà astringere, ch' il Commune de Tragura lo debba cacciare et hauer per inimico, et agiutare i Spalatini con tutto il lor potere nel recuperare le cose loro dal detto Conte, ò vero li Tragurini rifarranno loro dal detto Conte, ò vero li Tragurini rifarranno loro il danno.

14) Et se qualsiuoglia delle stesse Communità vorrà hauere alcuno per inimico, quella Communità dourà ricercar l' altro Commune, e quel Commune dourà essere in mezzo per farli far raggione, e se quel inimico non li farà raggione, ch' il detto Commune debba hauerlo per inimico, come l' ha

l' altro Commune, e possa pigliarlo, in qualunque delle dette Communità sara trouato.

15) Et in qualsiuoglia tempo, che l' una, e l' altra Communità vorrà trattar del fatto de tutte doi le Communità, gl' Ambasciatori di Traugura vengano due volte à Spalato, e gl' Ambasciatori di Spalato vadino una volta à Tragura.

16) In tutte queste cose, però saluo sempre l' honore e fedeltà del Rè d' Ongaria, le quali cose tutte, e ciascheduna delle soprascrite sono state promesse da tutte doi le parti, e fermate col giuramento corporale nel general colloquio, ó vero parlamento dell' una, e dell' altra Città, dalli huomini delle dette Communità. In presenza de Doimo de Formino, Lampredio de Zagarella, de Formino di Feste, Micha de Madio, Stano di Elia, Andrea de Micacio, Buccasio, Gregorio de Luca Spalatini; e Saladino de Volcina, Pietro de Bufalo, Casarizo de Kalenda, Trouan de Jance, Nicoletto de Toma, Dobra de Menza Tragurini, ed altri molti.

Io Pietro de Transmundo cittadino d' Ancona Notaro Imperiale, et hora del Commune di Spalato a tutte queste cose pregato, fui presente, hò scritto, e publicato.

(Az eredetileg — mint látszik — latin nyelven szerkesztett szöveg után Lucius, Memorie storiche di Traù 38 s köv. ll.)

63.

IV. Béla királynak a pannonhalmi apátság népeinek szolgálatait ujonan szabályozó intézkedése. 1240.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium sperancium in se salus. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum populi Ecclesie

Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie indebitis exaccionibus et seruicijs se de tempore in tempus esse grauatos coram nobis lachrimabiliter conquererentur; placuit nobis ipsam lachrymosam querelam admittere, et eandem misericorditer racione preuia terminare. Constitutis itaque ipsis populis in nostra presencia ex una parte; Decano et fratribus nec non jobagionibus eiusdem Ecclesie, cum pleno mandato ipsius Abbatis, qui propter infirmitatem adesse non poterat, ex altera; antiquas leges et debita eorundem a Sanctissimo Rege Stephano constituta exquisiuimus seriatim, quibus plene exquisitis et ueraciter expertis, quedam eorum debita, que ipsis ponderose imposita erant; licet tamen ex antiqua consuetudine obseruata, ipsis uidelicet Decano et fratribus, nec non jobagionibus eiusdem Ecclesie consencientibus, relaxauimus; ea, que iusta et legittima fuerant, tenore presencium imposterum confirmantes. Primum igitur debitum vduornicorum ipsius Ecclesie est, a tempore nouarum frugum persoluere in sex mensibus, vnoquoque videlicet mense, de suis propriis centum et triginta acones farine de frumento, et quadraginta acones de siligine, et centum septuaginta acones de auena. Item aliud debitum eorum est, ad alios sex menses portare segetes tam Simigij, quam in alijs partibus existentes, centum uidelicet et septuaginta acones ad molendinum Ecclesie, et eas ibi molare et portare ad clicium Ecclesie. Item debitum eorum est, facere communem farinam usque ad viginti acones pro pastu cuiusque mensis, de segetibus tamen Ecclesie. Item communem araturam, que wlgariter *eneu* dicitur, facere non debent; nec racione illius arature aliquid soluere Abbati uel Ecclesie teneantur. Item hij, qui pascunt mensem, debent dare currum cum jumento ad portandos panes Abbatis quocunque iuerit. Item omnes uduornici ipsius Ecclesie communiter debent dare de pastu vniuscuiusque mensis duos currus ad portandam farinam Abbati et fratribus quocunque, vel quociescunque necesse fuerit ire, siue ad curiam nostram, siue alias pro negociis Ecclesie procurandis. Item omnes ceteri populi seruiciales, scilicet pelliparii, sutores, fabri, et omnes alii, qui nominantur in priuilegio Sancti Regis Ladizlai, ad omnia genera officiorum debent sex currus dare cum animalibus ad portandum vinum Abbati et fratribus quocunque, et quociescunque

continget ire, siue ad Curiam nostram, siue alias pro causis Ecclesie. Preterea vduornici debent administrare ligna et aquam furno et ad coquinam propter balnea, et datur eis prebenda ex parte Ecclesie per mensem, in quo seruiunt. Item hi presentes per mensem tenentur dare singulis septimanis tres carratas lignorum, ne forte aliquo casu defficiant ligna ad furnum vel ad coquinam. Item vduornici tenentur renouare curiam furni (igy) cum veterescit, et portam eiusdem curie custodire; et tenentur renouare ortum Pannoniensem. Ad omnem uero farinam faciendam tenetur Ecclesia molendinum vduornici dare. Item vduornici de pastu cuiusque mensis ad festum Sancti Martini tenentur dare centum oua, quatuor galinas et duos anseres; et ad carnispriuium similiter; in pascha uero centum oua et vnum agnum. Item tenentur in festo Sancti Martini, et in aduentu Regis de vnoquoque mense dare tres carratas lignorum, quos vocant *tyzfa*. Item tenentur dare plebano suo de singulis mansionibus duas ydrias annone. Preterea quelibet villa ad festum Sancti Martini tenetur dare bouem triherbem, et de quolibet loco vnam ydriam annone et vnam brasij. Item vduornici tenentur dare ad festum Sancti Martini triginta panes, et tenentur dare de vnoquoque mense annuatim filum ad vnum rhete husonis, et portare ad monasterium; et debent dare unum panem illis, qui parant rhecia. Item omnes populi tam vduornici, quam et alii tenentur colligere fenum, quilibet eorum una die similiter, et una die portare fenum, et una die metere. Item fabri ex eisdem populis tenentur operari apud monasterium in una incude, non tamen ipsi debent portare ferrum, sed unus faber ex ipsis uadit ad ferreum castrum pro eligendo ferro tantum; similiter tenentur facere alia ferramenta, et alia necessaria, preter dictam incudem unam. Item de singulis villis in priuilegio Sancti Ladizlai nominatis tres mansiones debent ordinare vnum currum; ita, quod duo homines diciores dent duos boues et currum, tercius pauperior in propria persona laboret currum deducendo ad portandum uinum de uino Ecclesie, siue de Simigio, siue de Simigio, siue de Sala usque ad Ecclesiam Sancti Martini. Ceterum omnes vduornici unaquelibet mansio tenetur facere bracium de hordeo proueniente Ecclesie de decimis ad duos acones. Exacciones uero et debita, que eis relaxaui-

mus, hec sunt: decimas nidelicet de uino, et agnis, et apibus prouenientes non soluere, et residuum uini non portare, que hactenus consueuerant. Item araturam communem, que vulgariter *euen* dicitur, omnino facere non debent, sicut dictum superius et indultum; et septuaginta panes, quos debebant ad festum Sancti Martini per singulos annos, ex uoluntate tam Abbatis, quam et monachorum, eis indulsimus; cum ad solucionem decimarum nec vduornici nostri aliquatenus compellantur. Satuimus eciam, quod Abbas sepe memorate Ecclesie descensum suum eodem modo, sicut Abbas Waradiensis, uel Symigiensis, aut Saxardïensis recipiat et obseruet. Decernimus eciam firmiter statuentes, vt prefati populi omnia debita et seruicia superius adnotata, et in quibusdam per nos misericorditer alleviata, sine murmure aliquo et reclamacione fideliter teneant et obseruent; scientes certo cercius, quod quicunque presumptuose contra predicta reclamauerint, ipsos cum graui indignacione nostra abrasis capillis eorum in perpetuam seruitutem redigi faciemus. Vt igitur hec omnia auctoritate Regia statuta inrefragabiliter imposterum permaneant, nec populi supradicti a debitis et seruiciis eorum consuetis se debeant vel possint aliquatenus retrahere, presentem duximus paginam concedendam, dupplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum per manus dilecti ac fidelis nostri Magistri Benedicti Prepositi Albensis, aule nostre Cancellarij, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo XL°, pridie idus Julij, Regni autem nostri anno quinto.

(Eredetie börhártyán, a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

64.

IV. Béla királynak Turduna birtokát tárgyazó adománya Miklós gömöri főispán számára. 1240.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Cum incomprehensibilis Diuine disposicionis altitudo ad hoc gladium Regibus concesserit, ut malefactoribus uindicta, laus uero bonis iusta per eum distribucione reddatur, suadet racio et iuris rigor exigit, ut nec malefactorum peruersitas transeat inpunita, nec bene meriti suis stipendiis defraudentur. Hinc est, quod ad noticiam uniuersorum harum tenore uolumus peruenire, quod cum Jula Banus quondam de genere Kean, pro manifesto infidelitatis crimine per nostram, nec non karissimi fratris nostri Colomani Regis et Ducis tocius Sclauonie Illustris, hac omnium Baronum nostrorum sentenciam fuisset condempnatus, ac uniuersa ipsius bona ad nostram manum fuissent deuoluta, ipso suam uitam in nostris uinculis finiente; nos quandam ipsius possessionem nomine Turduna cum omnibus pertinencijs suis in Comitatu de Bursod constitutam, Nicolao Comiti de Gumur filio Gurg ob merita sue fidelitatis et seruicij duximus perpetuo conferendam. Nam idem Nicolaus inter cetera uirtutum merita, quibus nostram graciam ad plenum optinuit, in Regno et extra Regnum pacis et belli tempore nobis fideliter assistendo, in hoc specialiter claruit, quod dum in expedicione Ruscie essemus constituti, et bellorum cuneus esset hinc inde in conflictum accinctus, ipse in aduersam aciem uiriliter irruens multos in ore gladij neci tradidit, et innumeros captiuauit sui tamen sanguinis effusionem non modicam sustinendo. Quantas eciam probitatis acciones in alijs idem exercuerit, tempus pocius quam res deseret enarrantem. Ne igitur tam eximie fidelitatis constancia irremunerata remaneat, licet premium merito non respondeat ex condigno, tanquam omnem affluenciam temporalem transscendenti, possessionem supradictam sibi et suis

per ipsum heredibus heredumque successoribus contulimus; ut est supradictum. Postmodum autem cum idem in corporalem possessionem foret introductus, iobagiones Castri de Borsod de uilla Dedus, Zadur uidelicet, Petrus, Ysip, Abraham et alij de generacione ipsorum eundem Comitem Nicolaum traxerunt in causam dicentes, quod supradictus Jula Banus possessionem memoratam, ad ipsos iure hereditario pertinentem, uiolenter occupasset. Licet autem diucius ipsa causa coram nobis fuisset uentilata; tandem iobagionibus iam dictis in sua intencione omnino deficientibus, de Baronum nostrorum consilio ipsam possessionem sepius dicto Nicolao Comiti sentencialiter adiudicauimus iure perpetuo possidendam. Quam sibi per fidelem nostrum Kunam de uilla Holog sub testimonio dilectorum nobis Capituli Agriensis certis undique metis limitatam fecimus assignari. Mete autem, sicut per antedictum hominem nostrum, nec non per litteras Capituli memorati nobis constitit, hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit iuxta Turduna potoka, ubi posite sunt tres mete, vna meta, que a parte aquilonari continetur, excipit metam terre castrensium de Borsod et uillam Turduna nominatam, due uero mete, que ab australi parte continentur, excipiunt terram Nicolai Comitis; inde tendit in altum iuxta Rithonich potoka, et transit illud potok in dextram partem in latere unius montis, et ibi sunt due mete, vna eligit terram Comitis Nicolai, in qua est una quercus, et alia castrensium, in qua est alia arbor, que uulgariter *mogol* uocatur; deinde descendit ad Lypouch potoka, et iuxta unam uiam sunt due mete, vna eligit terram Comitis Nicolai, alia castrensium, et uadit iuxta illud potok in altum, et in capite illius potok sunt octo mete, que sunt mete capitales, vna castrensium, et alia Felc, tercia iobagionum castri de Dedus, quarta uero eiusdem Nicolai Comitis; inde progrediens in medio berch, vnde fluit fluuius in utramque terram, et uadit in altum in siluam magnam, et iuxta Kamunuska potoka sunt due mete iobagionum Castri et Comitis Nicolai, et interim multe alie mete noue et ueteres ab utrisque partibus sunt inposite; inde ascendit in siluam in capite Kamunusna potoka, ubi sunt due mete iobagionum Castri et Comitis Nicolai, et illic prope ad heremitas sub uno vimine sunt quatuor mete, ubi discernitur a iobagionibus Ca-

stri, et a deserta silua Castri; et inde progrediens uadit ad partes orientales super unum berch, in quo uadit vna callis, et ex utraque parte callis sunt in arboribus ab utraque parte signa inposita; et descendit de monte Oztro, et ibi sunt tres mete, due Comitis Nicolai, et una Castri; inde progrediens descendit in caput putei Bagun, ubi signatum est super una arbore, que *byk* uocatur signum clipei Jule Bani, in *Hasfeu* eligitur terra Castri, et Andree Comitis, et Nicolai; inde progrediendo a Comite Andrea venit ad Bathakue; inde progrediendo iuxta viam sunt quatuor mete Andree Comitis et Nicolai; inde peruenit sub unam quercum, ubi sunt tres mete Andree et Nicolai Comitis; inde uadit in Medwefeu, ubi sunt quatuor mete Andree et Nicolai Comitis; inde peruenit in Zelushasfeu, ubi sunt quatuor mete Andree et Nicolai Comitis; in capite Holboca potoka sunt tres mete Andree Comitis et Nicolai; deinde separatur a terra Andree Comitis, et iuxta Holboca potoka adheret mete terre iobagionum Castri, ubi sunt due mete, una Comitis Nicolai, altera iobagionum Castri; inde descendit in una calle, et iuxta dumum viminis sunt due mete, vna Nicolai Comitis, altera iobagionum Castri; inde tendit et uadit iuxta Holboca, et iuxta unam callem sunt due mete, et illic separat terram Cantlo; deinde Holboca cadit in Lubna, et Liscopotoca cadit in eandem Lubna; et incipiens cum metis duplicatis uadit iuxta Lisco, et peruenit ad caput Lisco, et ibi sunt due mete, et ibi diuidit metas cum castrensibus de uilla Cozonch; inde tendit ad occidentem, et uenit super unum berch iuxta Turduna potoca, et ibi sunt tres mete, vna castrensium, due Comitis Nicolai: inde tendens peruenit super idem berch ad Rednich potoca cum metis nouis et ueteribus inpositis, et ibi terminatur. Vt igitur huius nostre donacionis series perpetue stabilitatis robur obtineat, nec possit successu temporum per quempiam retractari, presentes eidem litteras nostras duximus concedendas duplicis sigilli nostri munimine perhemniter roboratas. Datum in Zolum per manus Magistri Benedicti Prepositi Albensis aule nostre Cancellarij, secundo Idus Augusti, Regni autem nostri anno quinto.

Eredetie börhártyán, melyről a király kettős pecsétének töredéke fejér-piros selyemzsinóron függ a budai kir. kamarai levéltárban.)

65.

IV. Béla királynak privilegiuma a barsi vendégek (hospites) szabadságá ól. 1240.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Tanto Regie Celsitudinis alta prouidencia ac prouidendi discrecio magnifica de statu et vtilitate hospitum in suo Regno commorancium benignius debet ordinare; quanto iugi illorum famulatu honori Regio oportunius assistitur opcione seruiendi pleniore. Eapropter ad noticiam vniuersorum volumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam hospites nostri tam Hungari quam Teutonici in subvrbio castri de Bors commorantes, vnanimiter et humiliter nobis supplicarunt, ut nos statum eorundem, qualiter et in quibus nobis aut Comiti Castri deseruire teneantur, ordinare et ordinatum exprimere dignaremur. Nos igitur ipsorum peticionem racionabilem et vtilem, et honoris Regij commodum contingentem attendentes, talem eis concessimus libertatem, vt nobis expedicionis nostre tempore militem unum ornamentis militaribus honeste preparatum ex centum mansionibus mittere teneantur, ad nulla alia pro nobis obligati. Comiti vero Castri semel tantum in anno, videlicet in Natiuitate Domini vnum pecudem pascualem, centum panes, duodecim gallinas, duodecim cubulos ceruisie, et quelibet mansio unum cubulum annone dare tenebuntur. Item volumus, quod in causis minutis a suo solummodo villico de communi eorundem consensu ordinato iudicentur; causam autem, que ad sanguinis effusionem, uel perdicionem libertatis alicuius uergere possit, Comes Castri presente villico iudicabit. Concedimus eciam, vt in presencia Curialis Comitis respondere in nullo teneantur. Item in presencia iudicis extranei nulla prorsus pro causa possint conueniri, sed si Comes aut villicus alicui de extraneis agenti contra ipsos in facienda iusticia negligens fuerit aut remissus, ipse coram

iudice superiori, et non hospites, debeat conueniri. Concedimus eciam, quod in minutis mercimoniis, que ibidem in foro de Bors contrahere debuerint, tributum aliquod non persoluatur. Quibus eciam ad inhabitandum, ut seruiciis augeri possent et numero, has terras duximus conferendas. De terra castrensium de Zengev terram fruticum aratvre nondum aptam ad quatuor aratra; item terram vnius aratri, que quondam ad vdornicos nostros pertinebat, sed nunc vacua remanserat, iuxta Goron fluuium existentem; item de terra eiusdem Castri ad tria aratra, quam quidam oticus nomine Guda detinebat, quem eciam vna cum suo fratre in numero et libertate hospitum eorundem reliquimus permansurum; item in Scyla terram duorum aratrorum vacuam quondam, que similiter ad vdornicos pertinebat. Quas per nostrum pristaldum Belez nomine metis distinctam (igy) ipsis fecimus assignari. Vt autem hec a nostro ordinata beneplacito inconcusse robur firmitatis obtineant in posterum presentes litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Insula anno gracie M° CC° XL°, quarto Idus Septembris, Regni quoque nostri anno quinto.

(IV. Béla királynak 1253-ki megerösítö privilegiumából, mint alább. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 322. l.)

66.

IV. Béla királynak Ratun birtokát tárgyazó adománya Miklós és Tump, Zeres fiai számára. 1240.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus paginam presentem inspecturis salutem et omne bonum. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum Deo propicio Regni regimine per successionem ad nos deuoluto iura castrorum tempore felicis memorie

Hemerici predecessoris nostri et Andree genitoris nostri Regum Hungarie Illustrium indebite alienata, de uoluntate et consensu karissimi fratris nostri Colomani Regis et Ducis tocius Sclavonie, ac omnium Baronum nostrorum consilio, reuocaremus; inuenimus terram quandam Ratun nomine a Castro Nitriensi exceptam per patrem nostrum predictum Nicolao et Tump filiis Zeres de uilla Tulmach fore collatam, que cum castro supradicto fuisset restituta, sicut de iure decebat, ijdem nos humiliter rogauerunt et instanter — — cere dignaremur — — — considerantes, quod donacio — — — — — — — terram culture duorum aratrorum sufficientem de terra antedicta eisdem duximus relinquendam, tam ab ipsis, quam ab omnibus, qui ab ipsis descenderint iure perpetuo possidendam; tali tamen condicione inserta, ut tempore expedicionis nostre unum militem armis militaribus bene preparatum sub uexillo Regio progredientem ad nostrum exercitum mittere teneantur, qui cum nostris militibus descendat, nulli in societate Baronum nostrorum adiunctus. Quam utique terram per fidelem nostrum Comitem Chepanum de Chasar eidem statui et certis circumquaque metis fecimus assignari. Vt igitur huius nostre donacionis series salua semper et inconcussa permaneat, nec possit ab aliquo inposterum retractari, presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine perhempniter roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Albensis aule nostre Çancellarij, quinto Idus Augusti anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo, Regni autem nostri anno quinto.

(A királyi kuria levéltárában őrzött régi periratokból.)

67.

IX. Gergely pápa Mátyás ujonan postulát esztergami érseknek, a palliumot küldi. 1240.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Episcopo quondam Waciensi in Archiepiscopum Strigoniensem Electo, salutem et Apostolicam benedictionem. Dilectos filios . . . Prepositum de Scippis, Magistros Albeum Nitriensem, et Nicolaum Gumuriensem Archidiaconos, Gerardum Plebanum de Banya et Ricardum Lectorem Ecclesie Strigoniensis, Concanonicos et procuratores Capituli eiusdem Ecclesie cum litteris predicti Capituli ad Sedem Apostolicam accedentes, benignitate recipimus consueta, et postulationem, quam de te fratre nostro M., Episcopo quondam Waciensi, in Strigoniensem Archiepiscopum concorditer celebrarunt, ut eedem littere continebant, nobis per eos humiliter presentatam, per fratres nostros examinari fecimus diligenter, eamque non duximus admittendam, quia ipsam constitit minus canonice celebratam. Ceterum attendentes, quod karissimorum in Christo filiorum nostrorum B. Ungarie et Colomanni Regum Illustrium, et aliorum fidedignorum testimonia de vita, conversatione honesta, litteratura et gravitate morum te apud nos reddiderunt quam plurimum commendatum, volentes etiam eidem Ecclesie tamquam speciali filie uberiorem gratiam impertiri, ne remaneret diutius pastoris solatio destituta, te a vinculo, quo tenebaris Waciensi Ecclesie, absolventes, eidem de speciali gratia in patrem concessimus et pastorem, curam tibi iamdicte Strigoniensis Ecclesie committentes. Ad hoc cum palleum, insigne videlicet Pontificalis officii, ex parte Capituli supradicti per procuratores prefatos fuisset a nobis cum ea, qua decuit, instantia postulatum, nos ipsorum devotis precibus annuentes, prescripte Ecclesie Strigoniensis, temporis malitia et itineris difficultate pensatis, cupientes indempnitatibus precavere, illud de corpore Beati Petri sumptum, venerabili fratri nostro . . . Colocensi Archiepiscopo per procura-

tores eosdem, recepto ab ipsis corporaliter iuramento, quod illud sibi fideliter assignabunt, duximus destinandum, ut illud tibi conferat sub forma, quam ei sub bulla nostra mittimus interclusam, et a te nomine nostro sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipiat iuramenta; tu vero intra Ecclesiam tuam illis diebus utaris, qui expressius in ipsius Ecclesie privilegiis continentur. Ut autem signum a significato non discrepat, sed quod geris exterius, intus serves in mente, prudentiam tuam monemus attente et hortamur, quatinus humilitatem et iustitiam, dante Domino, qui dat munera et premia elargitur, conservare studeas, que suam servant et promovent servatorem, et Strigoniensem Ecclesiam, sponsam tuam, sollicite studeas, auctore Domino, gubernare. Datum Laterani II. Nonas Marcii, Pontificatus nostri anno XII.

(Theiner, Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia. I. k. 174. l.

68.

Endre országbírónak itélete a vasvári káptalan s Pous és Bas comes fiai közt, Kenész birtok tárgyában. 1240.

Nos Andreas Comes Posoniensis et Judex Aule Regie significamus omnibus presens scriptum intuentibus, quod cum lis uerteretur coram domino Rege super quadam particula terre cuiusdam nomine Kynyz, inter Capitulum Ecclesie Sancti Michahelis de Castro Ferreo ex una parte, et filios Magistri Pous et Bas Comitis ex altera; licet eadem causa in presencia domini Regis diu fuisset uentilata, et ex utraque parte ad produccionem testium iudicata, tandem in termino produccionis testium ipsam causam dominus Rex nobis commisit cognoscendam, et iuris ordine terminandam. Igitur in termino statuto ambe partes coram nobis constitute, videlicet Magister Demetrius Comes Cenadiensis pro filijs Pous, et Rennoldus de villa Bozthyh procurator Vgrini Archiepiscopi Colo-

censis, et uxor Bas Comitis personaliter cum filio suo Chak, ac Capitulum prefatum, a nobis instanter petierunt: ut si possent, inter se ante responsa testium suorum composicionem reformarent. Admissa autem eorum peticione, tam Magister Demetrius cum alijs prenominatis hominibus, quam Capitulum, ad nos redeuntes, dixerunt, talem inter se formasse composicionem, ut in fide et intellectu sex hominum comprouincialium deberet satisfieri utrique parti; quorum sex hominum tres Capitulum debet adducere, videlicet Achilleum et Dees de genere Herman, et Jak de genere Jak; tres uero filij Pous et Comitis Bas, scilicet Endry filium Bochok, Zudam et Sebam de genere Jak; et si omnes illi sex homines accedere ad terram illam non possent, nichilominus duo pro Capitulo, et duo pro filijs Pous et Bas Comitis accedant, et illi parti statuant terram sine aliqua contradiccione, cui intellexerint esse statuendam, obligantes se insuper ambe partes tali modo; ut si qua pars homines pro se nominatos non adduceret, vel de intellectu dictorum sex hominum, aut ipsorum quatuor, sicut superius dictum est, si omnes interesse non possent, resiliret, terram, super qua est contencio, amittat, et de cetero super ea litis ingressum habere non possit. Quorum sex hominum quinque, videlicet Zuda, Comes Endry, Achilleus, Jak et Dees, in termino a partibus assignato accedentes, secundum quod in litteris tam sigillis ipsorum propriis, quam Abbatum de Jak et de Copurnuk inpressis plenius cognouimus, terram supradictam, sicut per se et per omnes conprouinciales scire potuerint, Ecclesie intellexerunt esse statuendam coram procuratoribus filiorum Pous et Bas Comitis. Vnde licet iuxta composicionem factam parcium, secundum intellectum dictorum quinque hominum satisfieri Capitulo debuisset; tamen, quamuis iniuriam uidebamus Ecclesie inferre, secundum et tercium terminum assignauimus utrique parti ad terram illam accedendi, cum eisdem sex hominibus, uel ipsorum quatuor; in quibus terminis nec procuratores filiorum Povs et Bas Comitis accesserunt, nec homines pro se nominatos ad terram illam adduxerunt. Vnde nos secundum litis processum terram sepedictam, prout iusticia exigebat, Ecclesie statuimus memorate per hominem nostrum Emericum filium Bethlem de villa Thelkus, metas nouas circumcaque

iuxta metas destructas per eundem hominem nostrum eleuari facientes. Quarum metarum processus talis est, secundum quod idem Emericus homo noster sub sigillo Abbatis de Jak nobis intimauit. Prima meta eiusdem terre incipit iuxta aquam Gungus, et uadit uersus aquilonem ad aquam Sar, et est meta in Sornv; deinde per uiam herbosam itur ad stratam viam, que ducit ad Sabariam, et ibi sunt due mete; abhinc per eandem viam herbosam procedit ad siluam, et directe per eandem uiam herbosam transit ad magnam viam, que ducit ad uillam Wep, et ibi sunt tres mete; et usque semper tenuit metas cum populis prefatorum Comitum Pous et Bas; deinde tenendo metas cum villa Wep, ueniet uersus orientem per eandem uiam, et sunt mete due in biuio; inde uero per uiam herbosam flectitur ad meridiem per metas, et incidit in *Garmaspotoka*, per quam ueniet ad aquam Gungus, ibique terminatur. Vt igitur series huius rei firma et irreuocabilis possit permanere, eidem Capitulo litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in predio nostro apud Sanctum Martinum in uigilia Sancti Thome Apostoli, anno Domini M° CC° XL°.

(Eredetie bőrhártyán a szombathelyi káptalannak levéltárában.)

69.

Endre országbírónak Zaka helység határait tárgyazó itélete. 1240.

Wladislaus stb. Conuentui Ecclesie de Chorna etc. Noueritis, quod Nicolaus de Zelesthew pro nobili et religiosis fratribus Valentino Abbate Ecclesie de Borsmonostra stb. et Conuentu loci eiusdem stb. in presentibus octauis festi Beati Michaelis Archangeli (1498.) in figura judicij nostre Personalis Presencie comparendo contra Egregium Anthonium de Pook stb. (azon ügyben) qualiter Egregij Petrus, et dictus Antho-

nius ac Michael de Pook in quadam causa in facto predij Zaka vocati in Comitatu Sproniensi habiti, tempore adhuc olim Serenissimi domini Sigismundi Imperatoris mota, contra eosdem actores procedendo in octauis festi Epiphaniarum Domini (1489.) ...... predium huiusmodi factis eciam metarum ereccionibus pro se statui facere procurassent, (melyben mindazáltal Mátyás király megengedvén), vt ipsi non obstante predicta sentencia, causa in huiusmodi coram sua Personali Presencia nouum judicium recipere, ac raciones et allegaciones suas de nouo et ex nouo dicere et facere, litterasque et priuilegia sua producere valerent atque possint. (Ezen alkalommal most az apátság 1225-ki adománylevelének ellenében, melyet I. köteteink 270. száma alatt felemlítettünk, Pooki Antal három okmányt előmutat.) Tercie earundem litterarum, condam Andree filij Seraphini Judicis aule Regie in anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo confecte per cursus metales eatenus informabant, quod prima meta (t. i. predii sui Zaka) incipit de valle in via magna, in qua ad Sopron itur; tendit versus aquilonem, et peruenit ad predium Abbatis, quod Boron vocatur, ei ibi sunt tres mete, scilicet vna earum constat de terra Gyrolth in occidentali parte, alia de predio Abbatis in parte aquilonis, tercia vero in meridionali parte de terra Zaka; deinde tendit contra orientem, conterminata est Boron, et peruenit ad Wkec predium dicti Abbatis; abhinc autem facit girum contra meridiem, et per virgultum vadit iuxta terminos Wkec, peruenit ad predium sepe dicti Abbatis, quod Zaka dicitur; inde vxero reflectitur uersus occidentem, tendit in via herbosa, et subintrat terram Laurencij, que sibi dotata est cum vxore sua; deinde protelatur, et peruenit ad locum priorem, a quo inceperat stb.

(Eredetie bőrhártyán a budai kir. kamarai levéltárban.)

70.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Péter mosonyi várjobbágy bőnyi birtokát Thouti Dénesnek eladta. 1240.

Universum Capitulum Ecclesie Jaurinensis omnibus literas presentes inspecturis salutem in Domino. Universorum noticie volumus innotescere, quod ad nostram accesserunt presenciam Apa serviens Dyonisij de Thou, et Petrus filius Theger jobagio Castri Musuniensis de villa Musuny, qui viva voce coram nobis est confessus, se vendidisse nonaginta jugera terrarum in villa Buhun Dyonisio antedicto pro duabus marcis et fertone, ac pecuniam plenarie recepisse; hac tamen condicione adjecta, quod si aliqua litis exaccio per aliquem de terra supradicta suboriretur, et Dyonisius eam tenere non posset, tunc idem Petrus pecuniam supradictam eidem Dyonisio sine intermissione reddere deberet. Vt igitur huiusmodi vendicionis opera possint perpetuo memoriter retineri, ad peticionem utriusque partis in presentem chartam fecimus adnotari, et sigilli nostri munimine perpetuo roborari. Anno gracie M° CC° quadragesimo. Luca Preposito, Jona Cantore, Chepano Lectore, Thoma Custode, Philippo Decano existentibus.

(A pannonhalmi konventnek levéltárában.)

71.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy IV. Béla király a Márton Botiz comesnek fia, és Peta Feremeynek fia közti Heyreh és Ludér jószágokra vonatkozó egyenetlenségeket elintézte. 1240.

Farcasius Prepositus Quinqueecclesiensis totumque Capitulum eiusdem loci omn'bus presens scriptum cernentibus

salutem in Domino. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod constitutus in nostri presencia Martinus filius Botyz Comitis una cum Peta filio Fermeney de uilla Nemti, qui pro Buken Comite uenerat, quem dictus Martinus coram Illustrissimo Bela Dei gracia Rege Hungarie in causam traxerat pro duobus predijs videlicet Heyreh et Luder, et eo, quod dictus Buken pro Prisda Bano fideiusserat, pro quo Buken Botyz et patri dicti Martini fideiusserat, et dicta predia pro ipso Buken fuisse perdita; dictam vero causam dominus Rex tali modo adiudicauit, vt dictus Martinus juraret cum duodecim hominibus coram nobis. Tandem mediantibus bonis uiris ad bonam pacem deuenerunt tali modo, quod dictus Buken pro predijs antedictis et pro fideiussione dicto Martino solueret centum marcas, quas dictus Martinus confessus est, se coram nobis integraliter recepisse ab Hendre de genere Nemty Comite de Wlco, qui pro dicto Buken socero suo dixit se coram nobis soluisse. Et sic dictus Buken a debito centum marcarum fuit omnino expeditus; itaque nec ipse Martinus, nec aliqui heredum uel consanguineorum ipsius, dictos Buken uel Prisdam, uel ipsorum heredes, pro predijs sepedictis uel fideiussione de cetero poterunt molestare. Et ne super hoc dubitetur, nos ad peticionem dicti Martini sepedicto Buken presens scriptum contulimus sigillo nostro munitum, anno Domini millesimo CC° XL°, mense Octobris, Gurgone Cantore, Theodore (így) Custode, Salomone Decano ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus Magistri Thome Lectoris Quinqueecclesiensis.

(IV. Béla királynak 1244-ki megerősítő priilegiumából, miut alább 98. sz. a.).

72.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele a Sebestyén nemzetsége s a czikátori kolostor és titeli jobbágyok közti peregyességről. 1240.

Farkasius Prepositus Quinqueecclesiensis totumque Capitulum eiusdem loci, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Constituti in nostri presencia Doma Monachus Monasterij Sebastiani, Nicolaus filius Nicolai, et Bernardus filius Laurencii, qui pro se et pro generacione Sebastiani venerant ex vna parte; ex altera uero Heymo Custos monachus de Chykador, qui pro dicto loco venerat, et jobagiones Tytulensis Ecclesie, Micho, Balasen, et Andreas, qui pro dicta Ecclesia venerant, qui dictam generacionem coram Nicolao Aule Regie Judice in causam traxerant, pristaldo ipsorum Siluestro Clerico Bele Regis existente, pro quadam terra, mediantibus bonis viris ad bonam pacem deuenerunt tali modo: quod dicte generaciones Dominici ecclesijs (így) darent septuaginta et sex iugera terre, sexaginta in fertili iuxta villam Keztelch, decem et sex in siluestri terra, quas dicti Custos et jobagiones Tytulensis Ecclesie confessi sunt se coram nobis integraliter habere; ceteras vero terras, quas dicte generaciones iuxta aquam Sceretche, vbi Keztelche in dictam aquam cadit, ibique Ecclesia dictarum generacionum est fundata, jure hereditario dicte generaciones Sebastiani libere possidebunt. Et ne super hoc dubitetur, nos ad peticionem vtriusque partis presens scriptum contulimus sigilli nostri munimine. Anno Domini M. CC. XL., mense Octobris Yurcone Cantore, Theodore Custode, Salomone Decano, ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus Magistri Thome Lectoris Quinqueecclesiensis.

(Szepesi Jakab Országbíró 1374. átirata után, Ráth Károly Hazai Okmánytár IV. köt. 24. l.)

73.

Jakab a magyarországi és szlavoniai templomrendiek mesterének bizonyságlevele, hogy Tadé Mládnak fia bizonyos birtokát Sándor, Gund fiának eladta. 1240.

Nos frater Jacobus de Monte Regali Magister humilis Domorum Templi per Hungariam et Sclauoniam memorie commendantes (significamus tenore presencium) uniuersis, quibus presens ostenditur, quod accedendo ad nostram presenciam Tadeus filius Mlad nobis confessus est viua uoce, se vendidisse quandam terram — — — — Comite de Tolstouh, precio comparauit a Stanislao fratre Mire, Petro nepote eiusdem, Guna, Petko filio Emerici, Zlouina, Petrus filius Prehodo, Egidio f — — — — — — Alexandro filio Gundak, pro sex marcis sibi ab eodem plene persolutis de communi voluntate tocius eiusdem generacionis tam sibi quam suis heredibus heredumque suorum successoribus ad abendam, tenendam iure irreuocabiliter possidendam. Hee sunt mete terre : ab oriente iuxta Vn, vbi stat *keurusfa*, et tendit super occidentem per medium Vn magna quantitate, se exist (így) ad unam arborem vlmis vocatam, vbi peruenit meta Daloc terrea Tadei antedicti, que reuertitur ad occidentem ; abinc tendit per vnum creth ad aquilonem, et peruenit ad unam arborem vlmis vocatam ad unum paruum riuulum, per quem tendit superius longo spacio et peruenit ad uiam de Koztainicha ad Dubicham venientem, vbi stat arbor grabor ; inde ascendit ad montem per uiam ad duas arbores quercus, vbi stat prima meta circumfusa, ibi conterminatur terre terra Thadey antedicti versus occidentem ; deinde tendit per uiam magnam sep vocatam longo spacio per metas, et peruenit ad finem vnius monticuli ad duas metas ; inde declinat per unam (így) collem versus ad septemtrionem per metas bona quantitate, et peruenit ad arborem cerasi, vbi uocatur gradinouech, ibi idem Tadeus commetatur uersus occidentem ; abinc reuertitur ad orientem vadit per metas, et peruenit ad arborem vlmis, vbi meta cir-

camfusa; deinde reuertitur versus meridiem per — — et peruenit ad arborem grabor; inde descendit ad unum riuulum, et per eundem riuulum tendit ad unum vznos versus meridiem, et peruenit ad unum montem, vbi stat arbor vlmis vocata, vbi meta circumfusa; inde tendit per berc per metas ad magnam viam sep uocatam, et peruenit ad vnam quercum, vbi meta; abinc tendit ad unam vallem; inde vadit superius ad montem, ubi stat quercus superius viam wran, vbi meta circumfusa; abinc descendit infra per unam vallem et peruenit ad priorem metam. Ad cuius rey testimonium presentes litteras eidem contulimus ad perpetuam stabilitatem nostro sigillo munimine roboratas. Datum Dobyze anno Domini M° CC° (quadr)agesimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét már lemállott a nemzeti Muzeum kézirati gyüjteményében.)

74.

IV. Béla király Baboneg és István vodiczai comeseket a bán törvényhatósága alól felmenti. 1241.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium et vita. Regum Celsitudo requirit, et sublimium dignitati debetur, vt tanto eorum donatiua firmiora persistant, quanto ipsi ceteros dignitate precellunt, et quamquam in quorumlibet personis donacionem merencium obseruandum hoc existat, fauorabilius tamen in his est seruanda liberalitas, qui bonorum actuum proficiunt incrementis. Hac igitur consideracione inducti presentibus et posteris notum esse volumus, quod nos seruicia laudabilia, que nobis dilecti et fideles nostri Baboneg et Stephanus Comites de Wodycha filij Comitis Stephani de Goricha in diuersis expedicionibus Regni nostri ex-

hibere studuerunt, et tota die non desistunt, exponendo se et sua multis periculis et fortune casibus incessanter, solita benignitate pensantes, et specialiter fidele seruicium Comitis Stephani de Goricha, quod contra quendam potentem de Theotonia nomine Comitem Albrichum de Myha confinia Ducatus Sclauonie sepius inuadentem dimicando viriliter exercuit, ipsum potencialiter superando, suosque ad vltimum exterminium prosternendo, non vtique absque magna sanguinis effusione et suorum consanguineorum quam plurium et militum occisione, prout in priuilegijs Regis Hemerici antecessoris nostri clare memorie plenius continetur, in memoriam reuocantes; hanc graciam nostram specialem de Regia libertate Baboneg et Stephano Comitibus de Wodycha et eorum heredibus, heredumque successoribus cum consilio Baronum nostrorum duximus largiendam, vt eosdem nullus Banus iudicare debeat vel possit, eximentes eos perpetuo a judicio et jurisdiccione Banatus, collectam eciam mardurinarum in eorum possessionibus hereditarijs nullus officialis Ducis tocius Sclauonie, nec Banus pro tempore positus siue constitutus vllo vnquam tempore dicare vel exigere possit. Nec hoc pretermittimus, imo ex Regali benignitate ipsis concedimus, vt nullus Banus descendere, vel congregacionem generalem facere possit vel debeat in eorum possessionibus hereditarijs. Si vero aliqui malefactores, fures, vel latrones in eorum possessionibus deprehensi fuerint, eosdem judicare, et punire pena et satisfaccione condigna auctoritate Regia sepedicti Baboneg et Stephanus Comites de Wodycha, et eorum heredes, heredumque successores possint et debeant. Vt autem in prescriptis articulis gracie hec nostra donacio robur perpetue firmitatis obtineat, presentes eis concessimus literas dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Albensis et Electi Collocensis. Strigoniensi Sede vacante existente, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Electo Agriensi, Bartholomeo Wesprimiensi, Bulsu Chanadiensi, Benedicto Waradiensi, Stephano Wacyensi Episcopis, Jaurinensi et Vltrasyluanensi sedibus vacantibus; dilecto cognato nostro Joanne Domino Syrmie et Comite Wachyensi, Dionisio Bano tocius Sclauonie et Magistro Agasonum, Paulo Judice Courie Comite Albensi, Magistratu Thauarnicorum va-

cante, Mattheo Magistro Dapiferorum et Comite Nitriensi, Rolando Magistro Pincernarum, Wilhelmo Crasinensi, Demetrio Chanadiensi, Martino Zaladiensi Comitibus et ceteris quam pluribus Comitatus et Magistratus Regni nostri tenentibus. Anno Dominice Incarnacionis M° CC° XL° primo, nono calendas Octobris, Regni autem nostri anno sexto.

(A zágrábi káptalan 1350-ki átiratából, a Blagay grófok irományai közül. Néhai gr. Teleki József oklevélmásolati gyüjteményében. Szabó Károly.)

75.

IX. Gergely pápa a bazieni esperestnek megengedi, hogy esperestségét egy váradi praebendával együtt bírhassa. 1241.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio ... Archidiacono Baziensi Colocensis Diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Probitatis tue merita nos inducunt, ut personam tuam specialis favore gratie prosequamur. Tuis itaque supplicationibus inclinati, specialem tibi, de quo laudabile nobis testimonium perhibetur, gratiam facientes, devotioni tue auctoritate presencium indulgemus, ut Archidiaconatum Baziensem et prebendam Waradiensem, que canonice te proponis adeptum, libere valeas retinere, dummodo in Ecclesia Baziensi personaliter deservias, et in Waradiensi facias per idoneum Vicarium deserviri. Datum Laterani VIII. idus Februarii (Pontificatus nostri) anno XIIII.

(Theiner, Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia. I. köt. 177. l.)

76.

IX. Gergely pápának intézkedése a csanádi püspök coadjutorára nézve. 1241.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilcctis filiis . . . Abbati de Pelis Cisterciensis Ordinis, Vesprimiensis Diocesis, et I. de Civitella Subdiacono et Capellano nostro salutem et Apostolicam benedictionem. Cum olim nostris esset auribus intimatum, quod venerabilis frater noster . . . Cenadiensis Episcopus oculorum esset lumine destitutus, et senio sic confractus, ut curam non valeret gerere pastoralem, nos super hoc . . . Magistro Hospitalis, . . . Abbati de Bechon et Luce Canonico Jauriensi sub certa forma direximus scripta nostra : verum sicut intelleximus, dictus Magister et eius college ipsum Episcopum iniquo favore foventes, et deferentes homini contra Deum, in executione mandati Apostolici iam elapso triennio et amplius procedere neglexerunt, in Cenadiensis Ecclesie, que quasi iacet destituta pastore, enorme preiudicium et gravamen. Hinc est, quod nolentes hoc sub dissimulatione transire, mandamus, quatenus inquisita super premissis plenius veritate, si eum oculorum lumine destitutum, aut senio inveneritis sic esse confractum, coadjutorem idoneum adiungatis eidem; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam sub Apostolica obedientia compescendo. Datum Laterani VII. idus Februarii. Pontificatus nostri anno XIIII.

(Theiner id. m. I. köt. 177. l.)

77.

IX. Gergely pápának intézkedései a II. Frigyes császár ellen indítandó keresztes háború tárgyában. 1241.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Johanni de Civitella Subdiacono et Capellano nostro, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum tibi duxerimus iniungendum, ut contra Fridericum dictum Imperatorem, perditionis filium, in Ungarie Regno verbum crucis proponeres, et nonnulli in dicto Regno in terre Sancte subsidium susceperint signum crucis, ex quo impedimentum non modicum tuo proposito generatur; nos attendentes, quod tanto salubrius est Apostolice Sedi in hoc necessitatis articulo subvenire, quanto ipsa mater et caput fidei in gravius christiani nominis periculum impugnatur, devocioni tue, ut vota crucesignatorum ipsorum in defensionem Ecclesie contra Fridericum eundem, si eorum ad id consensus accesserit, commutare valeas, ac ipsis et reliquis redimentibus vota sua, dummodo expensas, quas facturi essent eundo in terram predictam, morando inibi et exinde redeundo, in manibus tuis et dilecti filii ... Abbatis de Pelis Cisterciensis Ordinis, et Benedicti Canonici Strigoniensis assignent, in defensionem huiusmodi transmittendas, illam possis indulgere veniam peccatorum, que predicte terre succurrentibus in Generali Concilio est concessa, liberam auctoritate presencium concedimus facultatem. Datum Laterani II. idus Februarii (Pontificatus nostri) anno XIII.

(Theiner id. m. I. köt. 179. l.)

78.

IX. Gergely pápa az esztergami érseket, s Magyarországnak több püspökeit Rómába hívja. 1241.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri ... Archiepiscopo Strigoniensi salutem et Apostolicam benedictionem. Eterna providentia conditoris Sanctam et immaculatam Ecclesiam a sue fundationis exordio eo voluit ordine gubernari, ut uni pastori, potestatis plenitudinem obtinenti, ceteri partem sollicitudinis assumentes, tanquam membra capiti, communicatis alterutrum emergentibus casibus, unione indissolubili cohererent, per quam eis consensibus mutuis solidatis, caput famulantibus membris vigorem assumeret, et membrorum conditio de sui principii robore firmaretur. Quia igitur grandes Apostolice Sedis eventus et casus te ignorare non convenit, tanquam necessarium matris Ecclesie munimentum, propter que necessitate urgente tuam et aliorum videmus presenciam plurimum oportunam, fraternitatem rogamus et hortamur attente, per Apostolica tibi scripta precipiendo mandantes, quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominice ad nostram presenciam personaliter venire procures, omni occasione cessante, ut habeat Ecclesia mater in filio speratum in tua visitatione solatium et gratum providi consilii fulcimentum; proviso ut in personarum et evectionum moderato numero venias, ne nimis Ecclesie tue onerosus existas. Preterea volumus et mandamus, ut suffraganeorum tuorum Capitulis, Abbatibus et Prelatis aliis tue provincie, qui specialiter non vocantur, auctoritate nostra iniungas, ut super hiis eodem termino ad Sedem Apostolicam fideles et providos nuntios mittere non postponant. Datum apud Criptamferratam V. idus Augusti, (Pontificatus nostri) anno XIIII.

In e. m. Archiepiscopo Colocensi, Episcopo Geuriensi, Episcopo Zagrabiensi, Episcopo Quinqueecclesiensi, Episcopo Ultrasilvano, Abbati Sancti Martini de Pannonia.

(Theiner id. m. I. köt. 179. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 184. l.)

79.

IX. Gergely pápa Kálmán galicziai király és szlavoniai herczeget, a tatárok ellen harczolók bucsújáról értesíti. 1241.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei carissimo in Christo filio nostro Colomanno Regi Illustri et Duci Sclavonie salutem et Apostolicam benedictionem. Vocem in excelso lamentationis et fletus audivimus, et nos multis amaricati doloribus deploramus, quod iaculatum de celo iudicium iam depopulatur undique populum Christianum, quod infidelium gladius in fideles reciproca cede convertitur, et in christicolas paganorum mucro crudeliter debachatur. Clamor enim scelerum humani generis multiplicatus ascendens in aures omnium conditoris, ipsum, qui quasi non videns huc usque tacuit, qui correctionem populi sui velut patiens expectavit, ultorem iniquitatum gladium coegit exerere, et ab oculis patientie sue abhominationes emundare flagitiorum, expetita gravide peccatoribus ultione; propter quod omnes, quorum corda timor Domini tetigit, opertos ciliciis et aspersos cinere in suspirio et lacrimis Divinam convenit misericordiam implorare, ut qui semper ad ignoscendum multus extitit, qui prestabilis super malitia omni esse tempore consuevit, exertum gladium ad vaginam iubeat regredi, et iram in gentes, que illum non noverunt, effundens, dignetur populo filii sui insignito caractere misereri. Speramus autem, quod etsi Deus noster nos dura increpatione redarguere ceperit, Regna tamen, que ipsius nomen invocant, a facie sua disperdere non intendit; quin immo a pena perpetua peccatores curat eripere, quibus temporalis studet ultionis beneficium ad castigationem nostri generis adhibere: quia etsi filios Israelis temptatio mortis in heremo quandoque tetigerit, in eis tamen ira Domini diutius non permansit. Verum etsi graviter de omnium fidelium oppressione turbemur, super afflictione tamen Regni Ungarie, quod a Tartaris invasum et occupatum pro magna parte, in lectione litterarum tuarum non sine multarum lacrimarum effusione di-

dicimus, eo specialior et maior tristitia cor nostrum implevit, quo in ipso purioris erga Deum et Apostolicam Sedem signa devotionis invenimus, quo clare memorie progenitores tuos et Excellentiam Regiam in exequendis Ecclesie beneplacitis esse novimus promptiores. Firmam igitur spem in illo ponentes, qui etsi Regi Assyriorum Senacherib liberum in terram Israelis ingressum exhibuit, super Ezechie tamen contritione commotus, adversariorum multitudinem nocte una delevit, Serenitatem tuam monemus et hortamur attente, et obsecramus in Domino Jesu Christo, quatenus in eo confidens, qui salvum facit populum humilem, et oculum humiliat arrogantem, ad defensionem Regni predicti et catholice fidei, que ab eisdem Tartaris specialiter noscitur expugnari, potenter et viriliter, sicut decet Regalem magnitudinem, te accingens in illorum expugnatione eo studiosior et ferventior cures existere, quo in hoc exaltationem tui nominis et honoris fortius dinosceris procurare. Nos enim tibi et Regno predicto, quibus in tante necessitatis articulo deesse non possumus, nec debemus, efficax curabimus auxilium et consilium, annuente Domino, impertiri, ac personam et familiam tuas sub protectione Sedis Apostolice recipientes et nostra, tibi et omnibus, qui assumpto crucis signaculo contra Tartaros eosdem ad defensionem Regni predicti processerint, illam immunitatem concedimus eamque indulgentiam elargimur, que terre Sancte succurrentibus in Generali Concilio conceduntur. Datum Laterani XVI. kalendas Julii, (Pontificatus nostri) anno XV.

(Theiner id. m. I. köt. 183. l.; v. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 216. l.)

80.

IX. Gergely pápa a váczi püspököt felszóllítja, hogy a tatárok ellen keresztes háborút hirdettessen. 1241.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri ... Episcopo Waciensi salutem et Apostolicam benedictionem. Vocem in excelso lamentationis et fletus audivimus, et nos multis amaricati doloribus deploramus, quod iaculatum de celo iudicium iam depopulatur undique populum christianum, quod infidelium gladius in fideles reciproca cede convertitur, et in christicolas paganorum mucro crudeliter debachatur. Clamor enim scelerum humani generis multiplicatus, ascendens in aures omnium conditoris, ipsum, qui quasi non videns huc usque tacuit, qui correctionem populi sui velut patiens expectavit, ultorem iniquitatum gladium coegit exerere, et ab oculis patientie sue abhominationes emundare flagitiorum, expetita gravide peccatoribus ultione; propter quod omnes, quorum corda timor Domini tetigit, opertos ciliciis et aspersos cinere in suspirio et lacrimis Divinam convenit misericordiam implorare, ut qui semper ad ignoscendum multus extitit, qui prestabilis super malitia omni esse tempore consuevit, exertum gladium ad vaginam iubeat regredi, et iram in gentes, que illum non noverunt, effundens, dignetur populo filii sui insignito caractere misereri. Speramus autem, quod etsi Deus noster nos dura increpatione redarguere ceperit, Regna tamen, que ipsius nomen invocant, a facie sua disperdere non intendit; quin immo a pena perpetua peccatores curat eripere, quibus temporalis studet ultionis beneficium ad castigationem nostri generis adhibere; quia etsi filios Israelis temptatio mortis in heremo quandoque tetigerit, in eis tamen ira Domini diutius non permansit. Verum etsi graviter de omnium fidelium oppressione turbemur, super afflictione tamen Regni Ungarie, quod a Tartaris invasum et occupatum pro magna parte, in lectione litterarum tuarum non sine multarum lacrimarum effusione didicimus, eo specialior

et maior tristitia cor nostrum implevit, quo in ipso purioris erga Deum et Apostolicam Sedem signa devotionis invenimus, quo clare memorie Reges Ungarie et Excellenciam Regiam in exequendis Ecclesie beneplacitis esse novimus promptiores. Firmam igitur spem in illo ponentes, qui etsi Regi Assyriorum Senacherib liberum in terram Israelis ingressum exhibuit, super Ezechie tamen contritione commotus, adversiorum multitudinem nocte una delevit; fraternitati tue in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus per Ungariam et vicinas Provincias verbum crucis iuxta datam tibi a Deo prudentiam per te ac alios, quos ad hoc idoneos cognoveris esse, proponens, viros Catholicos, ut considerantes, quod sicut a dictis Tartaris totius populi Christiani perditio queritur, sic in eorum expugnatione salus omnium procuratur; et confidentes in illo, qui salvum facit populum humilem et oculum humiliat arrogantem, ad defensionem Regni predicti, assumpto crucis signaculo potenter et viriliter se accingant, salutaribus monitis inducere non postponas. Nos enim omnibus, qui taliter contra prefatos Tartaros processerint, illam immunitatem concedimus eamque indulgentiam elargimur, que terre Sanctes uccurrentibus in Generali Concilio conceduntur. Si qui vero ex Crucesignatis huiusmodi pro violenta iniectione manuum in personas ecclesiasticas, seu pro incendio, vinculo fuerint excommunicationis astricti; eis, dummodo iniuria et dampna passis iuxta providentiam tuam satisfaciant competenter, et non sit eorum adeo gravis et enormis excessus, quod propter hoc merito sint ad Sedem Apostolicam destinandi, secundum formam Ecclesie absolutionis beneficium impendendi liberam tibi tribuimus facultatem. Datum Laterani XVI. kalendas Julii, (Pontificatus nostri) anno XV.

(Theiner id. m. I. köt. 184. l.)

81.

A győri káptalan bizonyságlevele, hogy Keeri Simon egyházasurkuni birtokát 7 ezüst girdért Gyorui Bálintnak eladja. 1241.

Capitulum Jauriensis Ecclesie uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Symone de uilla Keer ex una parte, Valentino de uilla Gyorou ex altera in nostri presencia constitutis, idem Symon coram nobis est confessus, quod terram suam hereditariam, quam in uilla Eghazasurkun continebat, a terra suorum cognatorum pacifice separatam, dicto Valentino pro septem marcis argenti uendidisset, quas confessus est se plenarie recepisse. Ne igitur dictus Valentinus uel ipsius heredes super dicta terra per aliquem processu temporum possint molestari, ad peticionem predicti Symonis et eciam Valentini presentes concessimus litteras sigilli nostri impressione roboratas. Anno ab Incarnacione Domini M° ducentesimo XL° primo; Magistro Chepano Preposito Ecclesie nostre, Vyruncone Archidiacono Jauriensi, Sixto Cantore, Thoma Custode, Mikou Decano existentibus.

(A győri káptalan 1289-ki átiratában, melynek eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar akadémia kézirati gyűjteményében őriztetik.)

82.

IV. Béla király adománya File zágrábi prépost testvérei számára. 1242.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presen-

cium noticiam habituris salutem et omne bonum. Nouerint vniuersi, quibus scire expedierit, quod cum terras Johance filij Georgij, decedentis sine herede, nomine Mycola, Maria, cum suis pertinencijs ac vineis, ad peticionem karissimi fratris nostri piissime recordacionis Regis Colomani, dilectis ac fidelibus nostris Fyle Preposito Zagrabiensi et suis fratribus Thome Comiti et Petro contulissemus; Thomas filius Lamperti et alij de generacione sua, nec non Wyncencius Prepositus et Bagyn pro filio Martini mariti sororis eorum de generacione eadem ad nos accedentes in querimoniis exposuerunt, quod predictus Magister Fyla et fratres sui terras supradictas minus iuste peciissent, cum terre ille pocius ad eos, quam ad alios extraneos, deuolui debuissent. Nos igitur, cum nulli in iure svo deesse debeamus, svpradictos Magistrum Fylam et fratres suos ad nostram presenciam fecimus euocari; qui comparuerunt eisdem parati respondere. A quibus, Thoma videlicet et alijs ex vna parte, ac Preposito et suis fratribus ex altera, cum plurima fuissent allegata; tandem prenominatus Thomas, et alij, qui cum eo erant, terras prememoratas fratris eorum Johance fore empticias sunt confessi, a nobis in jure requisiti. Quas nos cum ex antiqua predecessorum nostrorum ac Regni consuetudine in huiusmodi terris decedencium sine prole conferendis, plenam haberemus potestatem, sepedictis Magistro Fyle et suis fratribus ex certa sciencia contulimus perpetuo pacifice possidendas. Vt autem hec nostra donacio ipsis perpetuo perseueret inconcussa, nec ab aliquo inposterum super eadem inquietari ualeat uel moueri; presentes eisdem concessimus litteras in huius rei stabilitatem, duplicis sigilli nostri munimine perhenni robore communitas. Datum apud Pontem Mauricij per manus dilecti ac fidelis nostri Magistri Benedicti Prepositi Albensis aule nostre Cancellarij anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo XL° II°., V. nonas Octobris Regni autem nostri anno septimo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét töredéke vörössárga-violaszínű selyemzsinóron függ a budai kir. kamarai levéltárban.)

83.

Az esztergami káptalan egy Esztergam városban lévő kőházát Ádám fűszerkereskedőnek húsz évre bérbe adja. 1242.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Nos Strigoniense Capitulum salutem in Domino Jesu Christo. Nouerit vniuersitas uestra, quod nos locauimus Magistro Ade speciario, ciui Strigoniensi, pro se et heredibus suis legitimis, et non extraneis, quandam domum nostram lapideam, sitam in vico Latinorum Strigoniensium, habentem introitum et exitum ante cameras mercimoniales, et conterminam vico, qui de dictis cameris mercimonialibus ducit ad ecclesiam Sancti Nicolai Strigonii, ab hac die, videlicet Sancti Michaelis Archangeli, usque ad viginti annos proxime futuros, hoc pacto et hys condicionibus interuenientibus; quod idem Magister Adam uel heredes sui primo anno tenentur nobis soluere duas marcas boni et legalis argenti in terminis infrascriptis; secundo anno duas marcas et dimidiam; tercio uero anno duas marcas et tres fertones; quarto uero anno tres marcas, et sic deinceps usque ad vicesimum annum integraliter tenetur soluere proxime dictas tres marcas annuatim. Hoc saluo, quod de dictis marcis singulis annis nobis persoluendis retinere debent dimidiam partem pro edificacione quatuor parietum lapideorum, in altitudine stacione unius de bono et legali opere, a die predicte locacionis usque ad finem quinti anni proxime futurj; aliam uero dimidiam partem debent persoluere in hys tribus terminis; primo uidelicet in Circumcisione Domini, secundo in festo Apostolorum Philippi et Jacobi, et tercio in festo Sancti Egidij, uel quintodecimo die post quemlibet predictorum terminorum. In fine uero quinti anni debet fieri per bonos uiros estimacio operis iamdicti, et donec ipsam estimacionem integre perceperint, ut supra dictum est, debite nobis pensionis dimidiam partem retinebunt. Qua precepta, extunc singulis futuris annis usque ad vicesimum iamdicte locacionis annum integre debent soluere sepedictam trium marcarum argenti

pensionem in terminis ad hoc superius deputatis. Quam solucionem si prefatus Magister Adam, uel eius heredes negligerent, uel alias in prescriptis terminis facere recusarent, uel opus iam dictum statuto tempore non conplerent; ipse et ipsi heredes extunc priuentur iure predicte conduccionis, licitumque sit nobis in alteram quamcunque uoluerimus partem predictam transferre locacionem, et nichilominos ipsi ad dampna et interesse teneantur. Dicta autem edificia, si aliqua indiguerint reparacione, ab illa die, qua completa erunt, usque ad finem vicesimi anni, idem Magister Adam uel eius heredes ea proprijs expensis reficere teneantur; et si igne proprio, quod absit, exurerentur, similiter ea propriis expensis reficiant. Si uero igne alieno, uel hostium insultu deuastarentur, tunc super reparacione eorum Regni consuedudo (igy) obseruetur. Si autem omnibus supradictis rite peractis, sepefatus Magister Adam, uel eius heredes legitimi, completo tempore sepenominate locacionis, viginti annorum videlicet, supradictam domum cum edificatis in ipsa de nouo reconducere a nobis uoluerint; bona fide promittimus eidem Magistro Ade, suo et heredum suorum nomine stipulanti, quod pro ea pensione, quam tunc aliquis alius conductor offerret, non in fraudem, ipsis eadem relinquemus et locabimus, quilibet (igy) aliis conductoribus eos quantum ad hoc preponendo. Et si ipse uel eius heredes tunc nollent dictam domum reconducere, prout iam dictum est; liceat nobis alteri persone eam locare pro nostre libito voluntatis. Et ut presens contractus robur firmitatis obtineat, presentes litteras sigilli nostrj dedimus munimine roboratas, et ad cautelam consimiles cum alfabeto penes nos retinuimus. Actum Strigonij in ecclesia Sancti Adalberti, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense Octobris, in festo Sancti Michaelis Archangeli.

A B C D E

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 521. l.)

84.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Andornik és több más barsi várjobbágy Thulmach nevü földnek részét a Garan melletti sz. benedeki apátságnak átengedték. 1242.

A B C

Capitulum Ecclesie Nitriensis omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum venerit, salutem in vero salutari. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Andornyk filius Andree, et Martinus filius Puyne de uilla Korsak, Borsensis Castri jobagiones pro se, Bors et Barleo filiis Bothus, nec non pro Falch filio Farcasii de eadem coram nobis personaliter constituti, quandam particulam terre de terra Thulmach, quam ab Ecclesia Sancti Benedicti cum litis materia proponebant alienare, considerantes tandem, non ad ipsos, sed ad Ecclesiam pertinere, prenotatam reliquerunt eidem cum omnibus suis vtilitatibus, unam marcam argenti racione expensarum recipientes ab eadem perpetuo seu pacifice possidendam. Promittentes similiter expedire particulam terre pretaxatam, si per quempiam processu temporis retractaretur. In cuius rei memoriam presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M°CC°LX°II° quarta feria post diem Ascensionis Domini, Magistro Demetrio Ecclesie nostre Lectore existente.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

85.

A trau-i püspök és község egyessége, a IV. Béla király által a trau-i egyháznak megerősített Drid birtokára nézve. 1242.

1242. li 12. Magio accordo tra l' Vescovo e la Communità di Traù; in cui narrandosi, come il Re (IV. Béla) era stato ricevuto dalli cittadini, che non havevano risparmiato cosa alcuna per ricever con ogni honore il Rè e la sua comitiva, e che haveva ad instanza di tutta la Città confermato il privilegio di Colomano alla Chiesa; che perciò ridotti insieme il Vescovo con il Capitolo, et il Rettore con li cittadini, havevano concordemente deliberato, che si debbano dividere li frutti del predio Drid nel modo seguente : che la Communità, che per quest' effetto haveva speso innumerabil danaro, e per compiacere al Re, et al suo esercito, haveva concesso le case de richi e de poveri, debba haver in perpetuo la metà; la terza parte sia applicata alla fabrica della chiesa; la quarta raccolga il Vesovo per uso. E se parerà al Vescovo et alla Communità, che li villani debbano habitar quel luogo, tutto l' ossequio et honor anze, che sono soliti di fare al Giupano Secolare, ò nel mandar presenti, ò nelli lavorieri di terreni siano tenuti farli al Vescovo; et il dominio del luoco habbi il Vescovo in tal maniera, che gli sia lecito far lavorare tante terre del predio senza darne parte alcuna, quanto tutti li villici con li loro bovi potranno arare in un giorno, rivoltar nell' altro, e nel terzo seminare. Se però tra li villici nascesse alcuna controversia de latrocinij o d' altri delitti, sia ciò giudicato dalla Corte secolare di Traù, le condanne pero siano divise col Vescovo per la metà.

(Lucius Memorie di Traù, Velencze 1674. 44. l. V. ö. Fejér Cod. Diplom. IV. köt. 1. r. 255. l.)

86.

István váczi püspök és IV. Béla király dalmatiai helytartójának bizonyságlevele, hogy a trauiak a nekik megadományozott földbirtokba beiktattak. 1242.

Stefano Vescovo di Vaccia et Eletto Arcivescovo di Strigonia fà fede, che havendo il Re Bela confermato li privilegji, haveva instituito Stefano figliolo di Martinussio Giupano per prestaldo, accioche introducesse nel possesso li Traurini delle sue terre. Et essendo partito il Rè, et havendo lasciato lui in suo luogo in Dalmatia; ed essendo il predetto prestaldo ritornato avanti di lui, ed esposto d' haver posti in possesso li Tragurini delle terre nominate nel privilegio, li confini delle quali fussero dalla colonna sotto Ostrog fino à Smoquiza, perciò instando li Traurini, che loro siano rilasciate le testimoniale, e ricercatone la Regina, la quale all' hora si ritrovava in Dalmatia, cocedeva loro le testimoniali sigillate col suo sigillo. Data in Chlissa il giorno 16. di Magio 1242.

(U. o. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 246. l.)

87.

IV. Béla király Scemeyts mestert, a királyné aranymívesét, testvéreivel együtt megnemesíti. 1243.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Vnitatis Amen. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex in perpetuum. Humana condicio a primo conditore sue tenens originis dignitatem, eciamsi sit alicuius obnoxietatis rubigine peccatis exigentibus

maculata, spirat tamen et intendit primeue libertatis sue gloria reformari. Et quamuis diuersimode irretiti querant summo studio libertatem; hij tamen decencius promerentur, quorum fidelitas per multa seruicia comprobata satis digne se constituit precium libertatis. Proinde ad uniuersorum presencium et posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos considerantes multimoda seruicia Magistri Scemeyts de uilla Budugey, aurifabri carissime consortis nostre M. Regine Hungarie, que nobis et sibi a puerilibus annis noscitur impendisse fideliter et deuote, qui et maxime tunc probatus extitit tanquam aurum, cum Regnum nostrum Diuino iudicio fornax succenderat Tartharorum; nam multis retro abeuntibus ipse fidelitatis glutino, qua pollebat, relictis suis nobis adhesit, officiosum se exhibens in omnibus et fidelem; mente stabilimus honestare ipsum in laboribus suis, et pro sue fidelitatis ac seruiciorum constancia ipsum perpetue libertatis munere decorare. Accedente siquidem ad complementum desiderij nostri, non solum consensu dilectissime nostre prenominate Regine Hungarie, uerum eciam interuentu; ante cuius eciam oculos eiusdem S. aurifabri sui fidelitas et obsequiorum frequencia prepollebant; nec non consideracione prouida intuentes, quod idem S. status sui uenustatem per predicta omnia tamquam multiplicatis intercessoribus mereatur; ipsum S. una cum fratribus suis, Andronico filio patris sui, Kocz et Kaza filijs patruelis eius, ab omni iugo debiti siue seruicij, quo sua generacio, uidelicet uilla Bedegey, eidem carissime consorti nostre tenetur, penitus eximentes, sic pure et perpetue statuimus libertati, ut tam ipsi, quam ipsorum heredes heredumque successores, ubicumque uoluerint, manendi siue seruiendi liberam et absque alicuius condicionis nexu habeant facultatem; aula vero nostre Celsitudinis Regie pateat eis tanquam alijs aulicis nobilibus Regni nostri. Statuentes, ut ijdem de cetero inter nobiles Regni nostri honorifice computentur. Ut igitur ipsorum fidelitatis meritis et seruiciorum commercio pulcherrime acquisita libertas, exquisitis presentis pagine insignijs eisdem perpetuo perseueret, nec a quouis ualeat in posterum temporum curriculo retractari, presentes in perpetuam huius rei memoriam concessimus litteras super ipsorum libertate, auree bulle nostre caractere in argumentum ualidis-

simi roboris iure perpetuo insignitas. Datum apud castrum Turncz per manus Magistri Benedicti Prepositi Albensis, aule nostre Cancellarij et Electi Colocensis. Venerabilibus patribus Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Bartholomeo Vesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Benedicto Waradiensi et postulato Jauriensi, Stephano Waciensi et postulato Strigoniensi Episcopis, Ecclesias Dei gubernantibus; Ladislao Palatino et Comite Symigiensi, Dionisio Duce tocius Sclauonie, Matheo Tawarnicorum et Comite Posoniensi, Rolando Dapiferorum et Comite Nitriensi, Mauricio Pincernarum et Comite Jeuriensi, Stephano Agazonum et Comite de Vrbaz Magistris; Laurencio Waiawoda Transsiluano, Stephano filio Chak Bano de Scevrem, Arnoldo Supruniensi, Balduino Ferrei Castri, Georgio Zaladiensi Comitibus, et aliis quam pluribus Magistratus et Comitatus tenentibus. Anno Dominice Incarnacionis M° CC° XLIIJ°, IIIJ° kalendas Februarij, Regni autem nostri anno octauo.

(Az eredeti után Rómer Flóris, Győri Történelmi és Régészeti Füzetek I. köt. Győr 1861. 207. l.)

88.

IV. Béla királynak Ujchap nevü birtokra vonatkozó adománya Bechend, Miklós fiának számára. 1243.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus paginam presentem inspecturis salutem in uero salutari. Regie Maiestati pie et fideliter insudantes Regia digni sunt remuneracione gaudere, et equitatis tramitem non excedit, ut deuoti laboris et fidelitatis meritum coagitata et supereffluens mensura recompenset. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum fidelis noster Bechend filius Nicolai plurima nobis in feruore fidelitatis

seruicia tam in Regno, quam extra Regnvm, maxime tempore persecucionis barbare nacionis Tartarorum in partibus maritimis indesinenter et indefesse impendisset, ita, ut titulo probitatis ipsius coram nostre Maiestatis oculis commendabilis haberetur; nos, sicut decebat, merita eiusdem eximia inremunerata nolentes pertransire, licet maiori recompensacione digna extitissent, terram Pouse filij Radislov iobagionis Castri Trinchiniensis, nomine Wychap, sine successore legitimo defuncti, que pariter cum alijs quatuor villis ipsius ad manus nostras secundum approbatam Regni nostri consuetudinem fuerat deuoluta, predicto fideli nostro duximus conferendam tam ab ipso, quam per ipsum ab ipsius heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam, et per fidelem nostrum Bogomerium Comitem Trinchiniensem eundem in possessionem ipsius terre corporalem fecimus introduci. Cuius terre mete et commetanei, sicut per eundem Bogomerium Comitem didicimus hoc ordine distinguntur. Incipit prima meta de fluuio Wag, uadit ad stagnum Puruska; et inde reflectitur, uadit ad quendam montem, et ibi est meta sub piro; hinc egrediens procedit per collem usque ad confinium Morauie; et inde descendens per aquam Tuhyne uadit usque ad uillam Tuhyna; hinc vero reflectitur ad arbustas quasdam procedens per campum, uadit ad magnam uiam, et ibi est meta; et inde denscendens ad dictum fluuium Wag redit ad metam priorem. Commetanei autem sunt Puth de uilla Puth ex una parte, et ex altera Leustacius filius. Vt igitur huius nostre donacionis series salua semper et inconcussa permaneat, nec possit ab aliquo successu temporum retractarj, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine perhenniter roboratas. Datum anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, nono kalendas Maij, Regni autem nostri anno octavo.

(Eredetie börhártyán, melyről a király kettős pecsétének töredéke sárga-violaszínű selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

89.

IV. Béla király több trencsénmegyei várjobbágyot az előbbi szolgálat alól felmenti. 1243.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium Saluatore. Circumspeccio Regum prouida suorum fidelium seruicijs grato debet occurrere premio, ut alij ad exhibenda sibi seruicia et fidelitatem impendendam forcius inuitentur. Hinc est ergo, quod tam presentibus quam posteris harum insinuacione declaramus, quod nos Newer, Buda, Orcirad, Raschoh, Radila et Damaslou, homines Castri Trenchiniensis de villa Wetislou nomine, qui nobis in cabatis seruire consueuerant, pro eo, quod ijdem tempore persecucionis Tartarorum personas et res in obseruacione castri Trenchen exponere nullatenus dubitarunt, et nobis de maritimis reuertentibus armati, ut decebat, in exercitu contra Ducem Austrie habito seruicium exhibuerunt gratum et acceptum; pro eo eciam, quod in maioris fidelitatis argumentum nobis et Corone Regie se seruituros in armis militaribus assumpserunt, ipsos in jobagiones Sancti Regis Castri eiusdem simulcum hereditaria sua duximus perpetuo transferendos. Ita, ut de cetero tam ipsi, quam eorum successores inter jobagiones Castri memorati computabiles sine contradiccione habeantur, nec ulli unquam hominum racione condicionis pristine teneantur aliquatenus respondere. Et ne huius concesse libertatis status in posterum queat in irritum reuocari uel aliquatenus retractari, ad eius firmam stabilitatem litteras nostras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo tercio IIII. nonas Junii, Regni autem nostri anno octauo.

(V. István királynak 1272-ki megerősítő privilegiumából a mélt. báró Mednyánszki család levéltárában.)

90.

IV. Béla király megerősiti II. Endre királynak Aba nemzetségbeli Demeter mester számára kiadott 1234-ki adományát. 1243.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Comanieque Rex vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Regie benignitatis gracia peticionibus suorum fidelium pio consueuit assurgere cum fauore, et ipsorum desiderium iuxta suorum meritorum exigenciam laudabiliter admittere, vt eo uiso sub Principe gracioso discant ceteri deuocius famulari. Ad vniuersorum igitur noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod Magister Demetrius filius Comitis Syxti de genere Aba dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium Excellentissimi domini Andree victoriosissimi Dei gracia Regis Hungarie patris nostri karissimi felicissime recordacionis confectum super donacione terrarum, Salan videlicet, Waarassukulo et Hasay uocatarum de Comitatu Byhoriensi; item Peel et quartam partem (így) terre Patha et Byna de Zurduk in Comitatu Noui Castri, petens cum instancia, ut nos ipsum priuilegium ratum habere, et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

In nomine stb. Andreas stb. (következik II. Endre királynak 1234-ki adománylevele, mint a jelen Okmánytár I. kötetében 345. sz. a.)

Nos itaque, qui ex officio suscepti regiminis nostri metiri debemus merita singulorum, et dignis pro meritis respondere, vt illorum exemplo alij ad fidelitatis opera feruencius inducantur. Propterea fidelitatem et fideles famulatus predicti Magistri Demetrij, qui karissimo fratri nostro Regi C. et nobis ac toti Regno in diuersis seruicijs et Regni nostri gerendis, multipliciter inpendit recensentes, peticionem eciam eius-

dem D. fore legitimam et dignam attendentes in hac parte, ipsum priuilegium karissimi patris nostri inspicientes non rasum, non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus, et iam dictam collacionem eiusdem patris nostri karissimi de dictis terris memorato Magistro D. factis ex certa sciencia et mera liberalitate confirmamus; ita, quod presens nostra confirmacio prioris donacionis domini patris nostri perpetuum sit robur et munimen. Volentesque, ut idem Magister D. et eius heredes heredumque successores tam predictas terras, quam vtilitates earum vniuersas possideant pacifice et quiete, in illis et eisdem metis, secundum quod in priuilegio karissimi patris nostri uidimus contineri. Vt igitur premisse donacionis et confirmacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec per quempiam processu temporum ualent retractari, uel in irritum reuocari, presentes litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Benedicti Archielecti Colocensis aule nostre Cancellarij anno Domini M° CC° LX° IIJ°. sexto kalendas Decembris. Stephano Strigoniensi Electo, Bartolomeo Quinque-Ecclesiensi, Stephano Zagrabiensi et alijs Ecclesiam Dei feliciter gubernantibus. Ladislao Palatino et Comite Symigiensi, Dyonisio Bano tocius Sclauonie, Demetrio Judice Curie nostre et Comite Musuniensi, Matheo Magistro Tauarnicorum et Comite Posoniensi, Rorando Magistro Dapiferorum, et alijs plurimis Comitatus et Magistratus tenentibus, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörös-zöld selyemzsinóron függ, a kir. kamarai levéltárban.)

91.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Cusud, Hatuburnak fia, Ruhman birtokát Kalanda fiainak eladta. 1243.

A B C D

Achilles Diuina miseracione Prepositus Strigoniensis vniuersumque eiusdem loci Capitulum omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod Cusud filius Hatubur in nostra constitutus presencia, sua nobis relacione demonstrauit, quod medietatem terre Ruhman pro sex marcis argenti, et medietatem cuiusdam terre alterius videlicet Tusnapulay, que est sita iuxta terram Kalanda, pro duabus marcis argenti iure hereditario possessas, Petch et fratri eiusdem nomine Benedicto, filijs Petri de Kalanda, vendiditt perpetuo possidendas; et idem Cusud professus est, dictam pecuniam plenarie recepisse. Cuius eciam terre Ruhman medietatem aliam Lauduanus et Gregorius, jobagiones Castri Neugradiensis ab eodem Cusud possessam, vendiderunt eisdem Petch et Benedicto, prout in litteris nostris prioribus continetur; et ita totalis terra Ruhman ad ius et dominium Petch et Benedicti prenotatorum est deuoluta iusto titulo empcionis. Commetanei autem terre Ruhman sunt hy: Arrua, Isyp filius Pulan, et Fulcus filius Pouche. Vt igitur supra dicta possessio salua semper permaneat et inconcussa, super hoc presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Licardi Lectoris, anno gracie M° CC° XL° III°. Venerabili patre nostro Stephano Archiepiscopo, Petro Cantore, Fabiano Decano, Ambrosio Custode, ceterisque Canonicis feliciter existentibus.

Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a főmélt. herczeg Eszterházy családnak levéltárában.)

92.

Az esztergami káptalan az esztergami városteren lévő házait Herbold és Ibur polgároknak bérbe adja. 1243.

Capitulum Strigoniense vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad uniuersitatis vestre noticiam uolumus peruenire, quod nos dilectis nostris Herbordo et Ybur, filiis quondam Stephani, ciuibus Strigoniensibus, locamus domum nostram lapideam cum curia circumiacente, sitam super forum Strigoniese prope palacium Henie, longitudo cuius curie est septuaginta cubitorum, qui uulgo appellantur *reyf*, latitudo uero quadraginta et unius cubitus. Item quandam curiam ex posteriori parte dicte domui lapidee continguam uersus Sanctum Laurencium quadam via solummodo intermedia, cuius longitudo est triginta quinque cubitorum, latitudo uero triginta quatuor cubitorum; pro se et heredibus suis legitimis, et non extraneis, perpetuo possidendas. Hoc pacto et hys condicionibus interuenientibus, quod predicti Herbordus et Ybur et eorum heredes teneantur nobis solvere annuatim duas marcas argenti pro dicta domo lapidea, et unum fertonem pro dicta curia, nomine pensionis usque ad quindecim annos videlicet; quindecim annis uero completis debeant soluere singulis annis usque in perpetuum tres marcas argenti et dictum fertonem; primam partem in festo Sancti Michaelis, secundam partem in Dominica prima Quadragesime, terciam partem in festo Sancti Johannis Baptiste. Et hec attendere promittunt sub pena dupli. Est eciam adiectum, quod nec eis, nec heredibus ipsorum liceat vendere uel alienare predictam domum, neque predictam curiam, nisi causa necessitatis ipsorum; et tunc de nostra licencia speciali; aliter uero facta uendicio uel alienacio non valeat, et si uendiderint, uel alienauerint, emptor nobiscum de novo conuenire debeat super pensione nobis persoluenda. Si que vero hedificia in eodem fundo edificaverint lapidea uel lignea de nouo, ea pro volun-

tate sua distrahant et alienent. Nos autem promittimus eydem, quod in hac locacione eos manutenebimus contra quemcunque et quoscunque, et defendemus. Actum et datum Strigonij in Ecclesia Beati Adalberti in pleno Capitulo, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, mense Augusti, in festo Sancti Stephani Regis. Venerabili patre domino Stephano Episcopo Waciensi existente, postulato ac procuratore Strigoniensis Ecclesie, et Magistro Achille Preposito existente; Magistro Petro Cantore. Et quia sigillum maius ad presens non habemus, sigillum nostrum minus presentibus duximus apponendum. Et ut eisdem maior fides adibeatur, predicti venerabilis patris domini Stephani Dei gracia Waciensis Episcopi, postulati ac procuratoris nostri, sigillo fecimus roborarj.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 523. l.)

93.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy János Tadénak fia erdi-i birtokát Mihály veszprémi főispánnak eladta. 1243.

A B C

Vniuersis presencium noticiam habituris Capitulum Ecclesie Budensis oraciones in Domino salutares. Possessionum tytuli multis sepe calumpniis impugnauncivm; ipsos tamen non sufficit eneruare calumpnia, si ex fide testium et scripti testimonio obtinuerint firmitatem. Proinde relacione presencium innotescat vniuersitati vestre, quod constitutis coram nobis Michaele Comite Wesprimiensi ab vna parte, et Johanne filio Thadei ex altera, predictus Johannes viua voce protestatus est, quod quandam porcionem terre sue hereditarie, quam in Erdi habebat pro parte sua, et medietatem cuiusdam insule, que ipsum contingit, supradicto Michaeli Comiti pro decem

marcis argenti uendidit perhenniter possidendas, et summam pecunie antedictam sibi totaliter fuisse persolutam, et sex personas libertinorum suorum, quorum uocabula sunt: Thomas cum filio, Albert cum filio, Kelemen et Huswet, eidem Comiti uendidisset, cum terra et insula supradictis. Vt igitur possessiones prenominatas Comes Michael quiete et irreuocabiliter ualeat possidere, et ut eciam solucio pecunie pro eisdem possessionibus solempniter facta, apud vniuersos habeatur manifesta; presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Jona Cantore, Simone, Philippo, Hize Decano, Damiano Notario, et ceteris Canonicis existentibus. Actum anno ab Incarnacione Domini millesimo CC° quadragesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről hártyán a káptalan pecsétje függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

94.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Hipolit Cwknak fia örökös birtokát Konstantin mester fehérvári kanonoknak eladta. 1243.

Vniuersum Albensis Ecclesie Capitulum omnibus, quibus presentes littere presentate fuerint, salutem in Domino sempiternam. Noscant vniuersi, quod accedens ad nos Ipolitus filius Cwk proposuit coram nobis uiua voce, quod cum consensu fratris sui Pauli, qui eciam suam nobis presenciam exhibuit, et hoc idem affirmauit, totam terram suam, nec non fenetum et locum molendini, ac omnem porcionem possessionariam, quam habebat communem cum fratre suo, seu per se diuisam ab eodem et separatam, vendidisset pro duodecim marcis Magistro Constantino Concanonico nostro, metis vndique antiquis consignatam, commetaneis non contradicentibus; presertim cum ipsa possessio magis affinis esset, et vicinior

terris Ecclesie Albensis, quam alijs, et nos uel aliquis de nobis jus emendi et racionem habere debuerit pociorem; precium eciam eiusdem terre ipse Ipolitus confessus est se totaliter recepisse in rebus per uiros idoneos estimatis. Obligarunt insuper se duo predicti, Ipolitus videlicet et Paulus frater suus, quod si processu temporis a Magistro Constantino ipsam possessionem, aut partem eiusdem, quispiam requireret, ambo ipsi eum modis omnibus defendere tenebuntur. Actum anno Dominice Incarnacionis M° CC° XL° tercio. Magistro Benedicto Ecclesie Preposito, aule Regie Cancellario; Jacobo Cantore, Gallo Custode, Marco Decano existentibus.

(IV. Béla királynak 1248-ki megerősítő okmányából, a főmélt. herczeg Batthyáni családnak körmendi levéltárában.)

95.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Pál Tarkának fia három szolgáját Konstantin fehérvári kanonoknak eladta. 1243.

Universum Albensis Ecclesie Capitulum omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noscant presentes et posteri, quod accedens ad nos Paulus filius Tarka, dixit se vendidisse tria mancipia sua, quorum nomina Chvna, Michael et Huswet, cum duobus filijs eiusdem Chvne, preter uxores eorum, que libere sunt, Magistro Constantino Concanonico nostro pro sex marcis argenti; et confessus est, ipsam pecuniam totaliter recepisse. Obligando se et suos successores firmiter, quod si aliqua racione super seruitute predictorum, vnius scilicet vel plûrium, vel alio quocunque modo Magister predictus impeteretur; idem Paulus defendet eum labore proprio et expensa. Actum anno Domini millesimo CC° XL° tercio. Magistro Benedicto Ecclesie Prepo-

sito, aule Regie Cancellario; Jacobo Cantore, Gallo Custode, Marco Decano existentibus.

(IV. Béla királynak ugyanazon megerősítő okmányából.)

96.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy ugyanazon Pál mohai birtokát Konstantin fehérvári kanonoknak eladta. 1243.

Vniuersum Albensis Ecclesie Capitulum omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Nouerit quilibet, quod accedens ad nos Paulus filius Tarka simul cum Magistro Constantino dilecto concanonico nostro, retulit idem Paulus uiua uoce, quod totam terram suam in villa Moha, quam habebat ad partem meridionalem, que wlgariter *teluk* vocatur, et locum molendini sui, nec non fenetum vendidisset eidem Magistro, aliquo non contradicente, pro quatuor marcis argenti; et confessus est, quod ipsam pecuniam totaliter recepisset. Qui eciam obligauit se, quod si aliquis de predictis a magistro supradicto aliquid requireret, Paulus eum modis omnibus defendere teneatur. Vt autem ipsa vendicio inconcussa permaneat, ad peticionem utriusque partis litteras nostras concessimus cum sigillo nostro roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis M° CC° XL° tercio. Magistro Benedicto Ecclesie Preposito, aule Regie Cancellario; Jacobo Cantore, Gallo Gustode, Marco Decano existentibus.

(IV. Béla királynak ugyanazon megerősítő okmányából.)

97.

A keresztesek székesfehérvári konventjének bizonyságlevele, hogy Hipolit Cwoknak fia mohai birtokát Konstantin fehérvári kanonoknak eladta. 1243.

Nos Conuentus Fratrum Domus Hospitalis de Alba, et Magister Ambrosius Budensis Canonicus Generalis Procurator eiusdem Domus vicem Magistri Prouincialis gerens, significamus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod accedens ad nos Ipolitus filius Cwk proposuit coram nobis uiua uoce, quod cum consensu cognati sui Pauli filij Tarka, qui eciam personaliter astitit, et idem affirmauit, totam terram suam, nec non fenetum, et locum molendini, ac omnem porcionem possessionis, quam habebat in Moha communem cum dicto cognato suo Paulo, seu diuisam et separatam ab eodem, vendidisset pro duodecim marcis argento Magistro Constantino Albensi Canonico metis undique antiquis assignatam, commetaneis in circuicione dicte terre undique comparentibus et non contradicentibus, sicut patuit nobis per hominem nostrum fidedignum super ipsam terram destinatum; precium eciam eiusdem terre dictus Ipolitus confessus est se totaliter recepisse, partim in rebus per viros idoneos estimatam, partim in argento. Obligauerunt insuper se, et sua bona, et suos heredes, Ipolitus videlicet et Paulus supradicti simul et in solidum, quod si processu temporis a Magistro Constantino ipsi possessionem totam, aut partem eiusdem quispiam requireret, ambo ipsi eam modis omnibus cum propriis expensis defendere et liberare tenebuntur; alioquin ipsam pecuniam, et totum valorem edificiorum, ac omnes alias expensas, quas interdum dictus Magister fecerit, eidem de alijs bonis eorum restituent, racione qualibet non obstante. Nos igitur ad peticionem et instanciam utriusque partis, quia proprium sigillum nostrum erat in maritima propter metum Tartarorum, litteras presentes sepedicto Magistro Constantino concessimus in testimonium et perpetuam firmitatem, fratris Juliani Custodis, fratris Lvce

Preceptoris Domus nostre, et predicti Magistri Ambrosij sigillis communitas. Actum anno gracie M° CC° XL° III°. Venerabili fratre Mikone de Buxunio Magistro per totam Hungariam et Sclauoniam existente.

(IV. Béla királynak ugyanazon megerősítő okmányából.)

98.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Ekly-i Endrének özvegye férje rokonának, Endre Oltomán fiának, hitbérét elengedte. 1243.

Nos Comes Petrus de Peren Judex Curie Serenissimi et Magnifici Principis domini Sigismundi stb., quod cum ob contradictoriam inhibicionem statucionis medietatis possessionum Ekly et Zakalos vocatarum in Comitatu Komaromiensi existencium, Thomas filius Thome de Werehtiw Johannem filium Iwachon de dicta Ekly contra se Regiam in presenciam ad certum terminum in causam attraxisset (az ügynek tárgyalása „ad presentes octauas festi Beati Michaelis Archangeli" elhalasztatván; János mint alperes részéről öt okmány felhozatik). — — Altera earundem (Capituli Ecclesie Jauriensis) in anno gracie millesimo ducentesimo quatragesimo tercio edita declarabat, quod domina quedam nomine filia Iwachon, vxor condam Andree filij Morthonos de genere Ekly constituta coram dicto Capitulo Jauriensi, omnem dotem suam Andree filio Oltoman consanguineo mariti sui remisisset liberaliter; renuncians omni juri et accioni, que racione dotis predicte sibi quandocunque possent competere vel deberent; pro eo videlicet, quod cum ipsa de partibus vltra Transsilvanis a facie Tartarorum fugiens ad eundem accessisset in domum suam, eam honeste pertractasset, exhibendo ei victus et vestitus necessaria; pro eo eciam, quod idem Andreas eidem pro-

misisset, vestes se daturum, et prouidere eam vsque ad nouas segetes in vite necessarijs stb. Datum Bude 39. die octauarum Beati Michaelis Archangeli anno Domini M° CCCC° XX° II°.

(Ezen itélőlevélnek eredetie a budai kir. kamarai levéltárban őriztetik. V. ö. Okmánytárunk második folyamának I. köt. 297. sz.)

99.

A szepesi káptalannak bizonyságlevele, hogy Jasch heltervagorai lakos uj-ruszbachi soltészségét Gobelin Miklós fiának eladta. 1243.

Capitulum Ecclesie Beati Martini de Scepus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, quibus presentes ostendentur, salutem in omnium Saluatore. Ne rerum gestarum memoria simul cum tempore labatur seu euanescat, peritorum ea industria virorum litterarum patrocinio solidare, nec non perpetuare adinuenit. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod discretis viris Jasch de Helterwagora ab vna, ac Goblino filio Nicolai de Lapide ab altera parte, coram nobis personaliter constitutis, idem Jasch oraculo viue vocis est confessus, quod sculteciam suam in Noua Ruzumbach habitam, quam mediantibus nostris litteris dinoscitur comparasse, cum dimidia parte molendini, constituti in fluuio de eadem villa, braxatoria, ac duobus liberis laneis terrarum, et cum sexta parte census in exaccionibus prouenientis, cum causis vsque fertonem judicandis cum earum birsagijs ex integro percipiendis, ac causis supra fertonem judicandis more solito per scultetos et obseruato, cum tercia parte judicij earundem causarum percipienda, ac alijs et singulis vtilitatibus et pertinencijs ad eandem sculteciam spectantibus, vendidisset et vendidit prefato Goblino filio Nicolai pro viginti sex marcis grossorum denariorum plene habitis ab eodem et acceptis, sibi et suis successoribus in filios

filiorum et eorum heredes jure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam, tenendam pariter et habendam; tali condicione mediante, quod supradictus Jasch ab omnibus impeticionibus, et maxime a fratribus et proximis suis vniuersis, racione dicte scultecie ipsum Goblinum et suos successores proprijs laboribus et expensis teneatur defendere et expedire; et nichilominus litteras nostras priuilegiales super eadem scultecia olim confectas, virtute quarum eandem habuit et possedit, tradidit in manus Gablini iam dicti Jasch predictus. Insuper Petrus frater eiusdem Goblini, vicinus comparens coram nobis personaliter, alteram medietatem molendini supradicti, comparatam a Hannus dicto Zolchener sculteto de Ruzumbach, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs ac juribus vendidit coram nobis dicto Goblino fratri suo pro decem marcis grossorum perpetuo jure et irreuocabiliter in filios filiorum ab eodem plene habitis et complete marcis supradictis, nihil juris nihilque dominij sibi in eodem molendino reseruans, in euum semper et in eternitatem perpetuam. Ad peticionem parcium supradictarum presens nostrum concessimus priuilegium pendentis sigilli nostri munimine roboratum. Datum in festo Sancte Elisabeth Regine anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio.

(III. János lengyel király által megerősítve, s az ú. n. „Liber Relationum et Oblatarum Castrensium Cracoviensium“ czímű nyilvános könyvbe 1692. bejegyezve, a krakói országos törvényszék levéltárában.)

100.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Gergely Abramusnak fia velichasei birtokát Mihály comes, Chocholt comes testvérének eladta. 1243.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie uniuersum omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris, quod accedens ad nostram presenciam ex una parte Michael Comes frater Chocholt Comitis, et ex altera parte Gregorius filius Abramus coram nobis uiua uoce proposuerunt, quod Michael Comes emisset a Gregorio filio Abramus quandam terram empticiam in Velichase octo marcis argenti, et quod dictus Gregorius precium sue terre, quam uendidit, a Comite Michaele pleniter accepisset, tali tamen condicione, quod quacunque die emergens causa Michaelem Comitem super eadem terra inpeteret, terram illam Gregorius liberare teneretur; si uero terram illam ordine iudiciario perire contingeret, supradictus Gregorius pro illa terra tantam terram et tante qualitatis de sua terra hereditaria Michaeli Comiti restitueret. Prima autem meta illius terre hec est, scilicet Ocrog, que est inter metas Floriani et Salomonis, et Gregorij, et inde descendit per unam paruam uiam ad magnam uiam crucis, et per eandem uiam uadit uersus meridiem; et inde uergit ad locum, qui dicitur Trebeneg laz, que laz pertinet ad Ecclesiam Sancti Petri, et ibi finitur meta Salomonis; inde uadit uersus occidentem ad arborem fagi, que wlgo dicitur *bichfa*, in qua est uetus signum crucis; deinde tendit ad cerasum, in qua est signum crucis; deinde uero uadit ad locum, qui dicitur Radislov laz; et exinde ad arborem platani, que wlgo dicitur *jawor*, super qua est signum crucis; deinde tendit ad arborem fagi, super quam eciam est signum crucis, et ibi silua pertinet Michaeli Comiti, plana autem terra Cupizlao jobagioni Gregorij; et inde uadit ad arborem *nir;* deinde uersus occidentem uergit ad riuulum Laste, et riuulus ille cadit ad Velicam; et deinde exiens uadit

Cupan laz; et postea ascendit ad montem uersus orientem ad frutectum auellane; et inde reuertitur ad priorem metam, scilicet Ocrog. Nos igitur ad peticionem utriusque partis in testimonium huius rei presentes litteras conscribi fecimus, et sigilli nostri caractere confirmauimus. Anno gracie M° CC° XL° tercio. Existente venerabili Zagrabiensi Episcopo S., Fila Preposito, Petro Cantore, Barano Lectore, Gregorio Custode, Cornelio Decano, et ceteris fratribus eiusdem Ecclesie.

Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalannak pecsétje vörös-kék selyemzsinoron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

101.

Spalato és Trau városok közti új békekötés. 1243.

In Christi nomine. Anno Incarnacionis eius millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, Indiccione prima mense Septembri die XI. introeunte. Temporibus domini Treguani venerabilis Episcopi, Stepconis Comitis, Petri de Luca, Pauli et Martini Blasij Judicum Traguriensium factum est. Cum inter ciues Spalatenses et Tragurienses ex antiqui hostis persuasione gravis fuisset exorta discordia, ita, ut inter utrasque ciuitates belli iam rabies incepta de die in diem miserabiliter increscere videretur; Ego frater Girardus de Mutina ex Apulie partibus superveniens, una cum fratre Paulo et fratre Andrea predictarum ciuitatum compacientes discrimini, in magnam cordis affeccionem succensi fuimus, tam nefarij belli inter fratres et propinquos incendium Diuino suffragante auxilio extinguere, et partes in pacis et concordie vinculum reformare. Tandem in nomine Domini cepimus inter ipsos de pace tractare, et ita nobis gracia Diuina affluit, ut ambe partes de facili in nostrum arbitrium compromitterent, promittentes et obligantes se stare ad omnia, que nos pro bono pacis velle-

mus statuere inter ipsos. Nos vero perscrutatis prius voluntatibus et intencionibus utrorumque, habito inter nos fratres diligenti tractatu, hoc volumus et precipimus sub debito prestiti iuramenti, et statuimus sub interminacione subiecte pene partibus absque omni contradiccione et reclamacione in perpetuum obseruandum. Inprimis ergo volumus et precipimus, ut villa de Ostrog cum omnibus suis pertinencijs et cum omnibus adiacentibus terris sit in jus (igy) et proprietate Ecclesie Sancti Domnij, ita quod totum integre possideat, sicut possedit tempore G. Archiepiscopi usque ad aduentum domini Regis Bele nullis privilegijs seu instrumentis preiudicantibus, quantum in hoc eidem Ecclesie in perpetuum. Sed quia olim questio fuit inter Ecclesiam Spalatensem et civitatem Traguriensem super territorium de Biaci et Sancti Vitalis, ipsam questionem relinquimus indiscussam. Item volumus, ut Tragurienses nullum inimicum Spalatensium recipiant, retineant, sive foveant per se vel per alium apud se molientem insidias vel inferentem dampna Spalatensibus; et hec eadem pari tenore Spalatenses observare Traguriensibus teneantur. Item volumus, ut omnes terre patrimoniales, que sunt inter confinia Spalatensia et Traguriensia restituantur dominis suis saluis racionibus debitorum vel societatum in quibuscunque rebus, que omnia suo ordine vel jure decurrant. Adhuc volumus, ut omnia dampna utrique parti quocumque modo illata, siue iniurie commisse invicem dimittantur, siue in hominibus, siue in rebus, et numquam possit de cetero a partibus super his questio concitari. Salua in omnibus fidelitate et reuerencia Corone Regni Hungarie. Ut autem hec statuta salubria robur perpetue obtineant firmitatis, volumus, ut quecunque parcium rebbellis et inobediens huic composicioni extiterit, faciendo contra predicta vel aliquod predictorum, teneatur nomine pene soluere ducentas marcas argenti, medietas quarum ad obedientem partem deveniat, altera medietas fisco Regis applicetur; et pena soluta nihilominus suprascripta omnia semper firma sint et rata. Ut autem hec omnia valeant inviolabiliter observari, sigillis utriusque partis presentem paginam fecimus communiri.

Ego Johannes Casioti Examinator manum meam mitto.
Et Ego Jausinna Primicerius et Traguriensium Juratus Notarius jubentibus fratribus Girardo, Paulo et Andrea, et voluntate predictorum Judicum et Communitatis Traguriensis hanc cartam scripsi et signo consueto signavi.

(Carrara Ferencz, Archivio Capitolare di Spalato, Spalato 1844. 74. l. Lucius ezen okmány olasz fordítását közli, Memorie storiche di Trau 46. s köv. ll.; melynek itt hiányzó bevezetését l. Fejérnél Cod. Dipl. VII. k. 4. r. 92. l.)

102.

IV. Béla király a vasvári domonkosiak monostorának egy tért adományozván kertnek, e helyett a vasvári káptalant Lapcsa nevü földdel elégíti ki. 1243—1253.

Bela Dei gracia Rex Vngarie (etc.) ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum nos quandam aream Ecclesie de Castro Ferreo in suburbio eiusdem Castri iuxta monasterium fratrum Predicatorum existentem de bona voluntate Petri Prepositi et tocius Capituli eiusdem Ecclesie ad nos receptam, fratribus Predicatoribus pro orto parando contulissemus, in concambium aree predicte quandam terram Castri Ferrei nomine Lapsa, sufficientem pro vsu duorum aratrorum cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs dicte Ecclesie de Ferreo Castro contulimus iure perpetuo possidendam. Cuius terre mete hoc ordine distinguntur stb.

(Roland nádornak 1254-ki átirata után közli Nagy Imre, Hazai Okmánytár IV. köt. 27. l.)

103.

IV. Béla királynak adománya Dénes bán és szlavoniai herczeg számára. 1244.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex in perpetuum. Grandis eminencium virorum fidelitas grandem apud illustres et magnificos remuneracionis graciam promeretur, et maxime cum eminencia eorum fidelitatis opera per quandam quasi violenciam requiruntur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod predilectus et fidelis noster Dyonisius Banus et Dux tocius Sclauonie a tenera adhuc etate nostra pariter et sua inseruiens, fideliter regens et dirigens gressus suos de virtute multimoda fidelitatis multiplicium operum produxit in virtutes pro utilitate nostra et Regni nostri, personam suam carissimam simul et res exponendo fideliter et viriliter dubijs euentibus et fortunis; propter que in Magistrum Agazonum meruerat prefici a nobis, amplius eciam preferendus. Et vt quedam de multis, tanquam in sue fidelitatis delicijs delectando nominetenus exprimat mens Regalis; in conflictu generali, quod habuimus in Soyow cum gente pestifera Tartarorum, intuicione persone nostre sagax et strenuus extitit laudabiliter pugnando. Postmodum vero, cum ad partes maritimas vergeremus, nunquam se a nostra nostrorumque familiarium custodia elongauit, peruigil et intentus circa recuperacionem prosperitatum nostrarum, quas eo tempore a nobis subtraxerat manus Dei. Et quia dulcissima fidelitatis eius obsequia eum ad alciores gradus nostre gracie merito extulerant, in Banum et Ducem tocius Sclauonie prefecimus eundem, ex cuius officij debito, sicut diuersarum Ducatus eiusdem parcium defensionibus eum fore intentissimum oportebat, sic per diuersimoda prelia diuersa in proprio corpore stigmata suscepit, vir strenuus, adprime dimicando, quorum cicatrices

nunc et quoad uixerit in corpore suo portat. Specialiter autem, cum in prelio, quod habuit circa partes maritimas, traiectum fuerit guttur eius inpetu iaculi balistalis, signum euidens, quod ibi latere non potest, euidenter predicat preconio laudis eius. In memoriam itaque multiplicium seruiciorum eius, non tamen in plenam recompensacionem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in presenti, quam quod ab eo suscepimus indecidue fiddelitatis ac eminencium seruiciorum merita frequentata, quasdam possessiones Destyn sine herede defuncti, empticias et iusto alio titulo acquisitas, que secundum aprobatam Regni nostri consuetudinem ad manus nostras fuerant deuolute, videlicet Vrbona in Symigiensi, et Horost in Crisiensi Comitatibus existentes, prout ad ipsum Destinum pertinebant, hereditarijs tamen possessionibus eiusdem Destyni cognatis suis relictis; et quandam terciam possessionem Chereoaburda nomine in Comitatu Crísiensi existentem, que fuit Petk calui Crisiensis, et ipso sublato de medio, cum ei nullus successor legitimus remansisset, ad manus nostras iuxta pretactam consuetudinem fuerat deuoluta, quocunque nomine, siue hereditario jure, siue a castro exemptam prius possederat; omnes autem dictas tres possessiones cum collecta marturinarum et cum omnibus attinencijs et vtilitatibus earum, eidem Dyonisio Bano et Duci tocius Sclauonie, et per eum suis heredibus heredumque successoribus in perpetuum contulimus et donauimus. Exprimentes, quod collectores marturinarum per Banum siue Ducem quicunque pro tempore fuerint constituti, de percipiendis marturinis earum se intromittere non presumant. Possessionis igitur Destyn, que Vrbona vocatur, prout per Petkonem filium Wlchk de genere Kamancha, qui de mandato nostro ipsum in eandem possessionem introduxit, cognouimus; prima meta incipit ab oriente iuxta vineam Gledk sub piro, et tenendo metas cum terra castri Chesmiche cadit paruam in vallem ad viam, que intrat siluam, et ibi sub fago est meta; et per eandem viam transit siluam per terreas metas et arbores crucis signo notatas, et peruenit ad terram filiorum Nadiha, et tenendo metas cum eisdem iuxta siluam, vadit versus meridiem ad montem Cepel, vbi sub ceraso sunt mete; hinc descendendo ad caput cuiusdam riui, qui wlgariter Pelgrina nominatur, vbi separatur a terra filio-

rum Nadiha, incipiens tenere metas cum filijs Pribizlow in eodem riuo, et per metas terreas descendit prope domum filiorum Prebizlow, vbi exit a riuo predicto ad orientem ad dumum auellani vergens ad partem meridionalem ad finem silue, et per metas terreas cadit in fluuium Chernech, vbi separatur a terra filiorum Prebizlow, incipiens tenere metas cum Schulen Weznico castri de Gordoa, et eundo ad occidentem in eodem riuo Chernech apud arbores, videlicet ilicis, tylie et fagi, in quibus est signum crucis, separatur a terra Schulen, incipiens tenere metas cum terra Marci et aliorum de genere Dersiuoy, et eundo per eandem aquam Chernech apud arbores in modum crucis signatas separatur a terra generacionis Dersiuoy, et tenet metas cum Hudyna Comite, et per aquam Chernech cadit in fluuium Chesma, per quem descendendo exit in riuum Rogozna, per quem tendit superius versus aquilonem, et dimittit riuum vergens ad orientem ad dumum auellani, et tenendo metas cum Thoma filio Rorocon iuxta siluam per terreas metas et arbores signatas peruenit ad quandam viam ad terram Magistri Desteni, et sic intrat siluam Chernech versus orientem, tendensque per metas terreas ad arbores signatas, transit duos riuos Rogoznam et Ossewpatak versus septemtrionem ad arborem *sylfa*, sub qua est puteus, et procedens per viam et per metas terreas versus occidentem cadit in riuum Chernusnyk, per quem descendit in aquam Nogurbona, et transit aquam eandem, et per metas terreas venit ad aquam Brezcoch, et separatur a terra Magistri Desteni, incipiens tenere metas cum Thoma filio Rorocon per eandem aquam, per quam eciam cadit in aquam Kisurbona, per quam vadit supra prope domum Zylya, et dimittendo aquam eandem in quadam valle per cerasos ascendit in montem, tenendo metas cum castrensibus de Chesmicha, et peruenit ad riuum Kopriwni, per quem eundo peruenit ad domum Dragyna, et inde per cerasos et pirum, et per metas terreas in campo peruenit ad arborem sorbelli, sub qua est meta; hinc ascendit parum in vallem versus orientem, et ascendens montem per terreas metas iuxta vineas castrensium de Chesmiche reuertitur ad primam metam, et ibi terminatur. Prima vero meta terre Horost, prout per Jaxam Banum filium Isach, qui de mandato nostro ipsum in eandem possessionem intro-

duxit, cognouimus, incipit ab oriente in fluuio Golgonicha, et tenens metas cum terra Cruciferorum Sancti Sepulcri de Golgonicha, vadit versus meridiem ad latus cuiusdam montis, et eundo superius iuxta siluam incipit tenere metas cum castrensibus de Kemluk, et descendens ad vallem versus occidentem, et ascendit iterum in montem versus castrum Kemluk, et cadit in vallem, que est iuxtaaquam Kemechniche ex parte orientali; et per ipsam vallem vadit versus aquilonem, ascendendo ad vineam Sebka castrensium de Kemluk, et peruenit ad pirum signatam cruce, sub qua est meta; deinde per metas terreas versus aquilonem peruenit ad magnam viam, que vadit Worosdinum, et ibi separatur a terra castrènsium de Kemluk, et iuxta metam terre Ceroaburda, ac iuxta metas terre Cruciferorum predictorum versus orientem per metas terreas cadit in vallem, que vallis cadit in predictum fluuium Glogoncha, et per ipsum fluuium reuertitur ad priorem metam, vbi terminatur. Prima quoque meta terre Ceroaburda, prout per dictum Jaxam filium Isach, introductorem in hanc eciam possessionem cognouimus, incipit iuxta fluuium Glogoncha sub ceraso quadam, que habet signum crucis a parte orientali iuxta terram Cruciferorum eorundem sub monte quodam, qui Lipoagora vocatur; et tendendo sursum in monte vergit ad partes occidentales, applicans ad magnam viam, et ibi sunt tres mete separantes terram Horost et Ceroaburda et eam que èst castri Kemluk; et inde per eandem viam ad montem per siluam et per arbores signatas in modum crucis tendit per siluas et viam ad montem, que Cremernagoncha dicitur; et circueundo venit ad quendam paruum campum ad fagum, super qua est signum crucis; et per quendam berch descendit in aquam Glogoncha, vbi est meta terrea; inde per eandem aquam inferius protenditur ad locum, vbi aqua Craygyna cadit in aquam predictam, et per Cragyna tendendo sursum vsque caput eiusdem, et iuxta viam in latere montis, sub arbore sorbellina est meta terrea, et vergens ad partes orientales, sub arbore *ihor* est meta et puteus; et inde per viam ad pirum sub vineis et ad puteum, hinc per viam et metas terreas, et arbores signatas transit viam ad montem Kamennagoricha; et de monte ad viam, per quam eundo iuxta vineas parumper sub ilice est meta antiqua, de qua via cadit in aliam viam, que venit de villa Crucifero-

rum Sancti Sepulchri, et in transitu vie sunt tres mete; hinc per viam illam, que transit priorem viam descendendo per metas terreas, vadit ad villam Crucifferorum predictorum, que Strasischa vocatur, et ibi est meta terrea in exitu ville in via, et per ipsam viam paruum eundo iuxta quandam fossatam de ipsa via exit ad montem iuxta vineas et asscendit ipsum montem per metas, que sunt sub cerasis, ad metam, que est sub piro in vertice montis illius iuxta vineas; inde descendit per indagines vinearum ad quendam riuulum, vbi est meta, et transiens riuulum asscendit in montem ad quandam ilicem, in qua est signum crucis iuxta vineas; inde superius ad maiorem ilicem signatam cruce in cacumine montis; et descendendo tendit ad viam que est sub monte Podholyn; hinc per eandem viam procedendo iuxta viam est meta terrea, et modicum eundo iuxta latus montis, qui dicitur Holyn, tendit ad piros in superiori parte vinee Zeder; inde descendit ad minorem Glogoncha ad pirum, sub qua est puteus; inde asscendit per aliam pirum in vertice montis Graduch per antiquum cumulum terre, qui *ettowen* dicitur; hinc per decliuium montis separando a terra Emerici descendit ad quandam arborem, que *ihor* dicitur sitam iuxta riuum predictum Glogoncha, et cadendo in ipsum fluuium et sursum eundo reuertitur ad priorem metam, et sic terminatur. Ne igitur sepedictus Dyonisius Banus et Dux, vel sui heredes heredumque successores super antedictis possessionibus temporum curriculo a quouis inquietari valeant, vel aliquatenus molestari, sed eis omnibus eedem perpetuo et irreuocabiliter perseuerent, presentes in perpetuam stabilitatem donacionis nostre concessimus litteras eminencioris sigilli nostri aurei, auree videlicet bulle nostre caractere insignitas. Datum apud castrum Galaas per manus venerabilis patris Magistri Benedicti Archyepiscopi Colocensis aule Regie Cancellarij; venerabili Stephano Archyepiscopo Strigoniensi existente, Cleto Agriensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Stephano Zagrabiensi, Benedicto Chanadiensi, Benedicto Gyeuriensi, Heymone Wacyensi, Artulpho Transiluano, Adam Nitriensi Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Vesprimiensi Ecclesia vacante, Vincencio Preposito in Episcopum Waradiensem electo; Ladizlao Palatino et Comite Symigiensi, Matheo Magistro Tawarnicorum et Comite Posoniensi, Dyoni-

sio Bano et Duce tocius Solauonie, Demetrio Judice aule nostre et Comite Musuniensi, Rolando Magistro Dapiferorum et Comite Supruniensi, Mauricio Magistro Pincernarum et Comite Jauriensi, Stephano Magistro Agazonum et Comite de Vrbaaz, Arnoldo Nitriensi, Balduino Ferrei Castri Comitibus, et alijs quam pluribus Comitatus et Magistratus tenentibus, anno Dominice Incarnacionis M° CC° quadragesimo quarto decimo septimo kalendas Julij Regni autem nostri anno nono.

A csaszmai káptalannak 1379-ki „Nicolaus filius Johannis filii Mark de Vrbonar" számára „feria 5. prox. post festum Omnium Sanctorum" kiadott átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban).

104.

IV. Béla királynak Lobur, Velica, Clenonik et Zlogonam helységekre vonatkozó adománya, Mihály, Buzad fiának, Varasdi főispán számára. 1244.

Bela Dei gracia Hvngarie, Dalmacie, Choroachie, Rame, Seruie, Gallichie, Ladomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui Regibus dat salutem. In partem cedit sollicitudinis illustrium, circumspeccionis sue oculos super uniuersos sibi subditos inicere, et bonos pro apparato lucro remunerare, seruum uero torpentem ab opere bono condempnare; uulpecule uero, que multorum perpetracione malorum Regni eciam sublimes demoliuntur, sapiencia capi debent, ut liberius possint boni in uia mandatorum Domini ambulare. Proinde ad uniuersorum presencium et posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod dilectus et fidelis noster Michael Comes de Voroed, frater Buzad Comitis, a primeuo puericie nostre tempore exhibuit nobis eminencia fidelitatis opera liberaliter et libenter, adeo ut nostro adhuc tenero lateri ardenti desiderio coniunctus, in custodia et tuicione persone nostre nulli se et sua

periculo exponere formiduus; postmodum autem cum Regnum nostrum Diuino iudicio fornax succenderat Thartharorum, ex multa fiducia quam ab eius fidelitate mens Regia obtinebat, cor nostrum et animam nostram, karissimum uidelicet primogenitum nostrum Ducem Stephanum inclitum et illustrem in manus eius duximus commendandum, qui eundem primogenitum nostrum vna cum aliis prolibus nostris tristi tempore letos retinens in deliciis conuenientibus, sanos recondidit et illesos. Demum uero cum partes maritimas adiissemus, idem Comes Michael confinia nostra circa Vorosd et Petouiam in tante turbacionis tempore contra malefactores quamplurimos illesa et indempnia potenti uirtute ualidoque brachio conseruauit, proficiscendo de uirtute in uirtutem, et in sua fidelitate culmen constancie ascendendo. Et quia longum esset enarrare per singula eius opera laude digna, saltem ut per radicem conprehendamus ramos, frondes et fructus arboris commendande, ipsius generacio fidelis semper extitit Corone Regie ac deuota, utpote in Regno suo fructus dulcissimos, nam Barones fidelissimos germinauit. In contrarium uero quidam de Sclauonia nomine Puchuna tot et tanta in Regno nostro ducente maligno spiritu mala perpetrauit, propter que membratim per diuersa loca suspendi, toto Regno contra ipsum reddente testimonium, merebatur, clamantibus contra ipsum homicidiis multis, et aliis nephandis criminibus, et specialiter sanguine Magistri Ochuz filii Ochuz Bani, quem inter alios crudeliter interfecit; cuius mors fecit tristiciam toti Regno; que multa et enormia nostro et nostrorum Baronum et tocius Regni nostri iudicio ipsum ad alicuius horrende mortis periculum perducebant. Verum quia misericordiam diligimus, ut a misericorde et id testante Domino misericordiam consequamur, eodem Puchuna possessionibus suis omnibus, per quas transgredi poterat et transgrediebatur, facere mala et fecit, iustissime spoliato, personam ipsius libere abire permisimus sub eo condicionis ligamine, quod lesis per ipsum satisfaceret, de cetero talia committere postponendo. Cuius possessiones, uidelicet Lobur et Velica, Clenonik ac Zlogonam cum omnibus attinencijs suis, prenominato Michaeli Comiti de Vorosd, et suis heredibus in memoriam multiplicum seruiciorum eius, non tamen in plenam recompensacionem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in

presenti, quam que ab ipso suscepimus indecidue fidelitatis ac eminencium seruiciorum munera frequentata, in perpetuum contulimus, pleno iure sub eisdem metis, et terminis, et signis, quibus dictus Puchuna eas noscitur tenuisse. Ne igitur in posterum dictum Michaelem vel suos heredes heredumque successores super eisdem possessionibus quispiam ualeat inquietare uel aliquatenus molestare, sed eis omnibus fidelibus seruicijs acquisita perpetuo et irreuocabiliter perseuerent, presentes in perpetuam huius rei memoriam concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo et irrefragabiliter roboratas. Datum aput castrum Zala anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, quinto Idus Octobris, Regni autem nostri anno nono.

Kivül. Super collacione possessionum Lobur, Welica, Clenonik et Zlogona Michaeli Comiti de Vorosd.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

105.

IV. Béla király Felső-Zdench birtokát tárgyazó megújított adománya Devecher fiai számára. 1244.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in eo qui Regibus dat salutem. Justis petencium desiderijs facilem prebere consensum (uidelicet) racio expostulat, et Regalis sublimitas exhortatur, in ijs precipue, que ad subiectorum commodum spectant pariter et profectum. Eapropter ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedentes ad nostre Maiestatis presenciam Samson, Georgius, Wlk et Wlcheta filij Deuecher, nobis humiliter supplicarunt, ut eisdem quandam possessionem Superiorem Zdench uocatam, quam hijdem

possessionem predecessorum ipsorum hereditariam prefuisse, et instrumenta litteralia super ipsa possessione emanata amisisse affirmabant, prout eciam ab omnibus commetaneis eiusdem possessionis circumquaque existentibus iuxta fidelitatem ipsorum nobis debitam hec fore resciuimus, restituere dignaremur. Nos siquidem iustis et legitimis admissioneque condignis peticionibus et instancijs ac supplicacionibus ipsorum Samsonis, Georgi, Wlk et Wlchete, per quorum eciam seruicia fidelia nobis et Colomano Duci fratri nostro karissimo grata et laudanda, suprema sollicitudine per ipsos exhibita, noster Regius animus mitissime conquieuit, fauore debito inclinati, et precipue ad peticionem eiusdem Colomani Ducis fratris nostri karissimi, predictam possessionem Superiorem Zdench uocatam, cum omnibus suis utilitatibus, scilicet terris arabilibus, agris, pratis, fenilibus, nemoribus, et alijs quibuslibet ad eandem pertinencijs, sub metis et terminis infrascriptis, indicium nostre gracie, dileccionis pariter et fauoris, ampliori fauore Regie benignitatis ipsorum uirtuosis actibus et obsequiorum meritis gratuitis exigentibus in antea eosdem prosequi intendimus et amplecti, continentes et designantes eisdem Samson, Georgio, Wlk et Wlchete filijs de Deuecher, et per ipsos ipsorum heredibus iure perpetuo habendam pariter et possidendam duximus concedendam ac restituendam. Cuius quidem predicte possessionis, prout uidimus in litteris Capituli Chazmensis, mete erecte sic distinguntur: Quod prima meta incipit in quodam riwlo, ubi ipse riwlus cadit in aquam Ezdench uocatam iuxta possessionem Magistri Moys Judicis Curie nostre Inferiorem Zdench uocatam a parte occidentis, et per eundem riuulum procedit supra ad septemtrionem, et peruenit ad fluuium Melichnek nuncupatum, et ipsum fluuium prosiliens peruenit ad arborem *gerttyan* cruce signatam metaque terrea circumfusam; abhinc procedit iuxta metas possessionis predicti Magistri Moys, et peruenit ad caput fluuij nomine Raduan, et per ipsum fluuium procedit infra uersus occidentem ad aquam Chazma — — — — per eandem aquam uertitur supra ad partem orientis — — — caput eiusdem aque; abhinc exit et procedit supra — — — — — possessionis ad celarium nostre Maiestatis — — — — uocate, et peruenit ad caput minor — — — ati; inde per eundem fluuium procedit

infra ad meridiem et — — — — -- ich et — — — us exit et uadit directe ad meridiem et peruenit ad fluuium maiorem Soplancha uocatum — — — — — occidentem et peruenit ad arborem *tul* cruce signatam, metaque terrea circumfusam — — — — reflectitur ad partem — — — — uenit ad priorem metam, ibique terminatur. Vt igitur hec nostre concessionis et restitucionis — — salua et inconcussa process — — — neat presentes litteras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in uilla Belyga — — no Domini M° CC° XL° IIII°. Idus Octobris Regni autem nostri anno IX°.

(Eredetie bőrhártyán megrongált állapotban, a vörös-sárga zsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban).

106.

IV. Béla királynak Óvár várföldjét Vas megyében tárgyazó adománya a Chem nemzetségbeli nemesek számára. 1244.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo, qui Regibus dat salutem. In partem cedit sollicitudinis nostre, sic nostris fidelibus, maxime circa confinia commorantibus, qui in nostro seruicio sanguinem effuderunt, et frequenti studio dubijs casibus se exponunt, pro meritis prouidere, ut per hoc ipsius Regni confinijs sit prouisum. Proinde ad uniuersorum tam presencium, quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos fidelium seruiencium nostrorum de genere Chem seruicia, que nobis in tuendis confinijs Ferrei Castri diligenti studio inpenderunt, consideracione sollicita intuentes, locum illum, qui dicitur Ovwar, ubi antiquitus castrum fuisse dicebatur, Comiti Mod cum filio suo Thoma, et Martino, Mixe, Siluestro, Jacobsa, Hertenigo et Rolando, cuius patrem nomine Rolandum, et Seywretum patrem dicti Sil-

uestri in defend — — — — — — s nostre circa confinia dimicantes Theotonici occiderunt, et aliis de genere Chem, ad construendum in eo castrum, per quod illud confinium melius et potencius teneatur — — — — — nsionis loci se quinque recolligant, quinque uero prosilientes exagitent et terreant aduersantes, cum terra nomine Ovwar, que est sub eodem castro, terra uidelicet vnius ville in dis— — — — — — — — — — — — — perpetuo possidenda. In cuius castri et terre possessionem per dilectum et fidelem nostrum Herricum Comitem Castri Ferrei ipsos fecimus introduci. Cuius terre mete, prout eodem H. Comite — — — — — — — — — guimus hoc ordine distinguntur: Primam metam tenet cum uilla Chem in loco, qui dicitur Sartivv, ubi sunt due mete; inde ad orientem iuxta siluam Chem sunt due mete; et ibi incipit tenere cum uilla Chatar ad montem Toboy, ubi sunt due mete; deinde ad meridiem transit aquam Pincua, et iuxta magnum lapidem uadit ad locum, qui dicitur Toboywar, ubi sunt due mete; deinde uadit ad uillam Cheyka, et est fons in silua, ubi sunt due mete; inde vadit ad Sesfeu, et ibi sunt due mete; inde ad Nigenszovn; et ibi transit aquam Pincua, et ibi tenet metam cum uilla Poschen; inde ad uillam Coraldi, et ibi incipit tenere metam cum uilla cruciferorum, et ibi est magna uia, per quam itur ad castrum Owar, et ibi transit aquam Tohon, et ibi tenet metam cum seruis Regine, et ibi est uia antiqua, per quam itur ad Inched, ubi est pirus, et ibi sunt due mete, et incipit tenere metas cum filijs Condra, et ita reditur ad primam metam Sartiw. U — — — — — — H. suorum seruiciorum et effusionum sanguinis meritis predictis fidelibus nostris digne facta collacio, eis et per eos suis heredibus heredumque successoribus perpetuo perseueranda, nec a quouis temporum curriculo super hijs ualeat inquietari, uel aliquatenus infestari, presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud villam Nomoy in partibus Zegerie anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, quarto Idus Februarij, Regni autem nostri anno decimo.

(Eredetie bőrhártyán, melytől a király kettős pecsétje vörös-sárga zsinoron függ, a főmélt. hg. Batthyáni család levéltárában.)

107.

IV. Béla királynak Kovárszeg földét tárgyazó adománya Miklós, Obichk fia számára. 1244.

Bela Dei gracia Rex primogenitus (igy) Regis Hungarie omnibus Christianis presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Cvm in multitudine fidelium nitor Corone Regie consistat, debet consideracio nostra eo gratancius obsequencium meritis respondere, quo constat et eorum fidelitatem magis accendi, et ipsos ardencius multiplicari per munificencia Regia (igy) largitatem. Proinde ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos salubribus monitis inuitati, considerauimus multiplicia seruicia dilecti et fidelis nostri Nicolai filij Obichk de Zyud, que nobis eo tempore inpendit, quo aduersitas Tartarorum Regnum nostrum inuaserat, et nos presidio fuge ad partes maritimas proficisceremur ante ipsos, omnesque Barones ac multi nobiles Regni nostri deseruissent; tunc idem Nicolaus nos nullatenus dereliquit, sed pocius cum omni familia domus sue usque ad insulas maritimas fuit nos secutus, tandem de Tragurio ad Curiam Romanam per multa pericula marium et terrarum, super impetranda procuracione venerabilibus patribus, qui ad gubernandas Strigoniensem, Colocensem, Geuriensem Ecclesias, eorum antecessoribus per lugubris memorie Tartaros interemptis, fuerant postulati, in nostra legacione ardenti studio est profectus. In quo facto tam eminenter nobis et Regno nostro ipsa Sede Apostolica uacante seruiuit, quod ad releuandas post tantum casum tam principales Regni nostri columpnas se nobis exhibuit uirtuosum. Item cum post recessum Tartarorum ad easdem partes maritimas uergeremus secundario, et super facto Jadrie inter nos et Uenetos esset discordia suscitata; ipse fidelis Nicolaus nobis mittentibus Venecias accedens, litteras conposicionis, tam ex parte nostra ad ipsos Uenetos, quam eciam e conuerso, non sine magna prouidencia condidit, illis suas et nobis nostras

commendabiliter reportando. Quid plura? Ad partes Ruscie, et ad partes Bulgarie in nostra legacione profectus, ab Illustrissimo Duce Danela, qui Tartarorum Principe uisitato ad propria rediens, vniuersum statum Tartarorum, prout viderat et cognouerat, edisserendum nobis promiserat stili officio conditum, reportauit; in Bulgaria uero per plures menses inuoluntarie detentus, negocium eciam, pro quo eum miseramus, promocioni reddidit commendande; saliens idem Nicolaus de uirtute fidelitatis in uirtutem deuocionis, easdem uirtute constancie quasi quodam signaculo roborando. In quorum omnium ac eciam plurium seruiciorum eius, que omnia per singula longum esset litterali oraculo recitare, quamuis minus dignam in reconpensacionem, sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus quandam terram Castri nostri Huntensis Koarzeg uocatam, vicinam, commetaneam et contiguam terre Chalamia vocate, quam post exitum Tartarorum de Regno nostro, Buluzlo de Nadasd homo noster cum nostro registo, presente testimonio Capituli Vaciensis, et eciam omnes alias terras eiusdem Castri nostri reinpediuerat, quam quidem terram Koarzeg uocatam, sub eisdem metis et terminis, sub quibus est limitata, eidem Nicolao filio Obichk pro tot et tantis seruicijs suis meritoriis, licet modicum quidem sit, de consensu et voluntate omnium vicinorum et commetaneorum dicte terre, Comitis scilicet Stanizlay, et Pangracij filij sui; a parte orientali Lamperti de . . zene, et filiorum suorum; a parte meridionali Feliciani de Yghazaschalamia et filiorum suorum, a parte occidentali Nicolai, ac Paznani filij sui, et Nicolai fratris Paznani personaliter adherencium, dedimus, donauimus et contulimus cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis vniuersis perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Cuius quidem terre mete hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte orientali de terra Koarzeg vocata, vbi sunt due mete terree iuxta fluuium Ipul, et ibi cadit in ipsum fluuium Ipul; deinde autem tendit uersus meridiem ad terram Lamperti, que Riba uocatur, et currit in ipsa aqua per magnum spacium eundo, et ibi veniet ad Haradissa Castrum in unum nemus ad occidentem, quod vulgo Holm dicitur, et prope illum monticulum parum descendendo sunt due mete terree, et in eodem nemore est vna via, qua exit de illo nemore, et transit

vnam magnam viam, et inde tendit per terras arabiles ad vnam paruam siluam, quod vulgo vocabulo erezteuen dicitur, sub cuius fine sunt due mete terree, et sic iuxta illam siluam currit uersus metas priores, vbi sunt commetanei nobiles de Chalamia. Que quidem silua seu erezteuen omnino remanet inter metas ad terram Koarzeg uocatam et prenotatam; et sic terminantur. Ne igitur in posterum idem Nicolaus fidelis noster, et sui heredes, super eadem terra per quempiam valeant molestari, et ne autentica nostra donacio irritacionis illicite molestiam paciatur, sed eis pacifice et quiete perpetuo valeant permanere, presentes tradidimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine in eternum roboratas. Datum in Gyormoth per manus Magistri Achillis Prepositi Albensis, aule nostre Vice-Cancellarij, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, decimo kalendas Maij, Regni autem nostri vicesimo.

(A váczi káptalannak 1296-ki átirata után Ráth Károly Hazai Okmánytár IV. köt. 28. l.).

108.

IV. Béla királynak Rakouch földét tárgyazó adománya híve Chernek számára. 1244.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Regie Maiestatis interest sic ad suos subditos et fideles manum largifluam extendere, vt Regiorum beneficiorum prouocati largitate ad seruicia debita merito prompciores habeantur. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam tam presencium quam posterorum harum serie volumus peruenire, quod cum Chernek ab annis suis teneris nobis seruiuerit fideliter et deuote, et vt per eius fidelitatem percipere potuimus, voluntatem habeat

omnibus diebus suis nobis fideliter seruiendi, nos ei in remuneracionem sue fidelitatis et seruicij quandam terram Meffrik sine herede decedentis, Rakouch nomine, sitam in prouincia Thurochiensi contulimus, sibi et per se suis heredibus perpetuo possidendam. In cuius terre possessionem per fidelem nostrum Thetus Comitem ipsum fecimus introduci. Cuius terre prima meta incipit a parte aquilonis, vbi cadit Blatnicha in fluuium Turch; inde vero ascendit per eundem fluuium ad partem orientalem vsque ad fluuium Ribe; et per eundem fluuium ascendit ad partem meridionalem, et ibi est meta terrea sub quadam arbore *vörös fenyü* vocata; inde vero ad partem occidentalem, et ibi est meta sub arbore *borfa* vocata; inde uero tendit ad vnum monticulum *hradek* vocatum; et inde cadit ad dictum fluuium Turch, et sic terminatur ad priorem metam. Vt autem hec nostra donacio salua semper et inconcussa permaneat, nec vllo vnquam tempore possit in irritum reuocari, presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Anno gracie Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto X. kalendas Nouembris, Regni autem nostri anno decimo.

(Hitelesített másolatból, mely tek. Beniczky Márton levéltárában Pribóczon Turócz megyében őriztetik.)

109.

IV. Béla király File zágrábi prépost és testvérei számára megerősiti a Heyreh birtokát illető jogositványokat. 1244.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Tenore presencium vniuersis volumus fieri manifestum, quod cum quasdam possessiones, que ob magnam et notoriam infidelitatem

suorum possessorum ad manus Regias fuissent deuolute, nos eas karissimo fratri nostro Colomano Regi et Duci tocius Sclauonie pijssime recordacionis contulissemus, quasdam uero idem Rex, quas empcionis titulo possederat, uel alias quoquo modo iusto modo ad eundem deuenerant, sibi pleno et perpetuo iure cum omnibus ipsarum pertinencijs conferendo in perpetuum possidendas, ad peticionem ipsius eo tempore, cum assumpto signo crucis contra Paterinos in Boznam et in terram Rame pro nomine Christi proficisceretur, confirmassemus, terras omnes specialiter et per singulas in litteris nostris secrecioris sigilli nostri munimine, auree uidelicet bulle nostre exprimentes, quas eidem dederamus, ita, quod ex ipsis omnibus liberam haberet facultatem disponendi, conferendi, donandi et quocunque modo alienandi secundum sue beneplacitum voluntatis; accidit, vt Magister Phyle Prepositus Zagrabiensis, atque fratres sui, Thomas Comes et Petrus, per Bertramium fratrem Symonis Comitis de Bayoch maritum uxoris quondam Salomonis Bani nomine uxoris sue, super terra Heyreh et eiusdem pertinencijs in nostram fuere citati presenciam; qui nomine uxoris sue eandem terram in ordine iuris coram nobis pecijt restitui, asserens ipsam terram cum suis pertinencijs a priore marito uxoris sue Botyz Comite fuisse collatam; super qua collacione litteras Capituli Albensis, que tamen nullam mencionem faciebant de dicta donacione specialiter, et litteras Capituli Bachyensis alias exhibuit, que etsi mencionem, continebatur tamen in eisdem, quod non in presencia Capituli ipsius, sed coram uno concanonico ipsius Capituli ad peticionem ipsius Batyz transmisso fuerit talis facta confessio. E contra Magister Phyle Prepositus Zagrabyensis pro se et fratribus suis respondit, quod ab eis restitucio peti non debuit, cum iam dicta terra cum suis pertinencijs per karissimum fratrem nostrum Colomanem (igy) Regem Ducemque in commutacione quarundam terrarum suarum, utpote pro terra, quam habebant in Wamus ad uiginti aratra donacione ipsius fratris nostri, et super terra Kyliani, quam habebant empticiam iuxta eandem, super qua litteras Capituli Agriensis (igy) exhibuere, et super terra Musch, et duabus uineis Farcasij filij Cebze in Comitatu de Borona, vnde similiter litteras Capituli Quinqueecclesiensis exhibuere, ad eos fuerit deuoluta. Super

quibus omnibus priuilegium fratris nostri predicti autenticum uidelicet de commutacione facta exhibuit; cuius tenor talis est:

Colomanus stb. (mint fentebb 25. sz. a.)

Et quod idem Rex predictam terram legitime possederit, ipsamque eis de iure dare potuerit, litteras confirmacionis eidem fratri nostro a nobis datas secretioris sigilli nostri munimine aurее videlicet bulle nostre nobis presentauit super ipsa terra Heyreh cum suis pertinencijs, et alia Luder nomine, similiter cum suis pertinencijs, quas predicti Magister Phyle et fratres sui in commutacione receptas possidebant; et quamuis Prepositus et fratres sui supradicti satis euidenter et racionabiliter declarassent priuilegium nostrum antedictum, quia tamen, ut plenius apareat causa alienacionis terrarum a domino suo, quia sicut dicitur, veritas sepius exagitata magis splendescit in lucem, ad probandam et excludendam huius rei ambiguitatem litteras Capituli Quinque-Ecclesiarum, in quibus factum iudicium nostrum continetur, quod et nos meminimus, idem Prepositus exhibuit in hunc modum:

Farcasius Prepositus Quinqueecclesiensis stb. (mint fentebb 72. sz. a.)

Nos igitur hys et alijs plenius intellectis, et maxime cum memores essemus uerborum karissimi fratris nostri Regis iam dicti, qui personaliter pecijt a nobis confirmacionem terre iam dicte aliarumque terrarum suarum, cuique credere debuimus et debemus per omnia, respectumque habentes ad confirmacionem aurее bulle, que nonnisi comperta ueritate et propria noticia Regia dari consueuit, predictam terram cum suis pertinencijs Heyruh nomine supradicto Phyle Preposito et fratribus suis, quoniam iura ipsorum exibita rei apciora et uero proximiora inspeximus, consensu jobagionum nostrorum adiudicauimus et sentenciauimus iure perpetuo possidendam, predicto Bertramio nomine uxoris sue perpetuum silencium imponentes. Ceterum et hoc patere uolumus vniuersis, quod cum multe ymmo plurime terre et possessiones, quas prius fratri nostro karissimo contuleramus sub predicta confirmacione bulle aurее nostre, que usque ad obitum ipsius fratris nostri per eundem non fuerant ordinate uel donate alias, et que iam exigentibus peccatis nostris ipso uiam vniuerse carnis ingresso ad nos sunt deuolute, continerentur; nos ipsam

confirmacionem, a Magistro Phyle Preposito Zagrabiensi, qui eandem retinebat pro stabilitate terrarum suarum, Heyreh videlicet et Luder, cum earundem pertinencijs, quas predictus frater noster in commutacionem terrarum suarum supra memoratarum, et pro reconpensacione seruiciorum suorum contulerat sibi et fratribus suis, necessario habuimus eandem, et nouimus ad nos recipere et auferre ab eodem; ea tamen adhibita cautela, ut Magistro Phylpe et fratribus suis super terris iam dictis, Heyreh uidelicet et Luder cum suis pertinencijs, que in confirmacione auree bulle nostre dicto fratri nostro collate continebantur eo tenore, ut cuicunque supradictus frater noster terras iam dictas, uel alias quascunque conferret, firma et perpetua stabilitate permanerent, eisdem aliam confirmacionem auree bulle nostre loco eiusdem, quam recipimus, conferremus, quam et habito omnium jobagionum nostrorum consilio et inspecta confirmacione priore, auree videlicet bulle nostre, duas ipsas terras Heyreh et Luder cum earundem pertinencijs, que a Botyz Comite, prout et per nos et per eundem fratrem nostrum sciuimus ipsius propria et uiua relacione, Magistro Phyle et fratribus suis, Thome Comiti et Petro, in commutacionem terrarum suarum per eundem fratrem nostrum karissimum, et in recompensacionem seruiciorum suorum datas et collatas intelleximus manifeste, sicut per litteras eiusdem autenticas, prout superius, expressas patet et patuit, et nos concedimus et confirmamus firma et perpetua stabilitate eisdem auctoritate Regia permanere, atque in perpetuum robor sibi et suorum (igy) successoribus, secretioris sigilli nostri munimine, auree uidelicet bulle nostre corroborari decreuimus. Datum per manus uenerabilis patris Benedicti Colochensis Archiepiscopi aule nostre Cancellarii; Venerabili patre Stephano Archiepiscopo Strigoniensi, Bartholomeo Episcopo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Stephano Zagrabiensi, Blasio Chanadiensi, Artolpho Ultrasiluano Episcopis Ecclesias Dei salubriter gubernantibus; Vincencio in Episcopum Waradiensem Electo confirmato, Jeuriensi et Vesprimiensi Sedibus uacantibus; Ladizlao Palatino Comite Simigiensi Dyonisio Bano et Duce tocius Sclauonie, Matheo Magistro Tauarnicorum et Comite Posoniensi, Demetrio Judice Curie et Comite Musuniensi, Laurencio Wayuoda Ultrasiluano, Bollondo Magistro

Dapiferorum et Comite Supruniensi, Mauricio Magistro Pincernarum et Comite Jeuriensi, Stephano Magistro Agazonum et Comite de Vrbaz, Balduino Comite Nitriensi, Henrico Comite Ferrey Castri, ac ceteris Magistratus et Comitatus Regni nostri tenentibus. Anno ab Incarnacione Domini millesimo CC°XL°IIII°. secundo kalendas Nouembris, Regni autem nostri anno decimo.

(A bácsi káptalannak 1356-ki átiratából, mely a budai kir. kamarai levéltárban őriztetik.)

110.

IV. Bela király Stepkót, Róbertnek fiát, Uszticsernöczi birtokában megerősíti. 1244.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Ex debito suscepti regiminis tenemur, vt quemadmodum legis author sumus a Domino super suam familiam constituti; sic eiusdem legis conseruator simus benignus ac eciam circumspectus. Nam cum nostri fideles sub nostro regimine juris beneficio sustentantur, ex hoc solium nostre Celsitudinis nitorem suscipit et vigorem. Proinde ad vniuersorum presencium et posterorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod accedens ad nostram presenciam fidelis noster Stephco filius Roberti super quadam terra sua nomine Wsticherneuch, quam empcionis jure se possidere dicebat, pecijt a nobis caucionis perpetue munimentum. Ceterum volentes de circumstancijs eiusdem terre certiorari, dilec tum et fidelem nostrum Nicolaum Prepositum Agriensem ad inspiciendas metas eiusdem terre transmisimus, et ad inquirendum diligenter, quo jure terra eadem ad ipsum pertinere noscatur. Qui ad maiorem cautelam petitos a fidelibus nostris

Dyonisio Bano et Duce tocius Sclauonie quendam hominem fidedignum nomine Lodvey de genere Agha Comitis, et a Capitulo Zagrabiensi quendam Canonicum nomine Gregorium in testimonium duxit secum, cum quibus pariter procedens, cognita plenius veritate tam a vicinis et commetaneis, quam ab alijs earundem parcium nobilibus, nec non ab ipsis venditoribus eiusdem terre, quorum fuit hereditaria, ipsam dicti Stephconis esse empticiam affirmans, metas eiusdem, et omnes circumstancias, et omnia nomina venditorum; videlicet Martun et Martunus et Pouse filiorum Dragos de Blina nobilium seruiencium nostrorum, qui viginti octo marcas, quibus eandem terram sibi vendiderant, se plene recepisse sunt confessi, suis nobis litteris destinauit, quod et viua voce postmodum roborauit. Cuius mete hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a littore fluuij Saue ex oriente ab arbore pomi, circa quam est meta terrea, vbi eciam quidam riuulus Chernech nomine cadit in fluuium predictum; contra cursum cuius proceditur per metas terreas et arbores crucis forma signatas vsque ad alium riuum, qui nominatur Lyztouch per metas terreas et arbores crucis forma notatas; deinde peruenitur ad viam, que transit riuulum; per quam viam exitur de riuo, et proceditur per eam ad metam terream et inde per arbores signatas cruce procedit per nemus paludosum, in fine cuius est meta terrea; deinde per arbores cruce notatas et metas terreas venit ad antiquam viam, per quam ad viam nouellam, vsque quam viam a sinistris fuerunt commetanei Blinenses, quando dictus Prepositus has metas inspexit; sed quia terram Blinensium dedimus postmodum hospitibus de Stytich, iidem hospites commetanei sunt effecti; postmodum eciam a sinistris commetanei sunt monachi de Toplica; per quam viam nouellam per metas terreas antiquas et nouas uenitur ad metam terre eiusdem Stephconis, non huius terre sed alterius, quam possidet ab antiquo per cuius terre metas venitur iterum vsque fluuium Saua; et inde transit ad fossatum Prenlaka, et per aquam Stepchina redit in Sauam, per quem reuertitur ad primam metam, et ibi terminatur. Nos igitur iusto petentis desiderio fauorem beneuolum adhibentes, terram eandem presente Damaso villico de Stytich vicino et commetaneo, et non contradicente, sepedicto Stephconi et suis heredibus heredumque

successoribus, presentibus Regie authoritatis litteris confirmauimus eam, in perpetuam huius rei memoriam; ne videlicet idem Stephco vel sua posteritas temporum curriculo super eadem terra per quempiam valeat indebite molestari, dupplicis sigilli nostri munimine jure perpetuo roborando. Datum apud Sabia anno Dominice Incarnacionis millessimo ducentesimo quadragesimo quarto, VII. Idus Nouembris, Regni autem nostri anno decimo.

(Nagy Lajos királynak 1359-ki „XIV. kalendas Aprilis" kelt megerősítő okmányából, melyet I. Lipót 1699. Bécsben márczius 14-én ujból megerősített; a Liber Regius XXVI. köt. Ezen okmány részét már a jelen Okmánygyűjtemény első folyamában közöltem II. köt. 92. sz. a.)

111.

IV. Béla királynak Buda város jogositványait tárgyazó 1244-ki privilegiumára érdekes hivatkozás.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod cum in causa, que inter honorabile Capitulum Ecclesie Waradiensis ex vna, ac inter fideles nostros circumspectos viros Judices et Juratos ceterosque vniuersos incolas et mercatores Liberarum Ciuitatum nostrarum Regalium Parcium Transsiluanarum ex altera partibus, juxta continenciam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum in facto solucionis tributi sew fori nundinalis in vico episcopali Wadkerth in ciuitate Waradiensi in carnispriuio celebrandi exigi solito coram nostra Personali Presencia vertebatur, feria tercia proxima post festum Natiuitatis Beate Marie Virginis, ad quod scilicet festum causa pretacta prorogata extiterat, per fideles nostros circumspectos Judicem et Juratos ciues Ciuitatis nostre Budensis, qui seipsos, in eorum ac vniuersorum conciuium ipsorum personis, cause huiusmodi intromittendo, quedam littere priuilegiales olim domini Bele

Regis sub proprio dupplici sigillo eiusdem anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, Regni autem sui anno nono, octauo kalendas Decembris super nonnulis ipsorum libertatibus et prerogatiuis litteris in eisdem contentis emanate, in judicio coram nostra Personali Presencia exhibite fuissent: mox Gregorius de Keraly in personis religiosarum dominarum sanctimonialium in claustro Beate Marie Virginis de Veteri Buda degencium, in eandem nostram Personalem exurgendo Presenciam, quosdam tres articulos, factum scilicet tributi et cibrionum, nec non domorum in eadem ciuitate nostra tenencium et habencium tangentes, in eisdem litteris specificatos, eo quod ijdem tres articuli eciam dictas dominas sanctimoniales certis ex causis concernerent, prefatis dominabus per nos dari supplicauit. Quorum quidem trium articulorum, quos idem olim Bela Rex eisdem ciuibus nostris Budensibus contulit, primus is est: „Item infra limites Regni nostri ab omni tributo, salua tricesima, et saluo jure Ecclesie Budensis, quantum ad tributa de salibus exigenda, sunt exempti"; secundus vero articulus ita continetur: „Item de vineis eorundem cibriones nullatenus exigantur"; tercius siquidem articulus hoc modo habetur: „Item nullus hospes ex ipsis possessiones suas uel domos vendere valeat alicui extraneo, nisi in eadem villa volenti amodo habitare; item quicunque ex ipsis sine herede decesserit, possessiones suas dimittendi facultatem habeat, cui volet; item quicunque ex eis possessiones emerit, si per annum et diem nullus ipsum super hoc impecierit, de cetero eas sine contradiccione aliqua possideat pacifice et quiete." Vnde nos supplicacionem dicti Gregorij de Keraly justam et juri condignam fore agnoscentes, articulos pretactos in dictis litteris predicti olim domini Bele Regis modo antelato conscriptos, sine diminucione et augmento aliquali de verbo ad verbum presentibus litteris nostris patentibus transscribi et transsumpmi faciendo, prelibatis dominabus sanctimonialibus duximus concedendos communi justicia requirente. Datum Bude predicto secundo die termini prenotati, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Lecta Dj.

(Eredetie papiron, a királynak birói pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

112.

IV. Béla királynak Pruska birtokát tárgyazó adománya Bogomerius comes számára. 1244.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum ea, que bonorum deliberacione disponuntur, maxime que legum imperatrix Regia pertractat auctoritas, salua semper et inconcussa permanere debeant, ad uniuersorum presencium atque posterorum noticiam peruenire uolumus, quod cum propter indecidue fidelitatis constanciam et innumera probitatum merita, quibus ante oculos nostre Maiestatis noster fidelis et dilectus Bogomerius Comes tam in publicis quam priuatis Regni nostri negocijs in Polonia, Bulgaria, ceterisque Regnorum climatibus excellentissime claruisset, et maxime quia nobis et Corone in impetu Tartarorum seruicia grata exhibuit, se et sua omni periculo exponendo, verum eciam quamuis priuatus parentibus et cognatis, grauibusque uulneribus oppressus manus gentis impie Tartarorum uix euaserit, tamen ob hoc non perterritus confinia nostra sibi per nos commissa nichilominus inimicis nostris, qui eadem oppugnare conabantur, uiriliter resistendo, integraliter absque dampno et lesione aliqua conseruauit. Nec pretermittimus, cum eundem in sucursum karissimi generi nostri (Boleslai) Illustris Ducis Polonie contra Conradum Ducem misissemus; ibi taliter sue probitatis exercuit opera, quod ab inde non sine magno nostre Celsitudinis honoris redijt incremento. Ob cuius fidelitatis et probitatis merita, sibi et per ipsum suis heredibus quandam terram Leustacij filij Eleud sine herede defuncti nomine Pruska in Comitatu Trinchiniensi existentem, quam a dilecto et fideli nostro Matheo Magistro Tawarnicorum nostrorum et Comite Posoniensi in concambium terre Tunig recepimus, contulimus sub eisdem metis, sub quibus idem L. possidebat, perpetuo, pacifice et quiete possidendam. Vt igitur

hec nostra donacio perpetue firmitatis robur obtineat; nec possit in posterum per aliquos in irritum reuocari, presentes litteras eidem B. concessimus duplicis sigilli nostri munimine perhempniter roboratas. Datum anno Domini M° CC° XL° IIII°. decimo kalendas Junij, Regni autem nostri anno nono.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-sárga selyemzsinoron függő pecsétnek töredéke megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

112.

Béla herczeg és szlavoniai bán a Grobie nemzetségbéli Adrian birtokát, melyet ez rokonaitól vett, meghatároltatja. 1244.

B(ela) Dei gracia Dux et Banus tocius Sclauonie vniuersis tam modernis quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Quum labit ex hominum memoria et rerum turbe penitus insufficiens; idcirco ea, que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, litteris annotari et sic usque ad posteros illesa solent asseruari. Hinc est, quod vniuersorum tam presencium quam futurorum tenore presencium quam futurorum tenore presencium fieri volumus manifestum, quod cum Adrianus terram quandam de suis cognatis de generacione Grobie, videlicet Dragvila, Bracha, Zulupu et Milec, empcionis titulo comparasset, ipsos iam dictos venditores terre predicte coram nobis statuit, qui suam vendicionem viua uoce — — — — — — — prefati Adriani factam fuisse retulerunt. Igitur idem Adrianus instanti humili precum instancia postulauit a nobis, vt hominem nostrum ad ipsam terram conspiciendam ac cunctis metis et terminis distiuguendam transmitteremus. Nos vero pet'cionibus ipsius obtemperantes hominem nostrum misimus cum ipso ad sepedictam terram conspiciendam et metis separandam. Qui cum commetaneis super ipsam terram secundum consuetudinem transire constitutus, nullo contradicente seu prohibente, undique metas eleuasset, rediens

ad nos metarum ordinem taliter edisserauit: Prima meta incipit ab oriente iuxta fluuium Liscouch — — — atam et conterminat terre eorundem predictorum vendencium; deinde procedendo per eandem viam, et tenendo metam cum eisdem, in ipsa uia peruenerunt ad quendam riuulum, et in riuulo tenet metam cum eisdem; item deinde procedendo superius, et diuidendo metas per riuulum peruenerunt ad caput ipsius riuuli, et in caput riuuli habet metam terream cum eisdem; item deinde declinendo versus septemtrionem ascenderunt ad monticulum, et ibi habet metam cum eisdem; deinde procedendo et descendendo de monticulo peruenerunt vsque ad predictum fluuium Liscouch; item deinde procedendo inferius iuxta fluuium, ipso fluuio metas dividendo cum predictis peruenerunt usque ad priorem metam; et sic terminarunt. Vt autem hec in nostri presencia facta rei series nullis vnquam temporibus in irritum valeat retractari, salva semper et inuiolabilis permaneat, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis Notarii nostri Magistri Benedicti, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

(Az eredeti után Frankl Vilmos, Hazai Okmánytár III. köt. 7. l.)

114.

IV. Incze pápának rendelete, melylyel az előbbi boszniai püspökre, s most sz. Domonkos rende mesterére, az egész rend feletti hatalmat ruházza. 1244.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili . . . Episcopo quondam Bosnensi, Magistro, et dilectis filiis fratribus Ordinis Predicatorum, salutem et Apostolicam benedictionem. Inter alia, quibus ex iniuncto nobis officio Apostolatus intendimus, religionis Sacre specialiter desiderantes

augmentum, et ordinem vestrum prerogativa favoris et gratie non immerito prosequentes, cum a sue institutionis exordio laudabilibus continue profecerit incrementis, ipsius ordinis cultum affectione plena diligimus, et cupimus semper votivis in Domino successibus ampliari; eidem ordini sollicite curantes in hiis, que salubria sibi et oportuna cognoscimus, providere. Cum itaque, sicut nobis exponere curavistis, tu, frater Episcope ac Magister, et predecessores tui iuxta eiusdem ordinis consuetudinem observatam hactenus et a Sede Apostolica toleratam, statim postquam electi secundum predicti constituciones ordinis extitistis, fratrum ipsius curam gesseritis, Magisterii officium plene ac libere in omnibus exercentes, iidemque fratres vobis devote ac humiliter obedierint et intenderint reverenter; et in eodem ordine sit statutum, ut Magister ipsius, qui pro tempore fuerit, a magisterii officio amoveri valeat a diffinitoribus Capituli Generalis; nos volentes omnem ambiguitatis scrupulum in hac parte de vestris cordibus amputare, ac ordinem ipsum a Sede Apostolica approbatum, eadem honestate floridum, preclarum scientia et virtute fecundum, privilegio Apostolice gracie attollere singulari, vestris supplicationibus inclinati, ut successores tui, Magister, qui erunt pro tempore, statim postquam electi secundum constitutiones fuerint supradictas, eo ipso veri eiusdem ordinis effecti Magistri, curam animarum fratrum ipsius ordinis plene habeant et libere gerant, ipsosque fratres auctoritate propria ligare ac solvere valeant, nec non in eodem agere ordine, que ipsi et prefati diffinitores iuxta memoratas constitutiones eiusdem ordini et fratribus secundum Deum viderint expedire, aliasque Magisterii officium licite in omnibus exercere, iidemque fratres sibi, Magister, et successoribus ipsis devote ac humiliter obediant et intendant, et prefati successores et tu, Magister, a diffinitoribus Capituli Generalis ipsius ordinis secundum ordinis constitutiones eiusdem absolvi et amoveri possitis, auctoritate presencium habentes ratum et firmum, quicquid super premissis per te, Magister, dictosque predecessores, fratres et diffinitores factum et obseruatum est hactenus; concessa tibi exequendi Magisterii officium, quoad premissa omnia et alia libera facultate, de fratrum nostrorum consilio indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XVI. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia I. köt. 189. l.

115.

Benedek alországbíró Scemeyn a királyné kamaragrófjának Boyon birtokát oda ítéli. 1244.

Nos Benedictus filius Syka de genere Papa Uiceiudex Curie domini Regis significamus omnibus presens scriptum inspecturis tam presentibus quam futuris, quod cum Scemeyn Comes Camere domini Regis ex donacione domine Regine quandam terram in villa Boyon possideret, que tamen antea fuerat populorum Regine, et ut eandem cercius et sine contradiccione conterminalium et commetaneorum suorum possit possidere, accepto homine nostro omnes commetaneos et conterminales ad nostram fecit citari presenciam; videlicet Julam de Pruslo, Petrum filium Adriani, Gutus, Nicolaum, Jegdu, Boezlaum, et alium Nicolaum filium Johannis Comitis de genere Katpan; et cum causa ipsorum conterminalium diu coram nobis fuisset uentilata, tamen postea ex precepto domini Regis et domine Regine super ipsam terram personaliter accessimus, interrogantes eosdem conterminales de statu et ordine terre illius; qui responderunt, quod a parte orientali de Tezercut incipiendo, et ascendendo in montem, et postea descendendo per uallem retro uineas ab eadem parte orientali, et transeundo fluuium uenientem de Pelys iuxta uiam, que ducit in Budam, usque dum eadem uia cadit in aliam uiam magnam, que sub monte Nyr similiter de Strigonio uadit in Budam;

dictus Nicolaus de genero Katpan nullam inter ipsos commetaneos haberet porcionem, preter quadraginta iugera terre, que sub monte Nyr in partem eius deberent peruenire, Nicolao hoc idem confitente; sed illa XL iugera terre idem Nicolaus, contra Mahariam bilotum de Petet ordinario iudicio coram nobis pro predicta causa terre populorum Regine de Boyon conuictus, dicto Scemeyno Comiti per conuencionem in pace dimisit; quia ad perdendam omnem terram suam fuerat, super eadem causa terre per Mahariam nominatum coram nobis conuictus. Et sic terram populorum Regine sitam in villa Boyon, et illa predicta XL iugera terre, contra prenominatum Mahariam per euidens testimonium plenius in nostra presencia iustificatam Scemeyno Comiti ex precepto domini Regis et Regine perpetuo possidendam certis metis statuimus, nulla particula terre sepedicto Nicolao de genere Katpan in terra ipsius Scemeyn Comitis remanente; prenominatis autem commetaneis: Jula, Petro, Gutus, Nicolao, Jegdu, et Boeslao, partem suam de ipsa non separantibus, sed communiter cum Scemeyno Comite, sicut prius habebant, in pace permittentibus. Mete cuius terre primum incipiunt: A Tezercut ab orientali parte, ubi sunt arbores nucum, et ibi sunt due mete; et postea ascendendo parum sub ylice sunt due mete; abinde eciam ascendendo alcius in uertice eiusdem montis sunt due mete; iterum abinde descendendo per uallem retro foueam uinearum, a parte tamen orientali in latere montis ad arborem piri sunt due mete; item abinde eundo et transeundo fluuium, qui descendit de Pelis, et uenit de domo Nicolai iuxta eundem fluuivm sunt due mete; item abinde uadit iuxta uiam, que tendit uersus Budam, sunt due mete; et iterum iuxta eandem uiam tendit ad pirum, sub qua sunt due mete; et abinde tendit iuxta stagnum, et in rubeto sunt due mete; deinde ubi fons ebullit sub nuce sunt due mete; et abinde tendit ad quasdam arbores, ubi populus et tylia continetur superius fontem poutou (így), et sunt ibi due mete; et per eandem predictam uiam eundo cadit in alteram magnam uiam, que sub monte Nyr de Strigonio similiter uadit in Budam, et sic terra ipsius Scemeyn Comitis a terra sepedicti Nicolai hys metis et terminis distinguitur.

(A keresztesek esztergami konventjének ugyanazon évi átiratából, mint alább 121. sz. a., a budai kir. kamarai levéltárban.)

116.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Deychennek neje Benedicta első férjétől járó hitbére tekintetében kielégíttetett. 1244.

Nos Petrus de Peren Judex Curie Serenissimi et Magnifici Principis, domini Sigismundi stb., quod cum ob contradictoriam inhibicionem statucionis medietatis possessionum Ekly et Zakalos vocatarum in Comitatu Komaromiensi existencium, Thomas filius Thome de Werehtiw Johannem filium Ekly contra se Regiam in presenciam ad certum terminum in causam attraxisset (az ügynek tárgyalása „ad presentes octauas festi Beati Michaelis Archangeli" elhalasztatván; János mint alperes részéről öt okmány felhozatik). — — Tercia ipsarum, videlicet Capituli Strigoniensis littera anno verbi incarnati millesimo ducentesimo quadragesimo quarto suborta nos eatenus edocebat, quod Deychen de Nitria, Weychych et Adam de Aba ex vna parte; et Comes Andreas de Ekly ex altera, ad ipsius Capituli Strigoniensis accedendo presenciam; idem Deychen, Weychych et Adam confessi fuissent, quod cum ipsum Andream Comitem super dote domine Benedicte filie Philip, tunc vxoris dicti Deychen, que primo fuisset nupta Kethel fratri Andree Comitis prenominati, coram venerabili patre Stephano Archiepiscopo traxisset in causam; tandem contra eosdem conuictus fuisset, sicut idem Capitulum in litteris ipsius Archiepiscopi vidisset contineri, super eadem dote presente Michaele pristaldo eorum satisfecisset cum sexaginta marchis coram ipso, et ipsi Deychen, Weythyh et Adam confessi fuissent, utsibi, et ipsi domine, fuisset plenarie satisfactum stb. Datum Bude 39. die octauarum Beati Michaelis Archangeli anno Domini M° CCCC° XX° II°.

(Ezen ítélőlevélnek eredetie a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Okmánytárunk második folyamának I köt. 297. sz. és II. köt. 98. sz.)

117.

A bácsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Iván Farkasnak fia sz. miklósi birtokát a walkómegyei föispánnak eladta. 1244.

Capitulum Bachiensis Ecclesie uniuersis presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati fidelium presentibus innotescere uolumus, quod coram nobis astantibus Iuan filio Farcasij ex una parte, Smaragdo Preposito de Hanta pro fratre suo — — do Comite de Wlcov ex altera, proposuit dictus Iuan, quod — — — — totam terram suam de Sancto Nicholao cognatis suis consencientibus uendidit pro sex marcis, pecunia uero, sicut ex partibus sciuimus, plenarie persoluta. Vt igitur gesta coram nobis stabilitatem optineant, presentes litteras alphabeto intercisas sigilli nostri impressione concessimus confirmari, anno gracie M° CC° XXXX° IIII°. Vincencio Preposito, Zoen Lectore, Symone Cantore, Andrea Archidiacono Syrmiensi, Anthonio Archidiacono Scegediensi, Adriano Custode, Nicolao Decano, ceterisque Canonicis Deo feliciter ministrantibus.

A B C

(Eredetie börhártyán, melyröl a pecsét elveszett a föméltóságú hg. Eszterházy család levéltárában.)

118.

A székesfehervári káptalannak bizonyságlevele, hogy Sydou Péternek fia szőlősi birtokát két leányának, Katalin és Erzsébetnek átengedte. 1244.

A B C D

Capitulum Ecclesie Albensis vniuersum omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in auctore salutis. Nouerit Uniuersitas uestra, quod Magister Sydou filius Petri ad nostram accedens presenciam asseruit viua uoce, quod totam terram suam in uilla Sceuleus existentem, cum vineis, feneto, siluis, piscinis, et duobus mancipijs, quorum nomina sunt Tortov et Batha, et bobus duobus aratris sufficientibus, titulo empcionis ad eum pertinencia (így), contulisset duabus filiabus suis, Katherine videlicet et Elyzabeth perpetuo possidenda; ita, ut si altera illarum debitum vniuerse carnis exsoluerit, in ius illius, que superstes fuerit, in perpetuum dicta possessio pertinebit. Et vt huius rei series perpetue firmitatis robur optineat, ad peticionem dicti Sydou presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie millesimo ducentesimo XL° quarto, Magistro Achylle Ecclesie nostre Preposito, aule Regie Cancellario; Jacobo Cantore, Gallo Custode, Marco Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melytől a káptalan pecsétje sárga-kék zsinóron függ, a főmélt. Batthyáni család körmendi levéltárában.)

119.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Dénes Potacha fiának hátrahagyott birtoka iránt Isou és Márton mester egyezkedtek. 1244.

Nos Capitulum Ecclesie Beati Michaelis de Castro Ferreo omnibus notum facimus, quod Dyonisio, filio Potacha, in expedicione Tartarorum mortuo, expeditaque terra sua per Isou generum suum factis duodecim marcarum expensis, contra Martinum magistrum, qui terram eandem contra carentem herede a domino Rege pacierat; cum predictus Isou super restitucione expensarum et vxoris sue quarta, et Johannes frater domine Margarete vxoris Dyonisi de dote et sponsalibus sororis sue a priore marito secum adductis, quinquaginta marcis conpensatis, et vigintiquinque marcis a Dyonisio sibi in dote cedentibus causarentur; Balduinus Comes Castri Ferrei, qui tuendorum nepotum predicti Dyonisi a domino Rege mandatum acceperat, conuccatis nepotibus Dyonisi, scilicet Chepano, Dyonisio, Ladislao, Paulo, Lorando et Nicolao, et de generacione eorum Bartholomeo filio Moym, et de cognacione eorundem Triduru Comite, et Achyleo, et de generacione et cognacione ipsorum ceteris omnibus, et de Capitulo nostro maioribus, Roberto Cantore, et Micou Custode de consensu omnium nostrum et de presencia probys viris quam pluribus, hanc de terra predicti Dyonisi inter successores eius, ad beneplacitum et assensum cunctorum, quos prenominauimus, ordinauit composicionem: Quod prenominati nepotes Dyonisi pro expensis et quarta hereditatis, et utriusque dotibus et sponsalibus antedictis, dederunt Isou et socrui sue terciam partem terre Dyonisi in Oloska, et curiam eius in tercia parte, et domos, ac edificia, et ortum pomorum, et medietatem vinee eius versus vineam Vysungwd, et quinque mancipia, scilicet Badul cum duobus filijs suis et sorore, et filia sororis sue, omnia sine contradiccione perpetuo possidenda. Et est tercia pars, que cedit Isou et socrui sue, in vna porcione, que est

uersus meridiem adiacens curie pretaxate, superius autem uersus orientem tam in silua quam in prato partis Dyonisi, Isou et socrus sua terciam habent ubique et in omnibus porcionem. Vt igitur hec composicio consentanea rata sit in perpetuum, presens scriptum contulimus sigilli nostri federe communitum; Paulo existente nostro Preposito, Roberto Cantore, Mikow Custode, Gregorio Decano; anno Domini M°CC°XL° quarto.

(A győri káptalannak 1309-ki átirata után a szombathelyi káptalan levéltárában.)

120.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Petrina zalamegyei várjobbágy muraközi birtokát Tristán zalamegyei főispánnak eladta. 1244.

Nos Capitulum Zagrabiensis Ecclesie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod cum Tristan Comes ex una parte, et Petrina jobagio Castri de Sala ex altera, vna cum Ezen Curiali Comite Georgij Comitis Zalayensis, et cum Iwan Comite terrigena ad nostram accessissent presenciam, memoratus Petrina coram nobis proposuit, quod aliquam partem de terra sua valentem ad V aratra, que sita est inter Drawam et Muram, Tristano Comiti, cuius terre vicina est, pro XII-cim marcis uendidisset. Super quo predictus Esen Curialis Comes G. Comitis tam uerbo Georgij Comitis, quam suo uerbo testimonium exhibuit, quod Petrina terram, quam uendit, libere posset uendere, quia sua propria terra est; et hoc idem Iwan Comes terrigena cum quibusdam jobagionibus Castri Zalayensis affirmauit. Cuius terre mete prima incipit de fluuio Mura ab aquilone in Popowa, et ibi sunt due mete de terra; inde per magnam siluam contra meridiem tendit ad fluuium Regnet; et inde transit ad arborem *iagned,* sub qua sunt due

mete de terra; deinde per campum tendit ad magnam viam, vbi sunt due mete de terra; deinde transiens per magnam viam contra meridiem uadit ad terram filij Cachelin, cuius terre conterminatur; inde uadit ad terram Damasa contra aquilonem, et conterminatur terre Damasa; exhinc redit ad terram ipsius Tristani, et conterminatur terre eiusdem; deinde transit per magnam uiam, et directe uadit ad Muram, et ibidem terminatur. Vt autem ista empcio firma et illesa perseueret in posterum, in testimonium eius dedimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno gracie M° CC° XL° IIII°. Existente venerabili Fila Zagrabiensi Preposito, Petro Cantore, Barano Lectore, Gregorio Custode, Petro Decano, et ceteris fratribus eiusdem loci.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

121.

A kereszteseknek esztergami konvetje átírja Benedek alországbírónak fentebbi 115. sz. a. ítéletét. 1244.

Conuentus Domus Hospitalis Sancti Stephani Regis de Strigonio omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Nouerint tam presentes quam posteri, quod Stephanus de Papa, pristaldus Benedicti filij Syka litteras eiusdem Uiceiudicis tunc temporis Curie domini Regis nobis exhibuit sub hac forma:

Nos Benedictus filius Syka de genere Papa Uiceiudex domini Regis stb. (mint fentebb 115. sz. a.)

Cuius memorati iudicis litterarum seriem de uerbo ad uerbum litteris presentibus inserentes in argumentum maioris fidei presentem paginam sigillo nostro fecimus roborari. Anno Dominice Incarnationis millesimo CC° XL° IIII°.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét elveszett. a budai kir. kamarai levéltárban.)

122.

Quirino Lénárt jádrai gróf az ottani domonkosrendiek számára lakházat és templomot jelöl ki. 1244.

Universis Christi fidelibus praesentès litteras inspecturis Leonardus Quirinus Comes Jadrae cum Consiliariis Marco Bragadino et Philippo Donato salutem in omnium salvatore. Universitati vestrae praesentibus innotescat, quod cum nos ex parte domini Ducis Venetorum recepissemus in mandatis, ut fratribus praedicatoribus in Jadria commorantibus, nondum tamen locum sibi deputatum habentibus, infra muros in loco competenti providere debemus; cum consilio, et assensu totius Communitatis Jadrensis, domum Martini de Grube cum curte sua, et domum Petri Calchinae similiter cum curia sua, et loculum Malfredii, praedictis fratribus contulimus perpetuo possidenda; salva tamen domini Ducis voluntate reservata. Quae domus, cum praedicto Malfredii locello, et curiis, in toto et summa comprehensae, ducentorum et quinquaginta passuum numerum in circuitu non excedunt; et terminantur hoc modo: Ex duabus quidem partibus via publica, a tertia autem parte ecclesia Sancti Thomae, a quarta vero parte tenuta Grisogoni filii Dimine Senzaderi ambiuntur. Testimonium praeterea perhibemus, quod Capitulum Ecclesiae Jadrensis bonam voluntatem venerabilis patris bonae memoriae Dominici Franci quondam Archiepiscopi, quam asserebat se habere iam dictis fratribus de Ecclesia conferenda, eo de medio sublato, nec valente complere quod voluit in collatione Ecclesiae Sancti Thomae Apostoli, omnimoda bona voluntate perducere curavit ad effectum, per Nicolaum Presbyterum Canonicum suum eosdem investiendo, et in possessionem corporalem eiusdem Ecclesiae inducendo; Plebano eiusdem Ecclesiae .... voluntarie eidem Ecclesiae resignanti commutatione exhibita competenti. In cuius nostrae donationis testimonium et robur firmitatis, praesentem paginam praedictis fratribus con-

tulimus, sigilli nostri munimine roboratam. Anno Domini MCCXLIV.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 75. l.)

123.

IV. Béla királynak adományа István comes és országbiró számára. 1245.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo qui est salus. Regie circumspeccionis oculi, qui prouide considerant merita singulorum, debent suis fidelibus clara tanti culminis subsidia impertiri, maxime autem illis, pro quibus multiplicata propria seruicia et diuersarum probitatum merita intercedunt. Hinc est, quod ad uniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum predilectus et fidelis noster Comes Stephanus Aule nostre Judex a tempore adhuc pvericie sue patri domino Andree inclite recordacionis Regi Hungarie, et carissimo fratri nostro Andree illustris memoriae Duci Gallicie, ac eciam nobis grata semper ac omni acceptacione digna impenderit fidelitatis obsequia, tam in pestifero Tartharorum aduentu, quam ante et post lateri nostro continuatis seruiciis eminentibus adherendo, tam circa partes maritimas, quam ubique locorum tempore aduersitatis maxime officiosum se penes nos exhibens et fidelem, propter que in Magistrum Agasonum nostrorum prefici meruerat primum, et nunc in Judicem Aule nostre prouehi meruit, ad alciora eciam conscensurus; in memoriam multiplicium seruiciorum eius et fidelitatis eximie, qua prepollet, non tamen in plenam recompensacionem, cum teneamur sibi graciam gracie cumulare, terras quasdam habotatoribus uacuas, uidelicet terram Halasz, ubi quondam castri fuerant pi-

scatores, terram Timar, et terram que uocatur Magna Uilla, a castro Szobolch exemptas, et terram Goa, que fuit jobagionum castri eiusdem, uidelicet Michaelis et Morout, quibus sine herede defunctis ad manus nostras dicta terra extitit deuoluta; has omnes in Comitatu de Szobolch existentes eidem Comiti Stephano Judici Aule nostre, et per eum suis heredibus et heredum successoribus contulimus et conferimus in perpetuum pleno iure. In quarum possessionem corporalem per fidelem nostrum Keled filium Petri ipsum fecimus introduci. Ne igitur Idem S. Comes uel sua posteritas temporum curriculo super terris eisdem per quempiam inquietari ualeat, seu aliquatenus molestari, presentes in perpetuam stabilitatem donacionis nostre tradidimus litteras in perpetuum priuilegium dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum iuxta Bors super Granum anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo XL° quinto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről sárga-violaszinű selyemzsinoron a pecsét töredéke függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

124.

IV. Béla megerősiti Trau város szabadsági állását. 1245.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Bela Dei gracia Hungarie, etc. Rex ete. Ad notitiam igitur vniuersorum prosentium serie volumus peruenire, quod cum arduis quibusdam impulsi negotijs ad partes accessissemus maritimas tractaturi, quae causae qualitas et conditio temporis requirebat, et ad ciuitatem nostram Tragurij venissemus; venerabilis pater Treguanus Episcopus ipsius Ciuitatis pariter cum suo Clero, nec non fidelis noster Chernoe Carbonis Rector et Judex et Ciues uniuersi fidelitatem reddolentes omnimodam, quam a tempore

antecessorum nostrorum Regiae Coronae exhibere consueverant indefesse, occurrerunt nobis illariter et iocunde cum omni apparatu laudis et solemnitatis, et obtulerunt humiliter omnia, quae honorem nostrum decebant, ore et opere nostrum dominium reuerentes; qui etiam nos tam honorifice susceptos in suis municionibus, simul cum nostris pluribus, qui de Regno Hungariae et Sclauoniae a facie Tartarorum effugerant, diutius detinentes, administrauerunt nobis multa et non modica deliciarum genera, ita quod absque parcitate cuncta exhibentes, non solum nobis, verum vniuersis, qui nobiscum aduenerant, tanta liberalitatis opera impenderunt, quod iam merito non solum fideles, sed fidelissimi poterant appellari. Nos itaque tot et tantis ipsorum seruicijs et fidelitate potius considerata, ex Regia munificentia prouidere intendentes, tum quia propter eorum fidelitatis meritum quaedam iisdem ciuibus ab antecessoribus nostris fuerant concessa, tum quia affectus et voluntas gratiae nostrae erga ipsos adeo incaluerat, quod mercede debita carere non poterant, sicut nec decebat, eisdem libertatem ab antecessoribus nostris concessam, sicut ipsa priuilegia testabantur, duximus conseruandam, concedentes et iurantes per sanctam crucem et sacrosancta Euangelia omnia, quae subsequuntur, diligentius observare. Videlicet quod firmam pacem, statum et libertatem ipsorum integram conseruabimus, et faciemus ab alijs conseruari; Episcopum et Comitem, quem Clerus et populus de communi consensu ellegerint, studebimus confirmare. Et lege ipsos antiquitus constituta cum Judice ipsorum uti permittemus, eorum in nullo consuetudinem infringentes. Ceterum vollumus, quod secundum approbatam ipsorum consuetudinem de tributis, que de mercatoribus extraneis in portubus et portis Ciuitatis proueniunt, duae partes nobis recipiantur, tertia vero pars Comiti, et decima pars Episcopo Ciuitatis absque diminutione qualibet colligatur, sed ciues ipsius Ciuitatis ab amni exaccione tributi liberi sint penitus et exempti. Ad hoc cum in praedictam Ciuitatem pro negotijs Regni tractandis vel casu quolibet accesserimus, nemini ciuium vis domorum suarum per quempiam ex nobiscum advenientibus inferatur, sed hy tantum ipsorum domos introeant, quos eorum dilectio duxerit admittendos. Nobis etiam aut Bano pro tempore constituto nihil ab ipsis ciuibus nomine tributi

vel debiti exsoluatur. Ad hoc volumus et concedimus, quod nemini extra muros Ciuitatis in aliqua causa respondere teneantur, sed quicunque cum ipsis agere voluerit, coram ipsorum Judice eosdem conueniat, secundum consuetudinem ipsorum hactenus obseruatam. Obsides etiam ab ipsis non recipiemus, cum semper ex parte fidelitatis exstiterint, et existant; sed in nostra Curia seruire volentibus stipendium, sicuti nostris impendemus, et morandi vel discedendi, cum eis placuerit, liberam habeant facultatem, nullumque super hoc eis grauamen vel molestia inferatur. Si autem aliquis ipsorum ciuium negotia in terra seu mari exercuerit, nullum persoluat pedagium, nullumque tributum reddere teneatur. Porro siquis extraneus de Regno nostro vel aliunde cum uxore, filijs et bonis suis, propter indignationem Regiam contra ipsum exortam ad memoratam Ciuitatem confugerit, liberum sit ciuibus ipsum receptare, eumque infra spatium septem dierum retinere, post quos si gratiam Regiam obtinere interim nequiuerit, cum uniuersis rebus suis abire libere permittatur. Praeterea si quis ex ciuibus ipsius Ciuitatis alio ire voluerit causa inibi commorandi, secure cum uxore, filijs, familia, et omnibus rebus suis, quocunque sibi placuerit, ire pacifice permittatur. Ad hoc terminos territorij et possessionum antedictae Ciuitatis, sicut in antecessorum nostrorum priuilegijs inspeximus contineri, praesentibus duximus inserendos, et pariter confirmandos; ita ut a columpna, quae est sub Costrog quondam inter ipsos ciues et Spallatenses sita, est pro termino usque ad villam, quae Smoguicze nuncupatur, nullus omnino audeat ipsos inquietare, nec si intra memoratos terminos aliquis iure hereditario possessionem habuerit, sicut decet. Nomina vero villarum seu locorum, quae intra praememoratos terminos in possessionibus totiens dictae Tragurinae Ciuitatis in praedecessorum nostrorum priuilegijs exprimuntur, sunt haec: Monasterium Sancti Petri de Clobouzo cum pertinentijs suis; villa Biacy cum toto territorio suo; et Ecclesia Sancti Vitalis cum territorio suo; Ecclesia Sancti Georgij cum territorio suo; pascua Biuulij cum omnibus pertinentijs suis; campus Tragurij cum omni introitu et exitu suo; totum Mezolinum cum omnibus circumstantijs, agris, montibus et vallibus usque ad Smoquice superius memoratum. Siquis autem super antedictis

possessionibus, suggestione falsa vel tacita veritate, aliquod priuilegium aliquando impetrauerit, nollumus contra haec uires aliquas obtinere. Vt igitur omnia praemissa robur perpetuae firmitatis obsineant, nec possint per quemquam imposterum retractari seu in dubium rouocari, praesenti priuilegio ac caractere aureae bullae nostrae ea fecimus communiri. Datum per manus Magistri Benedicti Praepositi Albensis aulae nostrae Cancellarij et Electi in Archiepiscopum Collocensem; existentibus Bartholomeo Quinqueecclesiarum, Stephano Zagrabiense, alio Stephano Vaciense Episcopis; Arnaldo Pallatino, et Comite Symigiense, Dionisio Banno Sclauoniae et maritimarum, Matheo Magistro Tauarnicorum et Comite Nitriense, Vyllermo Agasonum, Rollando Dapiferorum, Mauritio Pincernarum Magistris in aula nostra, Demetrio Comite Musuniense, et ceteris quam pluribus Magistratus et Comitatus Regni nostri tenentibus suo modo. Anno ab Incarnatione M° CC° quadragesimo quinto, decimo challendas Aprilis Regni autem nostri anno septimo.

(A velenczei köztársaság „Libri de Commemoriali“ czímű államkönyveiből II. köt. 430. ok. II.)

125.

IV. Béla királynak Bille földjét tárgyazó adománya Prinz comes számára. 1245.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Regia benignitas, que frequenter extraneis benefacit, debet suis fidelibus, eorumque gratantibus seruicijs benignius porrigere munificencie sue manus, ut alij exemplo inde sumpto ad offerenda Principi fidelitatis et seruiciorum munera feruencius inuitentur. Proinde ad uniuerso-

rum tam presencium, quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos considerantes multimoda seruicia dilecti et fidelis nostri Comitis Prinz, filij Comitis Regnaldi, que a primis puericie temporibus nostre pariter et sue, continuata fidelitate nobis impendit, tam in corpore Regni Hungarie, quam iu partibus Ruscie, quociens ad exercitum illuc nos ire contigerat, et in terra Aszani, ac eciam in terra Teutonica multociens, nec non circa partes maritimas sub nostro uexillo strenue militando; in memoriam tot seruiciorum eius, non tamen in plenam recompensacionem, cum eius meritis proponamus in pluribus respondere, terram quandam nomine Bille, commetaneam terre sue nomine Knysa, que habitatoribus eius castrensibus de medio sublatis quasi uacua remanserat, in Comitatu Zaladiensi; quam terram noster inclite recordacionis pater Andreas Rex Hungarie gloriosus patri suo Regnaldo Comiti memorato, consideratis eius et progenitorum suorum Corone Regie impensis seruicijs, quondam eciam contulerat, suo priuilegio confirmatam, sed tempore reuocacionis perpetuitatum fuerat eadem collacio retractata, nunc eidem Comiti Prinz et suis legitimis successoribus in perpetuum contulimus pleno iure sub eisdem terminis siue metis, quibus per inquisitores et judices, sicut in alijs Comitatibus, sic et in Zala a nobis quondam deputatos, ipsa Castro fuerat emendata. In cuius possessionem per dilectum et fidelem nostrum Comitem Marcum filium Luce Comitis ipsum fecimus introduci. Ne igitur ipse Comes Prinz, uel sui heredes heredumque successores super eadem terra in posterum ualeant inquietari seu aliquatenus molestari, presentes in perpetuam stabilitatem huius nostre donacionis concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum apud monasterium Cisterciensium in Topliz anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quinto XII. kalendas Maij Regni autem nostri anno decimo.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-violaszínű selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Hiányosan közölte Fejér Cod. Dipl. IV. köt. I. V. 389. l.)

126.

IV. Béla királynak Kuvy birtokát tárgyazó adománya Bolok számára. 1245.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Gumanieque Rex omnibus Christi fidelibus paginam presentem inspecturis salutem in Domino. Licet Regalis munificencie benignitas ad quoslibet manu largiflua habere se debeat, illos tamen uberioris et amplioris gracie beneficio confouere tenetur et amplecti, pro quibus multiplicata seruicia propria intercedunt. Hinc est, quod ad uniuersorum presencium et posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire; quod cum fidelis noster Bolok a multo tempore nobis fideliter seruiuisset, et idem copiam terre se diceret non habere; nos, quibus ex officio Regie dignitatis incumbit merita metiri singulorum, et singulis pro meritis respondere, ut ipse ad nostra seruicia apcior de cetero haberetur, terram quandam Kuuy nomine, que fuerat terra castri de Gumur, in medio terre eiusdem fidelis nostri Bolok hereditarie existentem, sibi et per eum suis heredibus heredumque successoribus contulimus et conferimus in perpetuum pleno iure. In cuius terre possessionem corporalem ipsum per fidelem nostrum Albertum Prepositum de Jazo authoritate Regia fecimus introduci. Mete autem dicte terre, prout idem Albertus Prepositus nobis uiua uoce retulit, et litterarum suarum testimonio demonstrauit, taliter distinguntur: Prima meta est fluuius Saar, qui oritur de Soyov, et uadit ad quandam terram nomine Genicha, cuius pars sinistra terre Bolok pertinet ad Bolok, dextra pars Regi; inde uadit ad particulam cuiusdam silue, que wlgo dicitur *vereshorozt*, et peruenit ad duas metas, in quibus due sunt arbores, cuius pars sinistra terre Bolok hereditaria, dextra uero eiusdem a Rege collata; et inde girat in media parte nemus quoddam, et peruenit ad duas uias magnas ad magnum lapidem planum nimis; inde uero per uallem Kamuna tendit in uia modice; et inde per dictam ual-

lem girat ad unam semitam, et ascendit ad montem, qui berek appellatur; inde procedens tendit ad particulam eiusdem terre, cuius pars sinistra pertinet ad Zagrabium (?), pars uero dextra ad Boluk per Regis donacionem; inde transeundo per eundem montem peruenit ad montem unum uersus occidentem, qui wlgo dicitur Agotnicha, ubi sunt due mete, et ibi pars dextra terre Bolok a Rege collata, sinistra uero terra hereditaria eiusdem; et in sumpmitate montis Angalnicza vadit ad duas metas ad occidentem, cuius pars maior dicte terre pertinet ad Boluk iure hereditario, pars vero minor racione donacionis; inde procedit per duas metas ad pratum vnum, cuius pars sinistra terra Bolok hereditaria, dextra vero pars a Rege collata; et tendit in vna via non modice ad occidentem per duas metas, vnde vadit ad duas magnas metas, que sunt in capite Saar, de qua egreditur fluuius Nednek, et currit ad fluuium Soyov, et peruenit superius ad priorem metam, et ibi terminatur. Vt autem hec nostra donacio salua semper et inconcussa permaneat, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine perenniter roboratas. Datum Sergew anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, XI. kalendas Augusti Regni autem nostri anno decimo.

(Garai Miklós nádornak Gömör és Torna megyék 1423. „feria secunda proxima post festum Corporis Christi" tartott gyülésében kiadott átiratából.)

127.

IV. Béla királynak okmánya bizonyos Jákó comes fia s Miklós comes és testvére Tump közti birtokcseréről. 1245.

Bela Dei gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes literas inspecturis salutem in Domino. Ad universorum presencium posterorumque noticiam harum serie volumus pervenire, quod fideles nostri Comites Michael et Mogh filii Jako quondam Comitis in nostra constituti presencia protestati sunt coram nobis personaliter, quod de terris illis, quas eisdem dederamus in permutationem terre ipsorum Scepredas nomine terram octo aratrorum, scilicet in villa Ratun ad quinque aratra, et in Tolmach ultra Wagh ad tria aratra sufficientem Nicolao Comiti et Tump fratri ejusdem pro illa porcione terre, quam iidem intra Scepredras memorata ex donacione dicto Jaco possidebant, dedissent et contulissent, perpetuo pacifice possidendam, ita quod ulterius nec ipsi nec ipsorum heredes prenotatos Nicolaum et Tump ac ipsorum heredes, heredumque suorum successores super iam dicta terra poterunt aliquatenus molestare, quam utique donacionem et ordinacionem, ut processu temporum nequeat per quempiam in irritum revocari, presentibus duximus confirmandam. Datum in Zolim anno Domini M° CC° XL° V°., quinto kalendas Octobris, Regni autem nostri anno undecimo.

Robert Károly király 1327-ik évi eredeti átiratából közli Nagy Iván.)

128.

IV. Béla királynak adománya a premontrék nyúlszigeti sz. Mihály prépostsága számára. 1245.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in omnium Saluatore. Commendanda Regum nobilitas quanto sublimior, tanto debet esse prouidencior, ut non solum res temporales, uerum eciam spirituales cauta cognoscat disponere prouidencia, et propensionis studio Diuino cultui debeat adherere. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum dilecti nobis fratres Isou Prior et fratres Ordinis Premonstratensium de Monasterio Sancti Michaelis in Insula Leporum defectum temporalium non modicum sustinerent, et conuersacionis ipsorum religio ac uite sanctitas, quibus se Deo et omnibus commendabiles redebant, requirerent ex condigno, ut eorum inopie salubriter succurratur; nos igitur ob reuerenciam Ordinis et dileccionem fratrum dictorum, et precipue pro salute anime pie memorie karissime matris nostre, cum ad obsequium Altissimo exibendum necessariorum uite subsidio indigerent, predictam Insulam Leporum ad Regiam Maiestatem pertinentem, in toto, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, in suplementum prebende dictorum fratrum in memorato Monasterio Sancti Michaelis degencium legauimus et tradidimus — — perpetuo possidendam; quam insulam et utilitates eius sepedicti fratres Ordinis Premonstratensis de gracia progenitorum nostrorum possidebant ab antiquo. Dedimus eciam predicte Ecclesie in uilla Pazanduk unum molendinum ad Regiam manum pertinens, quod est iuxta molendinum Ecclesie de Piljs. Item dedimus in uilla Pardeu terram ad duo aratra cum feneto ad quadraginta falcastra metis antiquis et fossatis circumdatam, que terra a parte orientali conterminatur terre Cruciferorum de Calidis Aquis, a parte (autem) meridionali terre Canonicorum Ecclesie Sancti

Petri Budensis; a parte uero occidentali est contigua terre populorum de uilla Besenea, et in eadem terra Pardeu dedimus duo molendina circa fluuium Bakus. Item tres seruos in eadem terra Pardeu residentes, videlicet Simoun, et Mortunus filium eius, ac Sjmeonem fratrem eius. Item in uilla — — eneu duas mansiones castrensium de Zulgageur sub eadem libertate, sicut ad Castrum pertinebant. Nomina uero ipsorum rusticorum sunt H. item et Endarej. Contulimus eciam vineam Nicolaj maccellarij ciuis Budensis suam, inter vineam Petri filij Guthman ex parte una, et Magistri Nicolaj succentoris Budensis, et Egydi ex altera, defuncti sine heredibus ad manus Regias deuolutam secundum Regni nostri consuetudinem approbatam, inreuocabiliter et perhemniter posidendam. Vt autem premissa donacio siue tradicio nostra robur obtineat perpetue firmitatis, prenotato Monasterio Sancti Michaelis, et fratribus ibidem Deo famulantibus litteras presentes in stabilitatem perpetuam concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Incarnacionis Dominice M° CC° quadragesimo quinto, octauo kalendas Decembris, Regni autem nostri anno vndecimo.

(A keresztesek budai felhévvizi konventjének 1278-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

129.

IV. Incze pápának a mongolok elleni nyilatkozványa a lyoni egyházi zsinaton. 1245.

Inocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Christiane religionis cultum longius latiusque per orbem diffundi super omnia cupientes, inextimabilis doloris telo transfodimur, si quando aliqui sic nostro in hac parte obviant desiderio, affectu contrario et effectu, quod ipsum cultum delere penitus de terre superficie omni studio, totaque potentia moliuntur. Sane Tar-

tarorum gens impia Christianum populum subiugare sibi vel potius pertinere appetens, collectis iam dudum suarum viribus nationum, Poloniam, Rusciam, Ungariam aliasque Christianorum regiones ingressa, sic in eas depopulatrix insevit, ut gladio eius nec etati parcente, nec sexui, sed in omnes indifferenter crudelitate orribili debachante, inaudito ipsas exterminio devastavit, ac aliorum Regna, continuato progressu illa sibi, eodem in vagina otiari gladio nesciente, incessabili persecutione substernit, ut subsequenter in robore fortiores exercitus Christianos invadens, suam plenius in ipsos possit sevitiam exercere, sicque orbato, quod absit, fidelibus orbe, fides exorbitet, dum sublatos sibi gemuerit ipsius gentis feritate cultores. Ne igitur tam detestanda gentis eiusdem intentio proficere valeat, sed deficiat, auctore Deo, potius, et contrario concludatur eventu, ab universis christicolis attenta est consideratione pensandum et procurandum studio diligenti, ut sic illius impediatur processus, quod nequeat ab ipsos ulterius quantumcumque potenti armato brachio pertransire. Ideoque Sacro suadente Concilio, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente mandantes, quatenus viam et aditus, unde in terram vestram gens ipsa posset ingredi, solertissime perscrutantes, illos fossatis vel et muris seu allis edificiis aut artificiis, prout expedire videritis, taliter premunire curetis, quod eiusdem gentis ad vos ingressus patere de facili nequeat, sed prius Apostolice Sedi suus denunciari possit adventus, ut ea vobis fidelium destinante succursum, contra conatus et insultus gentis ipsius tuti esse, adiutore Domino, valeatis. Nos enim in tam necessariis et utilibus expensis, quas ob id feceritis, contribuemus magnifice, ac ab omnibus Christianorum regionibus, cum per hoc occurratur communibus periculis, proporcionaliter contribui faciemus: et nichilominus super hiis aliis Christi fidelibus, per quorum partes habere posset aditum gens predicta, litteras presentibus similes destinamus.

(Theiner, Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia. I. k. 198. l.

130.

István országbírónak a tized fizetését tárgyazó itélete a nyitrai püspök és a razwagi népek közt. 1245.

Nos Stephanus Aule Regie Judex, Comes Nitriensis, significamus omnibus presentem paginam inspecturis, quod Magistro Peccha Canonico ac procuratore venerabilis patris Adam Episcopi Nitriensis, et populis de Razwag Castri Trinchiniensis in nostri presencia constitutis, procurator proposuit antedictus, quod cum ipsi populi domino suo memorato Episcopo ad iustam solucionem tenerentur decimarum, se ab hac solucione nitentes retrahere, iustas decimas denegarent. Ad quod illi respondentes, non ad iustarum decimarum, sed ad binarum solummodo capeciarum de qualibet mansione solucionem annuatim se debere teneri, unanimiter affirmarunt. Quorum itaque propositis sic auditis, sicut ordo iudicii deposcebat, procuratori prememorato super hoc probacionem duximus indicendam. Die autem ad hoc statuto accedente, cum pluries tactus procurator per testium produccionem esset paratus ad probandum suum propositum, tam ipse procurator, quam eciam sepius nominati populi a nobis humiliter postularunt, ut ipsos ad composicionem permitteremus inter se, si fieri posset, amicabiliter ordinandam. Qua igitur postulacione fauorabiliter admissa, cum ipsi ad nos pacificati rediissent pristaldo nostro Comite Moysa de Borth mediante, sepissime dicti populi contra iam prefatum Episcopum se minus iuste processisse cognoscentes, se deinceps ad iustarum decimarum solucionem pacifice faciendam coram nobis firmiter obligarunt. Ut autem huius rei series salua semper et inconcussa permaneat, et ne unquam ab ullo prorsus hominum queat in irritum reuocari, presentes concessimus litteras in argumentum amplioris fidei sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis M° CC° XL° V°.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

131.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Köbölkuti Péter Coroai birtokát Miklós a hírnökök comesének eladta. 1245.

A B C D

Philippus Prepositus Strigoniensis et eiusdem loci Capitulum omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod Petrus de Cubulcut ad nostram accessit presenciam, et terram suam, quam habebat in Coroa ad duo aratra, ut dicebat, quam emerat de Theodoro, Thoma et Chemer de eadem villa Coroa cum duobus locis piscacionis et feneto pro totidem falcastris, qui super hoc consensum prebebant coram nobis, et omnibus alijs commetaneis consencientibus; nobis scilicet et alijs, quorum nomina sunt: Cheka de Zolgagevri, Bencha, Opour et Evscud jobagiones bochariorum domini Regis; Michael jobagio bochariorum Regine; Gunter et Laurencius jobagiones domini Episcopi Wesprimiensis, Abbas et Conuentus de Pilys; vendidit Nicholao Comiti preconum domine Regine pro duabus marcis et tribus fertonibus sibi plenarie persolutis, iure perpetuo possidendam; et super hoc litteras nostras testimoniales idem Petrus Nicholao Comiti peciit exhiberi. Nos igitur pro instancia peticionis eiusdem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Georgij Lectoris anno Domini M° CC° XL° quinto.

(Eredetie börhártyán, a sárga-vörös selyemzsinoron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

132.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Ponit Pouitnak fia Miskolczon lévő birtokát File zágrábi prépostnak eladta. 1245.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam posteris, quibus presentes patuerint, Agriensis Ecclesie deuotum Capitulum salutem in Jesu Christo a Judeis pro nobis crucifixo. Vniuersitati uestre tenore presencium duximus declarandum, quod accedens ad presenciam nostram Ponit filius Ponit sua nobis relacione monstrauit, quod totam terram fratris sui Worosd Comitis, quam habebat in Miscovcy, que ad ipsum iure hereditario est deuoluta mortuo Worosd Comite supradicto, uendidisset Magistro File Preposito Zagrabiensi et fratribus suis, Tome Comiti, et Petro, pro triginta marcis argenti, quas se plenarie accepisse ab eisdem recitauit Ponit memoratus; presentibus, et ad id absque omni contradiccione permittentibus eundem cognatis suis, uidelicet Georgio filio Mice, Nicolao et Jacov filijs Pangracij, Nicolao filio Pauli, Johanne filio Pauli de Caban, Michaele filio Munchucy, qui eciam consensum in isto empcionis et uendicionis contractu aliorum suorum cognatorum, qui personaliter coram nobis non astiterunt, proposuerunt ueraciter constitisse. Vt autem huius rei memoria perpetuam capiat firmitatem, nec ab ullo umquam infringere uolente malignanter uendicionis et empcionis contractus supradictus cassari ualeat, ad instanciam partis utriusque nostras eis super hoc litteras concessimus communi fratrum nostrorum consensu, presentibus tamen Petro Cantore, Cyka Custode, Magistro Leustacio Noui Castri, Farcasio de Bursua, Laurencio de Patha et Ladizlao de Borsod Archidiaconis. Regnante glorioso Hungarie Rege Bela; Stephano Strigoniensi, Benedicto Colocensi Archiepiscopis; Domino nostro Cleto Uenerabili Agriensi Ecclesie existente. Anno Domini M° CC° XL. quinto.

A B C D E

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje vörös selyemzsinoron függött; a budai kir. kamarai levéltárban.)

133.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Predizlaus fiai csernető-i birtokukat Stefko comesnek eladták. 1245.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod constitutis in nostra presencia ab vna parte Martin, Pouda et Martunus filijs Dragos, Jacou, Stephkone, Jacus et Gerdina filijs Predislai, et ab altera Magistro Stephcone filio Roberti Comitis, herede Martin, et ceteris de parte sua annexis superius, possessionem ipsorum Cherneteuu vocatam metis infrascriptis expressam cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis confessi sunt, se eidem Magistro Stephconi, et per eum suis heredibus, heredumque successoribus jure perpetuo vendidisse pro nonaginta marcis denariorum, quas se dixerunt ab ipso Magistro Stephcone plene recepisse; obligantes se ad expediendum et euincendum ipsam vendicionem prefato Magistro Stephconi et suis successoribus ab omnibus, qui ipsos eatenus intenderent impetere vel eciam molestare. Astiterunt eciam Juan, Jurk, Milona filij Ortum; Martun filius Wlkaj; Ulkovoy filius Volk; Doclesin, Demether, Prehichda filij Hertesa; Chernel, Leuchin, Rovilo filij Chernoht; Grobch, Lodizlou filij Wltheca cum suis proximis; Jurk filius Merge; Gerdosa et Georgius filij Gerdiner; Mathe filius Ulk; Jurk filius Junosa; et Mriko filius Bortz; qui vendicionem factam consensu suo ratificantes sine contradiccione aliqua admiserunt. Cuius terre prima meta, sicut nobis partes retulerunt, incipit, vbi fluuius Cherneteuu cadit in Sauam; et in eodem Chernut in transuerso meatus eiusdem aque ascendit, et procedit versus meridiem, et peruenit ad vnum fluuium Listowch nomine; qui fluuius Chernechtu ex toto remanet Magistro Stephconi supradicto; abhinc per fluuium Listouch supradictum procedit versus meridiem in bona longitudine, et exit versus occidentem per metas terreas ad arbores cruce signatas; inde peruenit ad quoddam

nemus paludosum, et pergit per metas terreas et arbores cruce signatas; hinc peruenit ad duas metas existentes iuxta viam, per quam viam procedit versus orientem; et eundo peruenit ad aliam viam, per quam vadit et venit ad vnum fluuium, qui vocatur Chernechina, et transeundo ipsam aquam Chernechina vadit in eadem via, et peruenit ad siluam, que magna Knea nominatur; hinc peruenit ad vnum potok, et per eundem descendit vsque Prauichna, et iuxta eundem lacum Prauichna procedit ad vnum fluuium Corica vocatum, et transito flumine antedicto intrat vnum chreth, et per eundem iens minime intrat vnum ztrusech, per quem vadit ad fluuium Saue antedictum; inde tenendo per meatum eiusdem aque Saue reuertitur ad primam metam. In cuius facti robur et certitudinem presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in medio quadragesime anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

(IV. Béla királynak 1253-ki megerősítő okmányából, mint alább.)

134.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Poroszlói Gyula és testvérei bajoni birtokukat Scemeyn comes, esztergami polgárnak eladták. 1245.

Conuentus domus Hospitalis Sancti Stephani Regis de Strigonio omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod Jula de Puruzlov de genere Sarcyvanveche, ad nostram accedens presenciam proposuit, quod totalem terram, que in uilla Boyon ad ipsam generacionem Sarcyuanveche pertinebat, cum vineis et aliis pertinenciis uendidisset Scemeyno Comitj Ciui Strigoniensi, pro sedecim marcis argenti, presente et consenciente Petro filio Adriani de eadem generacione.

Assumendo, quod si aliqui de suo genere ipsum Comitem Scemeynum super uendicione dicte terre inquietare attemptarent, idem Jula deffendere tenebitur. Item Magister Vincencius Archidiaconus Nitriensis, et frater suus Guncel partem, que ipsos de dicta terra Boyon hereditarie contingebat, vendiderunt eidem Comiti S. pro tribus marcis argenti; quas decem et nouem marcas prenominati uenditores confessi sunt a dicto Comite S. sibi fuisse plenarie persolutas. Et hec uendicio facta est salua parte Domus Hospitalis Sancte Crucis de Strigonio, quam domum tam ipsi venditores, quam dicti Hospitalarij confessi sunt in eadem terrra sextam partem possidere. Et ipsa totalis terra, prout ijdem venditores retulerunt, a parte orientali tenet metas cum monetarijs; a parte meridionali cum Nicholao filio Johannis de genere Capatan; a parte occidentali cum Cruciferis Sancti Regis, a septemtrionali iterum cum monetarijs, et sic continuatur prioribus metis. Super quo litteras nostras testimoniales Semeyno Comiti pecierunt exhiberi. Nos ergo ad instanciam peticionis eorumdem presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

A B C D

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 524. l.)

135.

Almissa és Ragusa városok közti békekötés. 1245.

Anno Dominice Incarnationis M° CC° XXXX° V°. Indictione tercia mense Martii quinto die intrante. Ego quidem Nicolaus filius Chodimiri Comes Almisii per bonam voluntatem meam, et per voluntatem omnes parentes mei, et voluntates toto Communi Almisii, videlicet Comes Pribislauus, Osor, Jurra, Rados filius Bogdanec, Slomir, Prodan filius Dragan, et alii, quorum nomina inferius leguntur; iurauimus super Sancta Dei Evangelia bona fide sine fraude et malo ingenio, tenere et observare firmam pacem cum omnibus hominibus Ragusii; et similiter omnes homines, qui sunt subditi Archiepiscopatus ejus usque in nonam generacionem, et qui sunt subtus Comitatu ejus, habere firmam pacem, et salvare, et manutenere illos, cum omnibus rebus eorum ubicunque eos inveniremus super mare aut super terram. Et ubicunque inveniremus lignum de Ragusio, veniam ad illos cum pupis, et accipere ab eis quodcunque voluerint eis dare per strinam. Et si aliquod homo de Almissio fecerit dampnum ad aliquem Raguseum, et ille venerit ad Almissio querendo justiciam, et Almissanus ceciderit, omnes despensas, quas Raguseus fecerit componat ei cum toto dampno, et omni dampno debet ei emendare cum spemsa domini ligni. Et in omni ligno de Ragusio, si fuerit extraneus in ipso, ut sit salvus sicut Raguseus. Et si fuerit Raguseus cum extraneis, ut esset saluus cum omnibus rebus suis. Et si pirratus habuerit captus aliquo ligno de suis inimicis; portet eum de foris, et non ante Ragusio. Et si ligno extraneis steterit in Zaro cum austro esset saluus. Et si steterit in Malunto cum boira esset saluus. Et similiter de porta Stanni usque Ragusium. Et si dominus noster Rex Ungarie venerit super Ragusium, et nobis preceperit ire secum; nos veniamus cum minus eos nos possimus. Et si aliquam predam habuero de homines Ragusii, ut debeam eas salvare et reddere Communi Ragusii. Et ego Comes Nicolaus filius Chodi-

miri juravi cum C homines de Almissio, et cum supradictis; et insuper juravit Desco pro toto corpore Almissi, ut essent firma omnia supradicta. Et hoc sacramentum fecimus cum Capitani exercitus Ragusii, et ad totum exercitum Ragusii, et a toto Communi Ragusii. Et hec sunt nomina Capitanei: dominus Petrus Ballisclaue, Bubania Petri, dominus Dobrona Lampredii, dominus Calenda Cerneche, dominus Theodorus Budaziae. Et haec sunt nomina Comitis galeae: Russinus Gaysclave, Grubessa Ballissclave, Petrus Mathei, Petrana Bunde. Cernocal, Josda, Dobrona, Berina, Milos, Crela, Drasco, Cranissa, Bela, Miloje, Gledauec, Matheiss, Vssemir, Velcoslau, Cibram, Raddoie, Velcoslau, Perven, Juni, Ceperna, Pousca, Desses, Bogdan, Alexi, Velce, Raddomir, Bodam, Dobroit, Dobrina, Cectico, Petrus, Mirsa, Vssemir, Dragan, Petrus, Dragouan, Georgi, Buden, Grubessa, Grisogonus, Bitos, Gradina, Velicna, Bellem, Radoslau, Raddoie, Budina, Slouomir, Dessimir, Osriona, Gostissa, Cranot, Dessirad, Pupec, Radoslau, Georgi, Milen, Qualec, Lubimir, Raddouan, Dessco, Raddonec, Damian, Radun, Velcoslau, Calota, Dragotim, Lutec, Mica, Radden, Dragebrat, Michael, Pascha, Stanec, Drageslau, Creuatim, Ozicha, Dradicin, Milessa, Belen, Bellos, Budina, Dragoi, Minsa, Valtos, Jacobus, Velcinna, Belco, Zancul, Dobren, Radden, Desco.

Et ego Diaconus Ceperna Juratus Notarius Communis Almisii, sicut audivi a supradictis, ita scripsi, et manu mea roboravi.

Ego Bartholomeus Sancti Symeonis Prophete Presbiter et Notarius de mandato nobilis viri domini Philippi Contareni Comitis Ragusii hoc exemplum exemplavi Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1262. mensis Julii die 14. intrante ind. 5. Ragusii nichil addens vel minuens, quod sententiam mutet, complevi et roboravi.

(Hiteles másolat után a bécsi cs. titkos levéltárban.)

136.

IV. Béla király okmánya, mely által Leustah Bohma fiának turóczi birtoka fejében csereképen nevezetes jószágokat adományoz. 1246.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Bulgarie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris scriptum presens inspecturis salutem in Domino, qui credencium est vera salus. Debet Regia Magestas subditorum inuigilare commodis, vt et ipsi Celesti Principi Principibus pijs terrenum Principem digne possint commendare. Proinde vniuersitatis vestre noticie tenore presencium declaramus; quod quia pater noster in Christo karissimus Andreas, Dei gracia Illustris Rex Hungarie, Bohma filium Gyurk, cuius attauum similiter Bohma nomine, pro fidelitatibus progenitoribus nostris, Sacre Chorone et Regno exhybitis, Petrus, qui quandam Regni gubernaculam potenter obtinens nomen Regis usurpauerat sibi de Regno Hungarie, et terram Turuch ipsis auferens, cum suis proximis expulerat, dum pro defensione terre sancte et Sacri Sepulcri Domini cum ceteris Regibus et Ducibus Christianis, eorum pro Christi cruore affectantes effundere sanguinem, mare transiuissent, in acie et sub vexillo Ducis Polonie per sua acta virtuosa et seruicia fidelia nauantem, suos progenitores sine eorum excessibus et culpis de Regno Hungarie expulsos extitisse, veri more pastoris recognoscens, velud ouem errantem in Regnum suum reduxisset, totamque terram Thuruch, que suorum progenitorum fuerat hereditaria ab antiquo et patrimonialis, sicut in litteris dicti patris nostri vidimus clarius contineri, et ipsa terra Turuch post ipsorum expulsionem fuisset populata et amplificata; populique in ipsa existentes defuncto ipso Bohma in partibus Sclauonie in nostris seruicijs contra Leustah filium Bohma et suos proximos querimonias frequencius plurimas porrexissent; nos cum Regni nostri Baronibus debito prehabito tractatu et consilio pro vtriusque partis commodo, tam Leustah et proximorum suorum, quam populorum de Turuch,

ipsum Leustah cum proximis suis de dicta terra Turuch excepimus ipsis volentibus, eisdem in concambium ipsius terre Turuch possessiones infrascriptas, videlicet Ludan, Repen, Hurka, Harrannk, Rethy, Lodan, Kuniuk, Kiussarlo, Seden, Bustelek, Kuesd, Nogkelechen cum pallacio Regis, Kyuskelechen, Berench cum parte superiori et inferiori Ker, particulam terre Ecclesie de Zubur, Keleche, Taui, item Vecche circa flumen Vag, et aliud Vecche in campo, memoratis seruicijs et fidelitatibus ipsorum, in recompensacionem eciam mortis Juahun fratris ipsius Bohma, et aliorum proximorum suorum; Laurencij scilicet magni de Luza; Ladizlay de Borsua de Comitatu de Bereg; Stephani de Kekus in partibus Transsiluanis; Symon de Gyalo; Hedruh filij Hedruh de Rezy; Bench filij Syurke; Syurke de Pemechen; Bende de Peren in Comitatu de Aba Vyuar; Leukus filij Kuch de Fyuzer; Rathold filij Symon de Bezermen; Liba de Kyssemien; Laurencij filij Juahan de Kyustoti; Myke, Mykaelis, et Emericy de Vstupa, filiorum Musunch; Kerked de Fornad; Denke de Scanch; Lonya de Boiun; Chak filij Syurke de Herman, et quinque fratrum suorum; item Vyd filij Vyd; item Cozma, Iudrih, Merth, Poth, Fudur, Leukus et duorum fratrum suorum; Vyd et Iwanka; Vyd de Tykud, et aliorum proximorum suorum, in prelio nostro cum Tartaris commisso, pro nostra et Regni nostri defensione fideliter preliantes extiterunt interempti, predictas possessiones cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencijs, eidem Leustah et suis proximis, ac eorum heredibus, heredumque successoribus, perpetuo, pacifice et (in)reuocabiliter dedimus et donauimus possidendas, tenendas et habendas. Assumpmentes ipsum Leustah cum suis heredibus ac proximis in supradictis possessionibus contra quoslibet molestare volentes pacifice conseruare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes supradicto Leustah et suis posteris dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Farcasij Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre ViceCancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, Regni autem nostri anno duodecimo.

(IV. László király 1274. megerősítő privilegiumából; Véghelyi Dezső. Győri Történelmi és Régészeti Füzetek, Győr 1866. III. köt. 21. l.)

137.

IV. Béla királynak Mihali nevű földet tárgyazó adománya Iván és Lyter számára. 1246.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet Regalis munificencie benignitas ad quoslibet manu largiflua habere se debeat; illos tamen vberioris et amplioris gracie beneficio confouere tenetur et amplecti, quorum fidelitatis constanciam per experimenta didicit, et morum honestatem firmiter comprobatam. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum dilecti et fideles nostri Magister Iwan, et Lyter filius Lyter, a primeuis puericie ipsorum et nostre temporibus grata nobis fidelitatis opera inpendissent; maxime tamen eo tempore, quo Tartari Regnum nostrum Diuina permissione acerbe flagellarunt, ipsi venerabili patri Benedicto Archiepiscopo Colocensi et aule nostre Cancellario aderentes, honesta fidelitatis opera sibi, et in eius persona Nostre Celsitudini, tum uersus partes maritimas Regni nostri negocij qualitate exigente nobis procedentibus, tum eciam in alijs partibus Regni nostri nobis commorantibus, inpenderunt, ad honorem Regium, que fuerant opportuna, fideliter adimplendo, adeo quod et numero et merito de obsequialibus nostri lateris sunt non indebite computati. Nos autem, quibus ex officio Regie dignitatis incumbit, metiri merita singulorum, et singulis iuxta meriti qualitatem respondere, cum ipsi copiam terre non haberent, ut apciores possent in antea inueniri, medietatem terre speculatorum nostrorum de Wolcou, que Mihali appellatur, eis duximus perpetuo conferendam, tam ab ipsis quam ipsorum heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam. Cuius terre mete, sicut per dilectum et fidelem nostrum Enardum Comitem de Wolcou intelleximus, per quem ipsos in possessionem corporalem dicte terre

fecimus introduci, hoc ordine distinguntur; quod a parte orientali commetaneus ipsorum est Emsa kenezius; et abhinc a capella Beate Virginis Marie procedit superius iuxta Scoham, et eciam medietate terre Mihali predicte reuertitur in terram ipsorum emticiam cum sex metis, et ibi tota meta supra dicte terre terminatur. Ne uero hec a nobis facta donacio per aliquem perperam agentem valeat in irritum reuocari, sed salua semper et inconcussa perseueret, ad perpetuum robur obtinendum presentes eisdem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine perempniter roboratas. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, XVIII° kalendas Februarij, Regni autem nostri anno vndecimo.

(Eredetie börhártyán, melyről sárga-fehér-vörös selyemzsinoron a király kettős pecsétjének töredéke függ, a budai k. kamarai levéltárban.)

138.

IV. Incze pápa Dániel galicziai királyt és országát az apostoli széknek pártfogása alá veszi. 1246.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio ... Regi Russie Illustri salutem et Apostolicam benedictionem. Cum te ac Regnum tuum, utpote plantationem novellam, proponamus prosequi speciali prerogativa gratie ac favoris, votis tuis libenter annuimus, et petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter exaudimus. Tuis itaque supplicationibus inclinati personam tuam et Regnum predictum sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Dei Omnipotentis, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, et nostram se nouerit incursurum. Datum Lugduni V. nonas Maii (Pontificatus nostri) anno tertio.

(Turgenev A. J., Historica Russiae Monumenta, I. köt. Sz. Pétervár 1841. 67. l.)

139.

IV. Incze pápa a galicziai királynak követét ajánlja, kit a tatárok irányában tanácscsal és segítséggel támogattatni kér. 1246.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Joanni (?) Illustri Regi Russie salutem et Apostolicam benedictionem. Cum is qui secundum sue omnipotentiam Maiestatis nec loco potest nec tempore comprehendi, utpote incircumscriptibilis et immensus, stabilis manens dat cuncta moveri, faciat spiritus suos angelos et ministros, celorumque altitudine inclinata carnem assumens humanam pro eo, quod delicie sue sunt esse cum filijs hominum, discipulos quos elegerat in mundum destinaverit universum, ut omni predicarent evangelium creature, suo nos instruxit exemplo, ut eius sequentes vestigia, cum assumpti sumus in plenitudinem potestatis, nec per ipsos possimus singulis negotiis imminere, inter eos, quos in partem sollicitudinis evocavimus, onera quasi Jethro usi consilio, dividamus unicuique secundum virtutem propriam, que variis temporibus imminent, commitendo. Sane cum in partibus Regni tui mores et ritus Grecorum, qui superstitiose ac dampnabiliter ab unitate ecclesiastica recesserunt, fuerunt hactenus non sine animarum periculis observati, et nuper gratia favente Divina, illuminata fuerint corda vestra, ut recognoscentes Romanam Ecclesiam matrem aliarum omnium et magistram, ac Summum Pontificem successorem Petri, cui collate sunt claves Regni Celestis ligandi et solvendi et Jesu Christi Vicarium esse caput; quia cum unus sit Dominus, una fides, unum baptisma, unum principium, unum corpus Ecclesie militantis; corpus cum pluribus capitibus monstruosum, et sine capite acephalum censeretur, ad devotionem et obedientiam Apostolice Sedis et nostram redire, sicut accepimus, affectetis; nos ei assurgentes in laudem, qui oculos Tobie per collinum ex felle piscis illuminare dignatus est, et aperire oculos ceci nati, ac exultantes cum muliere dragmam que perierat reinvenit, venerabilem fratrem nostrum

... Archiepiscopum Prussie et Estonie Apostolice Sedis Legatum, virum utique secundum cor nostrum, morum honestate decorum, litterarum scientia preditum, et consilii maturitate clarum, qui vobis verba vite deferet, et nostram et fratrum nostrorum plenius voluntatem exponet, ad partes Regni tui commisso sibi in eisdem partibus plene Legationis officio duximus destinandum, concessa ei libera potestate, ut evellat et destruat, dissipet et disperdat, edificet et plantet, prout secundum Deum viderit expedire. Quocirca Serenitatem Regiam rogamus, monemus et hortamur attente mandantes, quatinus eidem Legato super hiis et contra Tartaros impendas sibi consilium, auxilium et favorem, quod exinde apud Deum meritum, et apud homines tibi compares nomen bonum, nosque Serenitatem Regiam dignis valeamus in Domino laudibus commendare. Datum Lugduni V. nonas Maii (Pontificatus nostri) anno tercio.

I. e. m. universis Christi fidelibus in Russie partibus constitutis.

(Turgenev, id. m. I. köt. 58. l.)

140.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Kynisi Chazar es István Fyged nevű birtokukat Jakab és Ivánka, Mátyás fiainak eladták, 1246.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Agriensis Ecclesie deuotum Capitulum salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersitatis vestre noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod accedens ad presenciam nostram Chazar filius Stephani, et Stephanus filius eiusdem de Kynis ex vna parte; item Jacobus et Iwanka filij Mathye filij Rugach de Scepus ex altera; idem Chazar et filius suus proposuerunt coram nobis, quod quandam terram suam, que Fyged vocatur, empticiam patris eiusdem Chazar, de volun-

tate omnium cognatorum suorum, videlicet Arad, Andree, Jule, et commetaneorum eorum, scilicet Stephani a parte orientis, Petri filij Briccij a parte meridiei, Forrow possessionis domini Regis a parte occidentis personaliter astancium, vendidissent Jacobo et Iwance filijs Mathie filij Rugach de Scepus antedictis pro octo marcis fini argenti, ipsis, et per eos ipsorum heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo jure et irreuocabiliter pacifice possidendam, que terra est quatuor aratrorum; et ipsas octo marcas idem Chazar et filius eiusdem a Jacobo et Iwanka premissis confessi sunt se plenarie recepisse. Cuius terre prima meta incipit super rippam fluuij Harnad ab vna dvmo, que wlgariter *chipkebokor* appellatur; hinc venit versus villam Forrow, et ibi incipit tenere metam cum ipsa villa Forrow; hinc redyt ad predictum fluuium, et ibi est meta vna nigra arbor, qui (így) populus nominatur; hinc transit fluuium ad pratum, quod kechyoukyzi vocatur, et ibi tenet metam cum terra Stephani de Bynd usque ad magnam stratam; dehinc incipit tenere metam cum terra Iwan filij Symonis, et redyt ad primam metam, et ibi terminatur. Insuper ydem Chazar et Stephanus filius eiusdem de Kynis supradicti obligarunt se Jacobo et Iwance sepedictis, vt si quicunque ipsos racione terre antedicte molestaret, aut in litem attraret, eos et eorum heredes indempnes conseruare tenerentur. Ut autem huius rei series perpetuam capiat firmitatem, ad instanciam partis vtriusque nostras super hoc litteras concessimus omnium fratrum nostrorum consensu, presentibus tamen Nicolao Preposito, Petro Cantore, Cyka Custde, Farkasio et Ladizlao Archidiaconis, Demetrio et Laurencio Canonicis, et alijs multis. Glorioso Hungarie Rege Bela, Stephano Strigoniensi, Benedicto Colocensi Archiepiscopis, domino nostro Lamperto Agriensis Ecclesie Episcopo existente, anno gracie M° CC° XL° VI°.

(Az egri káptalannak 1408-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban)

141.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Gyreta Doba fia, egyszersmind testvérének Mihedeynek beleegyezésével is Heneuchben lévő részbirtokát Tamásnak, Venczel fiának eladja. 1246.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, Nitriensis Ecclesie Capitulum oraciones in Domino. Significamus tam modernis quam futuris, quod Thomas filius Wenceslai, cum Gyreta filio Doba consanguineo suo de uilla Molonan Comitatus Borsiensis in nostra presencia constitutus, totam partem suam de terra Heneuch nuncupatam cum consensu fratris sui Mihedey, qui presens non erat, sed ut idem Thomas affirmabat, ipsi Gyreta pro tribus marcis argenti et dimidia, quas dictus Thomas dixit ab eodem Gyreta plenarie se recepisse, uendidit iure perpetuo possidendam. Nos igitur de consensu ipsius Mihedey, et de situ terre uendite cerciorari uolentes, ad dictam terram hominem nostrum transmisimus, qui rediens nos certificauit, quod Mihedeus uendicioni consenserit memorate, eo quod ipse prefatam terram emendi non habuerit facultatem; de situ eciam eiusdem terre idem homo noster dixit, quod iacet a plaga orientali ex utraque parte fluuij Sytva nominati. In cuius rei testimonium litteras presentes sigilli nostri munimine confecimus roboratas. Anno gracie M° CC° XL° sexto.

A B C

(Eredetie bőrhártyán a káptalannak vörös-sárga selyemzsinóron függő pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

142.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Gutkeled nemzetségbeli Pál Miklósnak fia több javait István Dragun comes fiának örök időre átengedte. 1246.

A. B. C. D.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, Nitriensis Ecclesie Capitulum oraciones in Domino Jesu Christo. Significamus tam modernis quam futuris, quod cum Stephanus filius Dragun Comitis, Aule Regie Judex, Comes Nitriensis, de genere Gutkeled; et Paulus filius Nicholai ex eodem genere, in nostri fuissent presencia constituti; dictus Paulus de terris suis hereditario iure possessis, quatuor uillarum terras, certis metis distinctas, vnam uidelicet terram Sceplok nomine iuxta Zomus existentem; alteram secus quendam riuum, ubi fuerat uilla Alus uocitata; terciam, ubi fuerat uilla Micov; quartam uero Vgruch nuncupatam secus aquam Scylag constitutam; et insuper iuxta Lapus terram usui triginta aratrorum sufficientem, cum uno loco Castri eidem Castro adiacentem; uiam eciam securam, que de uilla Sceplok ducit ad idem Castrum; protestatus est coram nobis, eidem Comiti Stephano, ac omnibus ab ipso descendentibus, liberaliter concessisse, iure perpetuo possidendas; propter eximiam cognacionis dileccionem, ac excellentem dileccionis prerogatiuam, quam sibi eundem Comitem Stephanum a sua puericia dixit pre ceteris hominibus elegancius inpendisse. Vt autem huius concessionis series firma et stabilis permaneret, ad peticionem utriusque partis presentes concessimus litteras, in argumentum amplioris fidei, et robur ueri testimonij, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo sexto.

(Az eredeti után Véghelyi Dezső, Hazai Okmánytár I. köt. 42. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 3. r. 28. l.)

143.

Iwanca, és Tywan Lörincznek fia, a vasvári káptalan elött Rum birtoka felett négy tanu elött egyességre lépnek, azon feltétel alatt, hogy a melyik fél az egyességet megszegi, 500 girát fizessen. 1246.

A. B. C.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo omnibus notum facimus, quod Iwanca de Seli pro germano suo et filio, et Paulus de Choupse ex una parte respondentes; et Tywan filius Laurencij pro se et filijs et germanis suis, et Gothardus pro se et patre suo scilicet Paulo ex altera respondentes, professi sunt coram nobis, quod ipsi de lite super terra Rum, Marco et fratribus suis spectante, inter eos exorta, et super qualibet controuersia altera, pacem perpetuam condixissent; et super hoc statuerunt coram nobis quatuor uiros fideiussores, Michaelem scilicet filium Moym, Pousam filium Sceh, Bacam filium Johannis, Georgium filium Wota tali modo, quod quecunque parcium predictarum litem aliquam seu controuersiam super terra siue quacunque causa alia acceptaret contra alteram, non recurrens ad fideiussores predictos, in quinquaginta marcis remaneret pro pacis federe uiolato secundum uerbum fideiussorum predictorum. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus sigilli nostri federe communitum. Paulo existente nostro Preposito, Roberto Cantore, Ombud Custode, Eymerico Decano. Anno Domini M° CC° XL° VI°.

(Eredetie a Rumy család levéltárában, másolata a Magyar Tud. Akad^mia kézirati gyüjteményében.)

144.

Verner Bars megye főispánja, a király parancsára Bars helységben egy házhelyet a Garam melletti sz. benedeki apát vámszedőinek ad. 1246.

Vernerius Diuina gracia et Regis Bele prouidencia Comes de Bors, omnibus presens scriptum inspecturis salutem. Cum preceptum dominicum sit timendum et tenendum; ideo nos, uolumus nolumus, preceptum Regis cogimur adimplere. Vniuersitati uestre notum facimus, quod ex precepto Regis Bele unum situm curie prope pontem, cum orto et aqua, in predicta villa Bors, Ecclesie Sancti Benedicti de Goron statuimus; quartam curiam de inferiori parte pontis cum suis pertinencijs fecimus assignari, ubi tributarij sui libere et quiete possint manere et procurare prouentus tributi ipsius Abbatis memorati. Vt igitur nulla imposterum lis uel contencio inter uillanos de Bors et inter Abbatem Sancti Benedicti de Goron de dacione curie possit suboriri, facti seriem, ad peticionem Abbatis, scripto redigi, et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno gracie millesimo CC° XL° VI°. Facta est autem hec scripcio presentibus Pasca, Mathia, Martino, Majoribus Exercituum de Bors; Sarou, Niuona et Suca, et ceteris iobagionibus existentibus.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 526. l.)

145.

Csák zalamegyei főispán Rubynus megyei viadort megyei jobbágyává teszi. 1246.

Nos Chak Comes Zaladiensis vniuersis quibus expedit significamus presencium per tenorem, quod cum Rubynus pugil filius Albeus castrensis Castri Zaladensis de villa Cheb in officio pugilis et in alijs seruicijs Regni et Regie Mayestatis vtilis admodum fuisset et acceptus, — ab officio seu seruicio castrensis — — — — — Castri Zaladiensis ad nostr — — — — jobagionem Castri Zaladiensis duximus — — — — — — — — — — — — — — — — — anno Domini millesimo ducentesimo quaduagesimo sexto.

(Az eredeti után, mely börhártyára van írva, de már igen megrongált állapotú és felette nehezen olvasható, s melyet 1867. augustus végén Máramaros Szigeten T. Szilágyi István tanár urnál láttam.)

146.

IV. Béla királynak a Garam melletti sz. benedeki monostor szelepcsényi lovas jobbágyainak tartozásairól. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in salutis auctore. Ad vniuersorum noticiam, tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire, quod cum Masa cum Benedicto

et Mathya filiis suis, Bala cum Prusa filio suo, Balaseus cum Buc filio suo, Bud cum Georgio et Gurganus filijs suis, Stayzlaus cum Iwanc et Egidio filijs suis, Dobrina cum Myko et Woyn filijs suis, Woyzlau cum Bencha filio suo, et Thomas cum Gregorio, Lauryn et Piscur filijs suis, de minori villa Selepchen nomine, jobagiones Monasterij Sancti Benedicti iuxta Granum seruientes in equo proprio, qui wlgo *luosicsag* dicuntur, a seruicio dicti Monasterij se presumpcione propria retraxissent, et eosdem Abbas predicti Monasterij Sancti Benedicti de conueniencia sui Conuentus in iudicium euocasset; sed cum grauamen imminere sibi presensissent, tandem ante diffinitiuam sentenciam ad gremium Ecclesie recurrentes; pro inobediencia, quam temeritate commiserant, ab Abbate et Conuentu predictis veniam postularunt, confitentes, se esse jobagiones Monasterij prenotati, in equo proprio seruientes; sicut ab Abbate et Conuentu supradictis per priuilegium pie memorie domini Stephani, quondam Regis Hungarie tercij, Geysse Regis filij probabatur. Petentes humiliter, ut eos in antiqua ipsorum consuetudine seruare Monasterium dignaretur, que talis est; vt annuatim Monasterio duo pondera mansio quelibet tenetur; item Abbatem recipient annuatim, dantes pro sua procuracione porcum triennem, qui uulgo *artan* dicitur, et panes, ac ceruisiam, et pabulum, sicut alii populi Monasterij prenotati; item in aduentu Regis subuenient Abbati, sicut alij populi Monasterij prenotati; item in festiuitate Sancti Benedicti de communi soluent duas oues; item in equo suo seruient et ibunt, quocunque Abbas in facto Monasterij eos duxerit destinandos. Hac condicione adiecta, quod si de cetero maliciose a prenotati Monasterij seruicio se retraxerint, ubicumque reperti seu inuenti fuerint, ipsi et eorum filij, in seruitutem supranominati Monasterij Sancti Benedicti perpetuam redigentur. In cuius rei plenissimam firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales Abbati et Conuentui predicti Monasterij concessimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, idus Januarij, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 526. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt 1. r. 480. l.)

147.

IV. Béla király a chanádi és az orodi káptalanoknak meghagyja, hogy Chanád nemzetségbeli comes, Kelemenus bán-fiának Orod, Csanád, Temes és Szerém megyi birtokában határjárást tartsanak.
1247.

Bela Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Chanadiensis et Orodiensis Ecclesiarum salutem et graciam. Cum hereditarias possessiones suas sibi cedentes, donatas sibi, et traditas, ac acquisitas, Comes Pongracius filius Kelemenus Bani de genere Chanad, existentes in Comitatibus Orodiensi, Chanadiensi, Tymissiensi et Syrimiensi, quarum nomina sunt hec: Pangrachfaya et Pangrachtelke, item Kyusfalw, Zent Lewrencz, quartam partem ville Thembes, Ladan, Palatha; item medietatem ville Beeb cum medietate tributi, sessionem in Pradanmunustura; item sessionem in Wruzlanusmunustura et in Keneuzeumunustura; item medietatem ville Zanath, Chaka, Temorka, Zyntharew cum tributo, Egyhazasker, Rasan, Zent Miklous, Borumlok; item piscinam Pathakthow; item Halaz, Kalanteluk, Kyshwdus, item medietatem Chawas ville cum duobus molendinis; item quartam partem ville Teyes; item Puklussy, Nadasd; item medietatem ville Woffa Illeyse, que alio nomine Kwkenyer vocatur; item Narad in Syrmia; quas suas esse dixit, saluis alijs possessionibus, quas cum sua generacione in istis Comitatibus ac alijs Prouincijs communiter et indiuise dinoscitur possidere, velit et intenderet nouis metis vallare et circumdare, ac antiquas renouare, propter commetaneorum inquietacionem repellendam, et processu temporum suorum successorum euenientes brigas a suis proximis penitus eneruandas; fidelitati Vestre precipiendo mandamus, quatenus mittatis de vobis viros idoneos et fidedignos pro testimonio, coram quibus homo noster Magister Petrus dictus Byluk aule nostre Regie familiaris, conuocatis commetaneis et vicinis nobilibus de genere suo Chanad propter rei euidenciam et iusticiam conseruandam per veteres

metas reambulet et easdem renouet, et vbi necesse fuerit nouas erigat, ac possessiones omnes predictas eidem Comiti Pangracio et suis successoribus (assignet) pacifice possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, contra eundem Cemitem Pangracium ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et posthac diem citacionis, terminum assignatum, ac nomina citatorum et seriem facti tociusque processus nobis fideliter rescribatis. Datum in AlbaRegia in octauis Purificacionis Virginis gloriose anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo.

(Az említett káptalannak jelentéséből, mint alább 169. sz. a.)

148.

IV. Béla király az ennek folytán történt határjárásna kalapján ugyanazon Pongrácz comest birtokában megerősíti. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui salus est omnium et medela. Prouida hominum sagacitas adinuenit et laboriosi temporis angustia Spiritu Sancto lucescente hoc instituit, vt justicia per mundi climata solium glorie teneat, stateram gestet in manu, lances appendat equo libramine, per quam Reges regnent, pax vigeat, elysi erigantur, et inferiores non depredentur, jus suum vnicuique tribuat, et illud quod tribuit, ad eternam rei memoriam firmitatemque perpetuam litterarum presidio fulciat. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod cum nos fidelibus Capitulis nostris dilectisque, Chanadiensi scilicet et Orodiensi litteris nostris mediantibus vno tenore dedissemus in mandatis, ut ipsi idoneos viros discretos de eorum societate mitterent pro testimo-

nio ad maiorem euidenciam et cautelam, coram quibus homo noster Magister Petrus dictus Bylwk aule Regie nostre familiaris conuocatis commetaneis et vicinis nobilibus de generacione Chanad secundum consuetudinem Regni nostri in possessionibus Comitis Pangracij filij Kelemenus Bani de genere Chanad hereditarijs, acquisitis, traditis et donatis, metas erigat nouas, vbi deessent antique, veteres autem renouaret, ut eundem Comitem Pongracium eius commetanei et vicini nobiles de genere suo in jure suo non inquietarent, et suis heredibus Thome et Ladizlao pacifice possidende remanerent, si non fieret contradictum, contradictores vero ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem. Qui quidem fideles nostri Capitulum scilicet Chanadiense et Orodiense vno eodemque tenore nobis rescripserunt in hec verba:

Excellentissimo domino suo Bela stb. (mint alább 169. szám alatt.)

Nos igitur ex huiusmodi litteratoria relacione Capitulorum, Chanadiensis scilicet et Orodiensis certo certius informati, prememoratas possessiones suas hereditarias, acquisitas et donatas cum omnibus vtilitatibus suis, tributis, molendinis, piscinis, sylnis, nemoribus, pratis, campis, terris arabilibus, fenetis et earum pertinencijs, Comiti Pangracio filio Kelemenus Bani de genere Chanad et eius heredibus heredumque suorum successoribus jure hereditario, possessorio ac proprietario attinere cognoscentes, contradiccione quorumlibet remota, commetaneorum, vicinorum suorumque proximorum de genere suo, easdem possessiones suas predictas pacifice et perpetuo sibi et suis successoribus authoritate Regia suadente justicia commisimus possidendas, secundum veteres metas et nouas, prout coram nostro et duorum Capitulorum testimonio in metis prescriptarum possessionum processerunt, renouando antiquas et nouas erigendo, vbi fiende inueniebantur. Hoc expresso, quod si Comes Isac superuixerit Comiti Pangracio herede carenti, tunc in omnes possessiones hereditarias ipsius non alius vel alij de generacione sua, sed ipse Comes Isac vel sui heredes succedent, iure hereditario possidendas; similiter Pangracius Comes ipso Comite Isac premortuo et herede carente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam dupplicis sigilli nostri munimine presentes fecimus

roborari. Datum per manus discreti viri Pauli Prepositi Albensis aule nostre ViceCancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo.

(IV. László királynak 1281-ki megerősítő privilegiumából, Báthory István erdélyi vajda 1572-ki átirata szerint, a budai kir. kamarail ovéltárban.)

149.

IV. Béla királynak Ond nevű földet tárgyazó adománylevele Egyed, Uloszi Tamás fia számára. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Circumspeccio Regum prouida condignis premijs sibi obsequentibus sic debet occurrere, vt alij exemplo eorum prouocati ad fidelitatis opera forcius accendantur. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum fidelis noster Egidius filius Thome de Vlozy nobis circa maritima agentibus, quo nos tempore persecucionis barbare nacionis Tartarorum qualitas temporis persuaserat declinare, indesinenter et indefesse seruiuisset, in recompensacionem fidelitatis ipsius, ac intuitu seruiciorum suorum, vt et ipse ad fidelitatis opera forcius accendatur, et alij exemplo simili melius animentur, ac eciam inuitentur, duas terras Ound appellatas, alteram ipsorum a Castro Zemplym exemptam, alteram vero prius caniferorum nostrorum sine legitimo successore decedencium, sibi ac per eum suis heredibus, heredumque successoribus duximus perpetuo conferendas; tali tamen condicione interueniente, vt tam ipse, quam eciam sui successores nobis seruicium facere teneantur, sicut alij nostri prediales. In quarum terrarum possessionem pacificam ipsum per fidelem nostrum Albertum Prepositum de Turul (így) iussimus introduci. Mete autem ipsarum terrarum decem aratrorum vsui

subiacencium, prout nobis per ipsum Albertum Prepositum constitit, hoc ordine distinguntur: Incipit enim prima meta a parte orientali, et commetanea est terre Abbatis de Zerempch; deinde tendit ad flumen Zerempch, et ascendendo iuxta ipsum flumen tenet metam cum terra Moza; hinc transeundo aquam venit ad terram Abbatis memorati, et ibi circueundo montem vnum tendit versus aquilonem, et tenet metam cum terra Rege; deinde vadit ad predictum flumen Zeremch; hinc procedendo per planiciem ad terram Peturd; deinde autem reuertitur ad priorem metam; et sic mete supradictarum terrarum Ound terminantur. Vt autem hec a nobis facta donacio robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit ab aliquo processu temporum in irritum reuocari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M° CC° XL° septimo, secundo nonas Aprilis, Regni autem nostri anno duodecimo.

(I. Lajos királynak 1369-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

150.

IV. Béla király Farkas, Zagariai Tamás fiának megengedi, hogy birtokában erős várat építhessen. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Circumspeccio Regum prouida condignis premijs sibi obsequentibus occurrere consueuit, vt alij eorum exemplo ad fidelitatis opera forcius accendantur. Ad vniuersorum igitur noticiam tam presencium quam posterorum harum serie volumus peruenire, quod cum Farcasius filius Thome de Zagaria multiplicia seruicia nobis impendisset, maxime tempore Tar-

tarorum maiora fidelitatis opera nobis exhibuit. In cuius recompensacionem concessimus, vt castrum, quod in terra sua edificare inceperat, edificet ipsum, et tam ipse, quam sui successores possint et valeant in perpetuum possidere. Vt autem huius nostre concessionis series inconcussa in posterum permaneat; nec vnquam aliquo successu temporum queat retractari, vel in irritum reuocari, ad eius firmam stabilitatem presentes eidem concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo septimo, Regni autem nostri anno duodecimo, nonis Maji.

(Róbert Károly királynak „Magister Ector filius Wltozlou suo et Comitis Punyk ac Johannis filij Gardun fratrum suorum nomine" kérésére kiadott privilegialis megerősítéséből „Datum per manus discreti viri Magistri Ladizlai Prepositi Tytulensis Albensis Electi" 1342. „quarto idus Decembris"; — melynek eredetie bőrhártyán, a pecsét már elveszett, találtatik a budai kir. kamarai levéltárban.)

151.

IV. Béla királynak Udvarnok nevű földet tárgyazó adománylevele Tamás, Aba comes fia számára. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui dat salutem Regibus. Circumspeccio Regum prouida condignis premiis sibi obsequentibus sic debet occurrere, vt alij eorum exemplo prouocati ad fidelitatis studia forcius accendantur. Hac itaque consideracione inducti, merita ac seruicia dilecti et fidelis nostri Thome Comitis filij Abe, que nobis sepe et sepius in expedicionibus ac alijs euentibus nostris fideliter exhibuit, memoriter retinentes, et remuneracione grata, licet non ex condigno, cum omnem affluenciam temporalem transcendat, rependere volentes, quandam terram Ca-

stri nostri Nytriensis Vduornuc uocabulo, ubi castrenses nostri commorabantur, et ipsis per Tartaros interemptis vacua remanserat et inculta, exceptis quatuor mansionibus castrensium supradictorum ibidem existencium, prememorato Thome Comiti fideli nostro et per eum suis heredibus heredumque successoribus contulimus iure perpetuo possidendam. In cuius terre possessionem corporalem ipsum per dilectum nobis et fidelem Mauricium Magistrum Dapiferorum nostrorum et Comitem eiusdem Castri Nytriensis auctoritate Regia fecimus introduci; memoratis uero quatuor mansionibus castrensium in una parte eiusdem terre per se collocatis, terram ad quatuor aratra sufficientem per iam dictum Mauricium Magistrum certis undique metis distinctam, de terra supradicta fecimus assignari. Vt igitur hec a nobis facta donacio sepedicto Thome Comiti et suis successoribus perpetuo illibata perseueret, nec umquam processu temporum per quempiam in irritum possit aut debeat reuocari, presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Zolum anno Domini M° CC° XL° VII° secundo idus Augusti, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, a királynak kettős, kékvörös selyemzsinóron függő pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

152.

IV. Béla Jakab barátot, a ferenczrendiek magyarországi provincialisát, Rómába IV. Incze pápához küldi, hogy őt a magyar ügyekről értesítse. 1247.

Sanctissimo in Christo patri, domino I. Diuina prouidencia Sacrosancte Romane Ecclesie Summo Pontifici B. Dei gracia Rex Hungarorum recommendacionem cum filiali reuerencia debita et deuota. Negociorum nostrorum seriem seriatim Sanctitati vestre per Deo amabilem virum Jacobum Mi-

nistrum Fratrum Minorum per Hungariam, vel eo prepedito per fratrem Romanum confessorem nostrum curauimus intimare; quorum dictis vestra credat Sanctitas incunctanter. Vestram igitur Beatitudinem affectuosius requirimus per presentes, quatenus de nostris factis per eosdem vobis expositis, velitis paternaliter prouidere; peticiones nostras, quas fiducialiter per ipsos vobis porreximus, fauorabiliter admittentes. Ad hec petimus, vt latores presencium, cum eorum reditus sit nobis perquam necessarius, dignemini quantocius expedire. Datum apud Castrum Ferreum XVII. kalendas Decembris.

(Dudik Béda közleménye a római Vallicelli-féle könyvtár egyik kéziratí codex-éből. Jakab barát 1247. volt a ferenczrendiek magyarországi provinciálisa.)

153.

IV. Béla királynak Uj Chap nevü földből egy eke alá való földet tárgyazó adománya Dániel számára. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex — — — — salutem in eo, qui salus omnium esse profitetur. Circumspeccio Regum prouida condignis premiis sibi obsequien — — — — — — fidelitatis opera — — accendantur. Ad vniuersitatis igitur uestre noticiam peruenire volumus presencium per tenorem: quod cum Daniel filius — — — — — locorum, quo nos qualitas temporis cum exercitu ire poposcerat, fideliter ac studiose seruiuisset, idem pro suo vsu terra arabilj — — — — — — nobis supplicauit, ut de terra Wichap Castri Nitriensis, commetaneam sue terre hereditarie, terram vnius aratri sibi conferre dignaremur. Nos autem, qui — — ta singulorum in singulis — — — omnibus nobis subditis digne respondere tenemur, consideratis seruiciis et fidelitatibus, que idem nobis et Regno nostro — — — — — — — — — — — — quod ipse

pro suo vsu terra arabili indigebat, iustis eiusdem precibus consensum prebentes et fauorem, et cum nobis p — — — — — — — — — — — — — — — constitisset, sine grauamine Castri eiusdem et habitatorum ipsius terre tantam porcionem de ea commode per se co — — — — — — — — — — — — perpetuo iure duximus conferendam. In cuius terre possessionem temporalem per eundem Stephanum Palatinum, Iudicem Curie nostre — — — — — — — — nullis vnquam temporibus per quempiam in irritum valeat retractari in perpetuam rei confirmacionem presentes — —. — — — — — — — — — — — anno Domini M° CC° XL° VII°, Regni autem nostri anno duodecimo.

(IV. Béla királynak 1257-ki megerősítő okmányából, mint alább.)

154.

IV. Béla király Uj Chap nevű földet Becend Miklós comes fiának adományozza. 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Quanto Regalis prouidencia ceteros precellit racione dignitatis, tanto ea que per examen iudicij ipsius rite ac prouide disponuntur, firmiori debent robore stabilirj. Proinde ad uniuersorum noticiam peruenire uolumus presencium per tenorem, quod cum nos in recompensacionem fidelitatis et seruicij Becend Comitis filij Nicolai, qui propter innumera uirtutum merita coram oculis nostre Maiestatis meruit commendari ex condigno, quandam terram nomine Wycap in Comitatu Trinchiniensi existentem, sibi ac per eum suis heredibus heredumque successoribus duxissemus perpetuo conferendam; accedentibus postmodum ad presenciam nostram sacerdote Rach-

lov, Zourado, Matheo et Miroslou iobagionibus Castri Trinchiniensis, quandam ipsius terre particulam ad eos, ut dicebant, iure hereditario pertinentem suis nitebantur usibus uendicare. Nos igitur auditis hinc et inde parcium propositis, ad fundandam et astruendam intencionem ipsorum testes indiximus producendos; quibus termino productis assignato, et receptis ipsorum attestacionibus, quia nobis et eorum dictis de meritis cause liquido non patebat, ad examen duelli partes decreuimus iudicandas; ita ut per concertacionem pugilum ab utraque parte productorum, que ipsarum in habenda terra illa, super qua controuersia fuerat, pocior habeatur, euidencius decernatur. Adductis igitur die ad hoc statuto pugilibus, in ipso congressu pugil supradicti Becend Comitis in duelli examine uictoriam obtinuit, pugile partis adverse miserabiliter succumbente. Vnde nos prephatam terram Becend Comiti adiudicauimus sepedicto, presentibus nostris Baronibus, qui tum aderant; alteri parti silencium imponentes, et secundum Regni nostri consuetudinem pena dupli condempnantes. Et ne uarijs etatum temporibus rei geste series in recidiue questionis scrupulum elaberetur, nostrum eidem priuilegium concessimus in memoriam posterorum. Elapso tandem temporis curriculo idem Becend ad nostram accedens presenciam nobis humiliter supplicauit, ut cum priuilegium illud casu sit amissum, ne aliquod sibi preiudicium posset inposterum generari, nostrum priuilegium sibi concedere dignaremur iterato; et licet propter facti retinenciam processum cause ac seriem memoriter haberemus, quia tamen idem priuilegium Capituli Nitriensis ad remouendos tocius ambiguitatis nodos, si aliqui exstitissent, nostro conspectui presentauit, quod quidem super processu tocius negocij euidens dabit argumentum, et ne per illos seu quoslibet alios in posterum oriretur scrupulus recidiue questionis, ad certitudinem omnium premissorum iterato litteras nostras concessimus, dupplicis sigilli nostri muniminer oboratas. Datum anno gracie M° CC° XL° septimo X° kalendas Julij, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről vörös-sárga selyemzsinoron a király kettős pecsétjének nagyobb része még függ, a nemz. muzeum kézirattárában.)

155.

IV. Béla király főtálnoka Móricz mesternek rokona Márkot, Aba fiát érdeklő intézkedését megerősíti 1247.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Quia cuncta iura Regni nostri ad nostram auctoritatem pertinere dinoscuntur tamquam ad tronum Principis principaliter ius dicentis; ideo facciones inferiorum per culmen Regium expedit confirmare. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam posterorum harum serie volumus peruenire, quod fidelis noster Markvs filius Aba ad nostram accedens presenciam, litteras dilecti ac fidelis nostri Mauricij Magistri Dapiferorum nostrorum et Comitis Nitriensis, cognati sui, nobis presentauit hanc formam continentes:

Quoniam humanorum actuum seriem stb. (mint alább 174. sz. alatt.)

Petens a nobis humiliter, vt ipsam collacionem, quam eciam idem M. Magister coram nobis presencialiter et personaliter constitutus, ab ipso factam fuisse ad maiorem rei euidenciam viua relacione patefecit, confirmare pietate solita dignaremur. Nos igitur iustis petencium desiderijs assensum prebentes et fauorem, collacionem iam dictam, ne vllis vnquam temporibus per quempiam in irritum queat retractari, litteris presentibus et dupplicis sigilli nostri munimine duximus confirmandam. Datum anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragentesimo septimo, terciodecimo kalendas Septembris, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje már elveszett, a ns. Abaffy család levéltárában Lehotán Árva megyében.)

156.

IV. Béla királynak, a Mykolai család Mykola birtokát tárgyazó privilegiuma. 1247.

Nos Comes Nicolaus de Zech Judex Curie domini Lodouici Dei gracia Regis Hungarie, Comitatusque de Turuch tenens honorem, damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum modum et formam judicij nostri exprimencium, Andreas filius Petri de Mykola in facto eiusdem possessionis sue Mykola vocate ab una, et Briccius de Zondou in causam attractus similiter in facto possessionis predicte Zondou nominate instrumenta eorum contra sese exhibere debuissent coram nobis; tandem ipso termino adueniente stb. — — — — primo idem Andreas quoddam priuilegium Serenissimi Principis domini Bele olym Illustris Regis Hungarie clare memorie, aurea sua bulla consignatum, in anno Domini M° CC° XL° septimo inter cetera in facto predicte possessionis Mykola emanatum et confectum nobis presentauit. Demumque prefatus Briccius quasdam litteras priuilegiales Capituli Ecclesie Nytrinnsis in anno Domint M° CCC° XXX° septimo confectas demonstrauis. (Elhalasztás uj idézéssel.) Datum in Visegrad octauo die termini prenotati a. D. 1356.

(Eredetie papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

157.

IV. Incze pápa az esztergami káptalannak megengedi, hogy az isteni tiszteletet tiltott időben is tarthassa. 1247.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . . Preposito et Capitulo Strigoniensi salutem et Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica pijs uotis, et honestis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis precibus inclinati, ut, cum generale interdictum terre fuerit, liceat uobis ianuis clausis, submissa uoce, non pulsatis campanis, nominatim excommunicatis et interdictis exclusis, Diuina officia celebrare, auctoritate uobis presentium indulgemus; dummodo causam non dederitis interdicto, uel id non contingat uobis specialiter interdici. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit; indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lungduni III. kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 529. l.)

158.

IV. Incze pápa Daniel Galiczia királyának megengedi, hogy az ottani püspökök és áldozárok azon egyházi szertartásokat megtarthassák, melyek a katholika egyházzal nem ellenkeznek. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Danieli, Regi Russie Illustri salutem et Apostolicam benedictio-

nem. Cum te de cetero specialem inter devotos Ecclesie reputemus, petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, libenter ad gratiam exauditionis admittimus, et votis tuis favorem benivolum impertimur. Eapropter, carissime in Christo fili, tuis supplicationibus inclinati, Episcopis et aliis presbyteris de Russia, ut liceat eis more suo ex fermentato conficere, et alios eorum ritus, qui fidei catholice, quam Ecclesia Romana tenet, non obviant, observare, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et indultus infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem. Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VI. kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev Monumenta Hist. Russiae I. köt. 61. l.)

159.

IV. Incze pápa Dániel galicziai és Waszilko lodomeriai királyoknak engedelmet ád, hogy az őket illető birtokot minden más fejedelemtől visszafoglalhassák. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Illustribus Danieli Russie et W. Laudemerie fratri ejus Regibus, et nato ejusdem Danielis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducamus effectum. Eapropter, carissimi in Christo filii, vestris iustis precibus inclinati, recuperandi possessiones, terras, et alia bona ad vos hereditario, vel alio jure spectantia, que alii Reges, qui in Ecclesie devotione non permanent, contra iustitiam detinent, et injurias seculari potentia propulsandi, liberam vobis concedimus auctoritate pre-

dicta facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VI. kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev id. m. I. köt. 61. l)

160.

IV. Incze pápa beleegyezését adja, hogy Dániel Galiczia, és Waszilko Lodomeria királyainak országában a keresztes vagy más barátok csak engedelmök mellett birhassanak fekvő jószágokat. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Illustribus Danieli Russie et W. Laudemerie fratri eius Regibus, et nato ejusdem Danielis salutem et Apostolicam benedictionem. Exigentibus vestre devotionis meritis votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut nullus Cruciferorum, vel aliorum religiosorum in vestris terris acquisitis, et acquirendis, de aliquo se intromittere, vel possessionem aliquam acquirere absque beneplacito vestro valeat, auctoritate vobis predicta indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VI. kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

(Turge nev id. m. I. köt. 62. l.)

161.

IV. Incze pápa az orosz földre (különösen Galicziába) küldött követének megengedi, hogy a születés törvénytelensége tárgyában felmentést adhasson. 1247.

Innocentius Episcopus servus servoum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Prussie, Livonie et Estonie, Apostolice Sedis Legato salutem et Apostolicam benedictionem. Devotionis tue precibus benignum impertientes assensum, dispensandi in Russie partibus cum patientibus geniture defectum, dummodo non sint de adulterino, vel incestuoso coitu procreati, ut ad sacros ordines promoveri, et ecclesiasticum beneficium obtinere valeant; et etiam cum illis, qui irregularitatem aliquam incurrerunt, ex tali casu, in quo consuevit Sedes Apostolica dispensare, plenam tibi concedimus ouctoritate presentium, facultatem. Datum Lugduni V. kalendas Septembris. Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev id. m. I. köt. 63. l.)

162.

IV. Incze pápa ugyanahhoz és ugyanazon érdemben. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Livonie, Estonie et Prussie, Apostolice Sedis Legato salutem et Apostolicam benedictionem. Cum tibi tam in Prussia quam in Russia ordinandi Episcopos plenam concesserimus facultatem, predicta tibi auctoritate concedimus, ut cum uno, quem ad Pontificatus dignitatem

dignum inveneris, super defectu natalium, dummodo de adulterio, vel incestuoso coitu natus non sit, auctoritate nostra dispensans ipsum valeas libere in Episcopum ordinare. Datum Lugduni V. kalendas Septembris. Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev id. m. I. köt. 68. l.)

163.

IV. Incze pápa ugyanahhoz, hogy Dániel galicziai királynál, ki a római egyházzal egyesült, mikép járjon el. 1247.

Innocentius Episcópus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Prussie, Livonie et Estonie, Apostolice Sedis Legato salutem et Apostolicam benedictionem. Sicut omnes, quos extra archam invenit diluvium, perierunt, ita omnes, qui sunt extra communionem Ecclesie, nisi conversi ad ejus unitatem redierint, in eterne dampnationis supplicium deputantur. Hac siquidem consideratione inductus carissimus in Christo filius noster Daniel Rex Russie Illustris, cujus mentem Dominus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, sua misericordia illustravit, per litteras speciales et nuntios, quos propter hoc transmisit nuper ad nostram presentiam, cum humilitate ac instantia postulavit a nobis, ut ipsum et totam gentem ac Regnum ejus hactenus a fidei unione precisos, ad unitatem ecclesiasticam, et devotionem Ecclesie Romane, que aliarum omnium caput est et magistra, recipere de benignitate solita curaremus. Quocirca monemus, quatenus personaliter ad partes illas accedens, si prefatus Rex in tam sancto proposito perseverans, tam ipse, quam Archiepiscopi, et Episcopi, et alii Magnates Regni sui scismate quolibet penitus abjurato, promiserint et juraverint, se de cetero in unitate fidei, quam Ecclesia Romana predicat et observat, ejusque Romane Ecclesie devotione perpetuo per-

mansuros, eos auctoritate nostra et reconcilies, et tanquam speciales et devotos filios incorpores predicte Romane Ecclesie, que mater est omnium, unitati. Idque per loca et Regna, in quibus expedire videris, publices et facias etiam publicari. Datum Lugduni VII. idus Septembris. Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev id. m. I. köt. 61. l.)

164.

IV. Incze pápa ugyanannak Galicziában és a lubiczai püspökségben az érseki pallium használását megengedi. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Prussie, Livonie et Estonie salutem et Apostolicam benedictionem. Exigentibus tue devotionis meritis, votis tuis libenter annuimus, et petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Tuis itaque supplicationibus inclinati, utendi palleo in partibus Russie et Ecclesie Lubicensis, quam tibi commisimus, plenam tibi concedimus de speciali gratia facultatem. Hanc autem indulgentiam ad tuos extendi nolumus successores; ipsam te cedente vel decendente carere viribus decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni VII. idus Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgonev id. m. I. köt. 65. l.)

165.

IV. Incze pápa Galicziát es Lodomeriát a római szék külünös pártfogása alá veszi. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Illustribus Danieli Russie et W. Laudemerie fratri eius Regibus, et nato ejusdem Danielis salutem et Apostolicam benedictionem. Etsi proponamus illustrium, ac nobilium, et aliorum Ecclesie devotorum personas, quantum cum Deo possumus, honorare, vos tamen, quos Deus et Dominus noster Jesus Christus per suam misericordiam ad unitatem ecclesiasticam revocavit, tantum propensiori volumus prosequi prerogativa favoris et graties pecialis, quanto in revocatione vestra ad devotionem Ecclesie non hominis, sed Divine potentie manus dinoscitur operata. Eapropter, carisssimi in Christo filii, vestris precibus inclinati personas vestras, et Regna, familias, possessiones, et alia omnia bona vestra, tam mobilia quam immobilia, que in presentiarium rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et eas vobis vestrisque heredibus in ecclesiastica devotione persistentibus auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni II. idus Septembris. Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev id. m. I. köt. 67. l.)

166.

IV. Incze pápa Vilstorfi Hezilo papnak, ki Galicziában az egyházi unio tárgyában magát különösen érdemesíté, jutalmazása iránt intézkedik. 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Moguntino salutem et Apostolicam beneditionem. Dilectus fillus Hezelo de Vilstorf clericus, in nostra proposuit presentia constitutus, quod cum nos olim tibi per nostras litteras duxerimus concedendum, ut posses duobus vel tribus in Coloniensi et Trevirensi provinciis in ecclesiasticis benefiiciis eorum cuilibet usque ad summam triginta marcharum argenti in una, vel pluribus Ecclesiis providere; dilectus filius . . . Scolasticus Maguntinus, cui commiseras in huiusmodi negotio totaliter vices tuas, . . . Decano et Capitulo Sancti Theobaldi Metensis, ut eundem clericum recipientes in canonicum et in fratrem prebendam, si qua in eorum Ecclesia tunc vacabat, vel quam cito se ad id offeret oportunitas, liberaliter assignarent, ac . . . Abbatisse et Conventui loci ejusdem, ut dicto clerico in aliqua Ecclesiarum ad donationem suam spectantium, cujus redditus decem marcharum valorem attingerent annuatim, providere mandavit. Quod quia tam Decanus, et Capitulum, quam Abbatissa, et Conventus predicti facere contumaciter denegarunt, idem Scolasticus in eos pimo suspensionis, ac demum excommunicationis sententias promulgavit. Verum cum postmodum per eundem Scolasticum processum hujusmodi sine judiciali strepitu, ac tandem, eo id efficere non curante, per . . . Decanum Sancti Salvatoris Metensis mandaverimus revocari, ac dictus Decanus per . . . officialem Metensem prefatam sententiam fecerit relaxari, nobis prefatus clericus humiliter supplicavit, ut sibi super hoc providere paterna clementia curaremus. Dilecti itaque filii Gregorii Abbatis de Monte Sancti Danielis, et fratrum H. et A. de ordine fratrum Predicatorum, carissimi in Christo filii Danielis Regis Russie nuntiorum, cum quibus idem

clericus pro Sedis Apostolice negotiis fideliter, ut accepimus, laboravit, precibus inclinati, ac ejus, cum pauper sit, volendo parcere laboribus et expensis, mandamus, quatinus, si est ita, revocatione hujusmodi, vel qualibet Apostolice Sedis indulgentia non obstante, tam a Decano, et Capitulo, quam ab Abbatissa et Conventu predictis juxta prefati Scolastici directarum ad ipsos continentiam litterarum auctoritate facias Apostolica providere. Contradictores etc. Datum Lugduni idibus Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev id. m. I. köt. 66. l.)

167.

IV. Incze pápa Waszilko Lodomeria királyának házassága tekintetében felmentést ád. 1247.

Innocentius Episcopus servus szervorum Dei carissimo in Christo filio Walificoni (így) Lodomerie Regi salutem et Apostolicam benedictionem. Etsi conjunctio copule conjugalis in tertia et quarta consanguinitatis vel affinitatis linea sacris sit canonibus interdicta, provide tamen super hiis interdum Romana dispensat Ecclesia, maxime cum urget necessitas, vel evidens utilitas id exposcit. Cum igitur carissime in Christo filie Dubrauce Regine, Illustri uxori tue, cui in tertio consanguinitatis gradu attines, matrimonialiter sis conjunctus, nos attendentes devotionem, quam habes ad Romanam Ecclesiam, quodque in ea manere desideras, et inducere alios ad eandem, ut in huiusmodi matrimonio, non obstante impedimento predicto, remanere libere valeas, tecum auctoritate predicta dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Datum Lugduni nonis Decembris Pontificatus nosri anno quinto.

In eundem modum scriptum fuit Dubrauce Regine, ejusdem Walificonis uxori.

(Turgenev id. m. I. köt. 67. l.)

168.

A bácsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Ambrus Sereguylnak fia, és Benedek Modorodnak fia birtokukat Iván a kalocsai érsek tárnokmesterének eladták. 1247.

Nos Capitulum Bachiense omnibus presentibus et futuris insinuacione presencium notum facimus, quod Ambrosius filius Seregnyl, et Benedictus filius Modorod coram nobis personaliter constituti, confessi sunt, ut hereditariam terram suam sitam in Comitatu de Wlcou cum omnibus utilitatibus suis, pertinencijs seu edificijs super ipsam terram existentibus, conmetaneo suo, scilicet Juan, Magistro Tauarnicorum uenerabilis patris Benedicti Dei gracia Archiepiscopi Colochensis pro decem marcis argenti uendidissent integraliter, sibi et suis heredibus perpetuo habendam et possidendam, et ipsam summam pecunie se plenarie recepisse. Porro uicini, confines seu commetanei terre predicte, scilicet Custos et Conuentus Monasterij Sancti Demetrij per officiales suos, videlicet Tenkeu et Thomam fratrem Fuka nobis, intimarunt, huic emcioni seu uendicioni suum consensum prebuisse; alij quoque, scilicet Emsa quenesius populi de uilla Yelun, et Thomas frater Fuka premissus requisiti a nobis, empcioni seu uendicioni supradicte suum assensum ultroeee prebuerunt. In cuius rei memoriam presentes litteras concessimus sigilli nosri munimine roboratas. Anno ab Incarnacione Domini M° CC° quadragesimo septimo; Magistro Job Preposito Bachiensi et Comite Capelle Regie, Andrea Lectore, Symone Cantore, Benedicto Archidiacono Bachiensi, Symone Archidiacono Syrmiensi, Adriano Custode, Antonio Archidiacono Sceguediensi, Nicola Decano, ceterisque Canonicis in eadem Ecclesia Deo feliciter ministrantibus.

A B C

(Eredetie bőrhártyán a káptalannak barnavörös selyemzsinóron függő pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban).

169.

A csanádi és orodi káptalanoknak jelentése, hogy a 147. sz. a' királyi parancs által nekik meghagyott határjárásban eljártak. 1247.

Excellentissimo domino suo Bela Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Chanadiensis et Orodiensis Ecclesie oraciones in Domino filio Virginis Gloriose debitas ac deuotas. Litteras Vestre Serenitatis nouerit Celsitudo Vestra nos recepisse in hec verba.

Bela Dei gracia Hungarie Rex stb. (mint fentobb 147. szám alatt.)

Nos igitur preceptis ac mandatis Serenitatis Vestre fideliter obtemperantes, vt tenemur, socios nostros fidedignos, Joannem Custodem de Capitulo Chanadiensi, et Stephanum Lectorem Orodiensem cum predicto homine vestro Magistro Petro vice nostra misimus pro testimonio ad premissa exequenda; qui quidem homo vester cum predictis testimonijs nostris ad nos redeuntes nobis dixit requisitus presentibus socijs nostris, quod conuocatis omnibus commetaneis et vicinis nobilibus de genere suo, prememoratas terras, villas seu possessiones, scilicet Pangrachfaya et Pangrachteluk, cum piscina Pangrachewreme vocata, et syluis glandium vsque ad portum Murusij, cum nemoribus de duabus partibus collateralibus earundem villarum, eundo deinde versus Zarrazer, cum campis, fenetis, terris arabilibus, et alijs vtilitatibus per veteres metas circueundo; item Kysfalw et Zent Leurencz cum stanno, quod separat de Marusio incipiens a villa Comitis Isac fratris sui Vlunk vocata, exeundo in campum versus Zarrazer vsque ad quandam villam, que communiter possidetur cum Comite Gregorio et Dionisio fratre eiusdem, Isaac, Barnaba, Philippo et Pangracio; item quartam partem Thembes a parte orientis cum duabus extremitatibus platee, et omnibus vtilitatibus quarte partis eiusdem ville, piscinis videlicet, syluis, pratis, fenetis et terris arabilibus; item Ladan cum tota sylua glan-

dium vsque ad fines ville Zumbur a parte occidentis, et deinde directe eundo per metas vsque ad Morusium, et per Morusium supra vsque ad metas ville Palata vocate, que similiter est sua; item villam Palatha, que vno nomine Kelemenus palataya, alio nomine moderno Pangrach palataya vocatur, cum tota sylva glandium versus orientem vsque ad fines ville Chwchkwd, que cum Isac et Wgud de genere Chanad, que communiter ab eisdem possidetur, et inde per veteres metas et antiquas vadit versus aquilonem vsque ad portum Morusij, a meridie vero transit in campum, et vadit vltra vnam vallem lutosam et aquosam, et ibi continguatur terris nobilium de Beez; deinde wadit uersus occidentem per metas ad terram Pradanmunustra, vbi sunt tres mete terree, quarum vna pertinet ad terram Pradanmunustra, secunda ad villam Ladan, tercia est ipsius ville Palatha vocate, et sic ibi terminatur; item medietatem ville Beeb a parte meridiei, cum medietate pontis tributi eiusdem ville, et omnibus alijs vtilitatibus, terris, piscinis, pratis, directe ad medietatem pertinentibus, alia vero medietate suis proximis similiter cum omnibus vtilitatibus remanente; item Eghazasker, cuius ecclesia est constructa in honorem Marie Virginis, cum omnibus vtilitatibus suis per antiquas metas girando circumcirca; item Rasan similiter per antiquas metas circueundo, et easdem in pluribus renouando, similiter cum omnibus vtilitatibus; item Zent Miklous per antiquas metas, incipiendo a parte occidentis, girando seu circueundo per septemtrionem, aquilonem, orientem et meridiem, et nouas erigendo, similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis; item Chaka cum omnibus piscaturis, terris arabilibus, fenetis, pratis et alijs omnibus vtilitatibus, que intra metas antiquas et renouatas eiusdem ville existentes esse dinoscuntur; item Barumloh similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs existentibus intra metas, que possessiones habite cum metis ad inuicem coniunguntur et contiguantur, in quarum metis et vicinitate piscina, que antiquiore nomine Pothoktow vocatur, per quosdam autem Chakathowa, et per alios Rasanthowa nuncupatur, eadem piscina in longo et lato cum prenominatis possessionibus et earum vtilitatibus in toto; item Temerken prope Tyciam, cum nemoribus in duobus locis existentibus, et alijs vtilitatibus suis, que intra metas eiusdem

nouas et antiquas dinoscuntur contineri, distinctas a suis commetaneis; item Zyntarew similiter prope Tyciam cum tributo consueto, quam a Vestra Regia Maiestate nomine sue hereditarie possessionis obtinuit per duellum, incipiendo a capitali meta prope portum Tycie a parte occidentis per metas circuiens intrando in campum, et deinde similiter per metas continuas et contiguatas redeundo ad Tyciam a parte superiori, nullis nouis metis erectis, sed antiquis omnibus approbatis: item medietatem in Zanath, cuius altera pars per Comitem Elek de genere Chanad possidetur, similiter cum omnibus vtilitatibus et fructibus prouenientibus de omnibus pertinencijs ipsius medie ville; item medietatem ville Woffahyelesse, que alio nomine Kwkener vocatur, a parte septemtrionis rectam cum tota sessione villanorum ibi commorancium, et cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs de sua parte prouenientibus intra veteres metas et antiquas; item Pwklwssy similiter per antiquas metas circueundo; item Nadasd similiter girando per veteres metas; item Kalanteluk iuxta Sanctum Georgium cum duabus rotis molendini, quam sibi venerabilis pater Kalanus Episcopus Quinqueecclesiensis tradidit cum sorore sua, similiter per antiquas metas reambulando, syluis, fenetis et alijs vtilitatibus ac pertinencijs; item Kyshwdus iuxta Bwrzua similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, et sylua quadam paruuncula per antiquas metas reambulando; item medietatem ville Chawas a parte Themes existentem cum duabus rotis molendini et alijs omnibus vtilitatibus pertinentibus ad medietatem ville Chawas; item willam Halaz, que est ibi, vbi aqua Harangud cadit in Morothwa venientem de Peturreu, cum omnibus vtilitatibus ac pertinencijs ambulando per antiquas metas; item Narad in Syrimia, reambulando similiter per veteres et antiquas metas; item in montibus, vinetis, syluis, nemoribus, pratis, fenetis, terris arabilibus, et alijs vtilitatibus intra metas existentibus processissent, conuocatis omnibus commetaneis et vicinis nobilibus de genere Chanad et presentibus; easdem omnes possessiones supradictas nullis contradicentibus, sed penitus annuentibus et consencientibus, in eisdem metis antiquis et quibusdam renouatis, ac alicubi penitus nouis erectis, vbi necessitas exposcebat, eidem Comiti Pangracio filio Kelemenus Bani et suis successoribus pacifice

possidendas, tenendas ac habendas, sicut erant in antea, perpetuo reliquissent; saluis monasterijs et alijs possessionibus, quas cum sua generacione in predictis Comitatibus et alijs Regni partibus communiter dinoscitur possidere. Hoc non pretermisso, quod Comes Isac presente Comite Pangracio et homine vestro prelibato dixit, quod quia sunt fratres, quantumcunque reambulauerit possessiones suas per veteres metas sibi appropriando nullis contradicentibus; nihilominus si alterum altero sine herede premori contingat, non alij de generacione sua in possessionibus, que in cuiuslibet parte essent, succedant, sed alius, qui superstes fuerit de eisdem cum suis fratribus. Datum in quindenis Resurreccionis Domini anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo.

(Báthory István erdélyi vajda 1572-ki átirata szerint; a kir. kamarai levéltárban.)

170.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Moza Vatthanak fia Ound nevü birtokát Nagy Olaszi Egyednek eladta. 1247.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Agriensis Ecclesie deuotum Capitulum salutem in omnium saluatore. Vniuersitati Vestre tenore presencium declaramus, quod veniens ad nostram presenciam Egidius filius Thome de villa Nogoloz ex vna parte, atque Moza, qui se filium Vattha dicebat, ex altera, proposuit coram nobis idem Moza, quod ex consensu et voluntate conetanei (igy) sui Mog Abbatis Monasterij de Scerench, nec non et Patronorum ipsius Monasterij, pro quibus Abbas respondit memoratus, vendidisset quandam terram suam hereditariam, que Ownd vocatur, pro vna marca argenti et tribus fertonibus, et pro vigintiquinque cubulis vini in perpetuum possidendam Egidio memorato sub illis metis, sub quibus tam ipse, quam fratres sui possedis-

sent; dicens illam terram ex vna parte tenere metam cum terra Monasterij predicti, et ex alijs partibus cum terra Oownd, quam ex donacione Regis Egidius possidere dicebatur memoratus. Illud preterea notum esse volumus, quod Moza obligauit se coram nobis, quod si lis vel aliqua materia questionis super proprietate terre illius Egidio sepedicto exoriretur, ipsum indempnem conseruare teneretur. Vt autem huius rei memoria perpetuam capiat firmitatem; ad instanciam parcium nostras super hoc litteras concessimus communi fratrum nostrorum consensu; presentibus Nicolao Preposito, Magistro Leustasio Noui Castri, Petro Cantore, Farkasio de Borzua, Ladizlao de Borsod Arhidiaconis; Demetrio, Laurencio et Edus Canonicis, aliisque multis; regnante glorioso Hungarorum Rege Bela, Stephano Strigoniensi, Benedicto Colochensi Archyepiscopis, domino nostro Lamperto Agriensis Ecclesie Episcopo existente, anno gracie M° CC° XL° VII°.

(Az egri káptalannak 1384-ki átiratából a budai kir. kamarai le

---

171.

A pecsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Izsépi Cel Nána körüli szigetének felső részet, és Izsép nevű földjének negyedreszét az esztergami káptalannak eladta. 1247.

Farcasius Quinqueecclesiensis Prepositus totumque eiusdem loci Capitulum omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in Domino. Nostri constitutus in presencia Cel filius Cel de villa Ysep nomine ex vna parte, presentibus ibidem Magistro Abraam Archidiacono de Ghumur, et domino Petro sacerdote, Canonicis et procuratoribus Sancte Strigoniensis Ecclesie ex alia; confessus est, quod ipse superiorem insule medietatem cum quarta parte terre nomine Ysep, certis metis in presencia parcium limitate, tam citra Danubium quam ultra directe procedendo, a capite eiusdem insule per Danubium, usque ad ueterem

Danubium, quod Scharduna wlgariter nominatur; cuius insule inferiorem medietatem iam dictum possidebat Capitulum, eidem Capitulo uendidit quinque marcis de argento, nostra in presencia persolutis. Ita uidelicet, quod populi in terra memorata citra Danubium commorantes, eundi, necnon ducendi sua animalia per terram ipsius Cel usque ad aquam Donolc causa adaquandi, uel cuiuscunque negocij, liberum habebunt transitum. Preterea quartam partem eiusdem aque Donolc debet ipsum Capitulum claudere, et Cel alias tres; et quartam partem Capitulum habebit de pisscibus ibi captis, tribus alijs partibus ipsi Cel remanentibus. Hoc insuper annotando, quod aquam Danubij, sicut terra ipsius Cel eundem occupat, a meta sepedicti Capituli superius procedendo, ipse Cel cum procuratore Capituli locare debet annuatim, et de emolumento tres habere partes, quarta ipsi Capitulo remanente. Nos autem ad precum utriusque partis instanciam litteras presentes nostri sigilli appensione roboratas conscribi fecimus, in supradicte uendicionis testimonium et munimen. Anno Domini M° CC° XL° VII° mense Aprili. Yurkone Cantore, Theodoro Custode, Arnoldino Decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus Petri Magistri Lectoris Quinqueecclesiensis.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 528. l.)

172.

A pecsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Mour István mesternek fia híveinek, Marczel és Endre testvéreknek, bizonyos földbirtokot örök időre inscribált. 1247.

Farcasius QuinqueEcclesiensis Prepositus totumque eiusdem loci Capitulum vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Nostra constitutus in presencia Movr filius Stephani Magistri confessus est, quod ipse inspecta fidelitate Marcelli et Andree fratrum, suorum a longo tempore

fideliter seruientum, ibidem presencium, terram quandam sibi hereditariam, que terra Sauli sacerdotis nominatur, sitam prope ad Sanctam Trinitatem, ex consensu Corlaldi fratris sui vterini, eisdem contulit tam ab ipsis, quam eorum heredibus perpetuo libere et pacifice sine contradiccione qualibet possidendam. Mete autem terre illius sunt iste: ab occidente est vna meta juxta metam Sancte Trinitatis, et tendit illa terra ad orientem usque fluuium, qui descendit de villa Tupos, ibique juxta fluuium ad solis ortum, et paululum ascendendo sub ilice metatur; postea vero ulterius ascendit ad solis ortum, et quarto metatur sub ilice; deinde autem flectitur ad meridiem, et paruam uallem transeundo metatur iterum sub ilice; inde vero recto meatu tendens ad meridiem sub piro metatur; posthec vero tendens ad meridiem sub arbore populo metatur; inde vero recto meatu descendit iuxta fluuium, qui uenit de monasterio Sancte Trinitatis, ibique sub arbore pomo metatur; inde vero transit eundem fluuium, et sub alpibus adiacentibus Ecclesie Sancte Trinitatis iuxta uiam metatur sub arbore, que wlgo dicitur *gurtanfa;* inde vero ascendit in dictas alpes versus meridiem, et ibi metatur sub quercu juxta viam, que ducit ad forum secunde ferie; postea vero recto meatu in eisdem alpibus tendit usque metas terrarum castri de Barana; deinde vergit in eisdem alpibus vsque terram Sancte Trinitatis, sicque iuxta metas et terram Sancte Trinitatis tendit in septemtrionem ad predictum fluuium, et transiens fluuium illum semper iuxta metas dicte Ecclesie ad priorem metam reuertitur. Nos igitur ad ipsius Mor precum instanciam litteras presentes nostri apposicione sigilli roboratas ipsis Marcello et Andree contulimus in supradicte collacionis testimonium et munimen. Datum anno Domini M° CC° XL° VII° mense Augusto; Yurcone Cantore, Teodoro Custode, Arnoldo Decano. Datum per manus Petri Magistri Lectoris.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a vörös zsinóron függő pecsét lemállott, a mélt. báró Révay család levéltárában. A pécsi káptalannak egy 1358-ki „feria sexta proxima ante Dominicam Reminiscere“ kelt átiratát, mely „Jacobus filius Stephani de Popfalva“ kérelmére kiadatott, láttam a gr. Zay család levéltárában. Az utóbbinak hátára XV. századi jegyzet: „Littere metales pro Baych.“)

173.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Mihály comes Obris nevű birtokát Márton Nezdesa fiának eladta. 1247.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Michael Comes frater Buzad Comitis ex una parte, et Martinus filius Nezdese ex altera; protestatus est idem Michael coram nobis, quod quandam terram suam nomine Obris in priuilegio Regali sub bulla aurea existentem, sitam iuxta terram dicti Martini, ut inter eos remota controuersia pax irreuocabilis firmaretur, uendidisset eidem Martino et suis heredibus heredumque successoribus pro uiginti marcis argenti perpetuo possidendam, quoniam ipsa terra Obris supradicto Martino adeo fuerat necessaria, ut sine ea esse nullatenus potuisset; totaque summa pecunie eidem Michaeli coram nobis est plenarie persoluta; ita tamen, quod si aliqua causa contra ipsum Martinum pro ipsa emergeretur, idem Michael Comes eundem Martinum et eius successores sine dampno defendere teneretur. Preterea si processu temporis supradictus Martinus vel aliquis suorum heredum terram prescriptam uellet exponere uendicioni, et cognati ipsius non emerent, nulli extraneo posset vendere, nisi Michaeli Comiti, si iuxta rectam estimacionem uellet comparare. Cuius terre prima meta incipit ab oriente in monte, ubi sunt tres mete terree, una Michaelis Comitis, altera Lodomerij, tercia uero Martini; et per uiam uadit ad occidentalem partem, ita quod pars meridionalis remaneat Michaeli Comìti, et septemtrionalis Martino; et inde de uia uadit ad occidentalem partem usque uineam Ztrelk; inde uero descendit de monte ad arborem, que dicitur fagus, et ad metam terream; et inde uadit directe in siluam per metas terreas ad vnam arborem, que uocatur fraxinus, que est cruce signata, et ad metam terream; et inde uadit ad unam paludem, que uocatur Chernyz, et ibi ex utra-

que parte ipsius aque sunt due mete terree, et due ilices cruce signate ; dicta uero Chernyz tempore pluuiali est aquosa, tempore estiuo inaquosa; et inde per uallem Chernyz uadit per longum ad metam terream, exiensque de ipsa ualle uadit ad ilicem cruce signatam, et ad aliam arborem cruce signatam, que uulgo *gerchan* dicitur; et inde parumper uadit per aridam, et cadit in Plytvicham, et ibi est arbor *egur* cruce signata, et meta terrea; in ipsa meta est ilex cruce signata, et arbor *gertan* cruce signata; et ibi terminatur meta Martini et Comitis Michaelis, ita quod uersus orientem est terra Martini, uersus occidentem terra Comitis Michaelis; et de ultima meta uadit inferius in aquam Plytuiza per terram sepedicti Martini usque pontem Vychen, et dictus pons est in terra Martini sepe memorati, et sic terminatur. Quoniam igitur iuris consentaneum esse perhibetur, ut quidquid juste agitur et legitime terminatur, nequeat per posteros in irritum reuocari, ad instanciam et peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini millesimo ducentesimo XL° septimo.

(Eredetie bőrhártyán a fömélt. hg. Batthyáni családnak körmendi levéltárában.)

174.

Móricz mester királyi főtálnoknak intézkedése rokona Márk Aba fia érdekében. 1247.

Quoniam humanorum actuum seriem labente temporum curriculo obliuionis nubes obnubilat, necessarium est memoriam eorum viuaci testimonio litterarum commendare. Proinde nos Mauricius Magister Dapiferorum Regis et Comes Nitriensis ad vniuersorum noticiam presencium posterorumque uolumus peruenire, quod cum Marcus filius Aba patruj nostri propinquiori consanguinitatis linea nobis attineat, et insuper sepius sua seruicia honesta et fructuosa nobis exhi-

buerit indefesse ac reuerenter tamquam fratri; nos eum tam racione consanguinitatis, quam pro recompensacione seruiciorum suorum, de possessionibus nostris participem fore cupientes, duo predia nostra, quorum alterum Symon nuncupatus in Comitatu Gumuriensi iuxta fluuium — — stens ex Regia collacione acquisitum, et aliud, quod Oumbul vocatur vltra Orawam prope Noak situm, quod empcionis tytulo possidebamus, sibi et per eum suis heredibus heredumque successoribus ex nostro beneplacito et consensu contulimus perpetuo possidenda. Vt autem hec a nobis eidem facta collacio inperpetuum perseueret, nec per quempiam successorum nostrorum possit in irritum reuocari, presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M° ducentesimo quadragesimo septimo, tercio nonas Augusti.

(IV. Béla királynak ugyanazon évi megerősítő privilegiumából, mint fentebb 155. sz.)

175.

Teupolo Jakab velenczei doge intezkedése bizonyos jadrai telkek tárgyában, melyek az ottani Domonkosrendüek kolostora által követeltetnek. 1247.

Jacobus Theupolus Dei gracia Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae Dux, Dominus quartae partis et dimidiae totius Imperii Romaniae, nobilibus et sapientibus viris Angelo Mauroceno et eius Consiliariis Marino Mauroceno, Stephano Justiniano, Raynerio Geno et Joanni de Canali, ambasciatoribus suis dilectis et fidelibus salutem et dilectionis affectum. Ex parte Conuentus Fratrum Praedicatorum de Jadra fuit coram nobis expositum conquerendo, quod concessiones quarundam possessionum de Jadra, quas nobilis vir Leonardus Quirinus tunc Comes Jadrae de nostro mandato fecit Conventui supra dicto, et nos postmodum simili modo eidem conces-

simus per nostras patentes litteras confirmantes; quidam Jadertini, quibus dictae possessiones olim spectabant, impediunt toto posse, petentes tunc sibi restitui memoratas. Verum quia nobilis vir Joannes Badovarius fidelis noster dilectus, qui nobiscum Rayneri Geno interfuit in tractatu concordiae Jadertinorum, et Gabriel Cancellarius Curiae nostrae, qui praesens fuit, interrogati a nobis dicunt et asserunt, quod in tractatu concordiae antedictae mentio facta fuit de possessionibus nominatis, ut ipsas habere et tenere debuissent Fratres Praedicatores, secundum concessiones factas a nobis et a Comite memorato, et quod super hoc responsum fuit a Magistro Fratrum Minorum, qui erat tractator pro nunciis Jadertinorum, quod pro ipsis possessionibus restitutio fieret personis, quibus spectabant ab Universitate Jadertinorum: prudentiam vestram, Rayneri Geno, requirimus attentius et rogamus, quatenus si praedicta sunt in memoria vestra, nobis vestris litteris hoc, quam cito poteritis, significètis; etiam, si vobis videbitur, viros nobiles Papum de Petrogna et Grisogonum de Mauro nuncios Jadertinorum interrogare et inquirere debeatis; scientes dictum Magistrum Fratrum Minorum abesse, unde ipsum super his interrogare minime potuimus. Datum in nostro ducali palatio die 7. intrante Novembris Indictione 6.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 76. l.)

176.

Deodat cattaroi püspöknek az ottani egyik templomnak sz. György tiszteletére történt felszentelését tárgyazó adománya. 1247.

Anno salutiferae Incarnationis Domini M° CC° XL° VII° mensis Septembris die undecima astante Indictione V. Ego Deodatus Episcopus Ecclesiae Sancti Tryphonis de Catharo ad petitionem Capituli Ecclesiae eiusdem, communitatis eius-

dem Civitatis, ac Georgii Abbatis Coenobii dedicavi ecclesiam Sancti Georgii ad laudem Dei et honorem Sanctae Mariae, nec non aliorum, quorum reliquiae hic continentur, Sancti Georgii, Abdon et Sennen martyrum, ac Sanctorum Innocentium; quae Ecclesia praedicti loci erat praedecessorum totius Communitatis Catharinae. Venerabilem Dei Ecclesiam gubernante Innocentio Apostolico, domino autem Uroscio regnante. Quod praesens scriptum fieri feci per Diaconum Micham de Gigna Notarium praedictae Communitatis, cum manu propria et signo consueto.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 439. l.)

177.

IV. Béla király István János viador fiának, s fia Jánosnak a tőlök elvett budavölgyi birtokot vissza adja. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroachie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Quoniam succedentibus uariis etatum temporibus collaciones seu disposiciones Regum solent sepius obliuionis cinere sepeliri, maiori consilio prouisum est, eas apicibus litterarum perhennare. Hac igitur consideracione inducti ad uniuersorum presencium et futurorum noticiam uolumus peruenire, quod accedentes in presenciam nostram Stephanus frater Ihoannis pugilis filij Rodus, et Ihoannes filius eiusdem Ihoannis, conquesti sunt nobis, quod medietatem cuiusdam terre eorum Budawelge nomine, quam ab antiquo tempore pater eorum Rodus antedictus et auus pacifice semper possederant, Michael Comes frater Buzad Comitis existente Comite Worosdiensi ab eis abstulisset, et eidem Castro statuisset asserendo, fuisse terram Castri antedicti; et ijdem humiliter nobis sup-

plicarunt, ut dictam terram eisdem restituere dignaremur. Nos ergo, qui ex suscepti regiminis officio iura vniuersorum tenemur confouere; considerantes, quod per instrumenta Demetrij Comitis de genere Aba et Capituli Zagrabiensis nobis plenius constitit, ipsos ab antiquo dictam terram possedisse; maxime autem, quod eum ad maiorem cautelam dedissemus in mandatis dilecto et fideli nostro Ecoy Comiti de Worost inquisicionem super ipsa terra faciendam, rediens idem ad nos retulit uiua uoce, quod usque ad tempus, quo dictus Michael Comes sine iuris ordine ipsam terram ab eis abstulerat, facta diligenti inquisicione constitisset sibi, in antea semper pacificc possedisse eos et quiete. Vnde tot et talibus assercionibus ac precibus eorum inclinati, licet illam terram sciuerimus esse Castri memorati; tamen quia constiterat nobis, tam ab antiquo eos possedisse, et in neutra generali reuocacione perpetuitatum ius possidendi amisisse, terram iam dictam eisdem Stephano et Johanni duximus restituendam, ut tam ipsi, quam heredes eorum heredumue successores per eosdem perpetuo iure debeant possidere. In cuius terre possessionem corporalem per fidelem nostrum Balad filium Martini Comitis eos fecimus introduci. Vt autem hec per nos facta restitucio robur perpetue firmitatis obtineat, nec ullis unquam temporibus per quempiam in irritum ualeat retractari, presentes eis concessimus litteras duplicis nostri sigilli munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, Regni autem nostri anno tercio decimo.

(Eredetie bőrhártyán barna-medgyszinü függő pecsét alatt, a főmélt. hg. Batthyáni család körmendi levéltárában.)

178.

IV. Béla királynak Zolona nevű birtokát tárgyazó adománylevele Fülöp zágrábi püspök és rokonai számára. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Prouida Regum circumspeccio, etsi cunctis sibi famulantibus se exhibeat liberalem, vberiori tamen gracia et ampliori prouisione illis tenetur prospicere, quorum obsequiosa fidelitas a suis progenitoribus cepta vsque in nouissimam progeniem est sine interrupcione qualibet propagata. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos memores fidelium et vtilium seruiciorum Joachini Comitis quondam patris dilecti ac fidelis nostri venerabilis patris Philipi Zagrabiensis Episcopi, patri nostro felicissime recordacionis Andree Regi Hungarie Illustri, nobis ac toti Regno opportune nec non multifarie impensorum, intuitu quorum terra Zolona excepta de castro Zaladiensi in Sclauonia cum omnibus suis pertinencijs et vtilitatibus ei collata fuerat et donata, animaduertentes eciam et memoriter retinentes, quod memoratus Filipus Episcopus et frater ipsius Thomas nobis continua fidelitate a puericie sue temporibus adheserint, et multimoda seruicia impenderint, predictam terram Zolona exceptam de castro Zaladiensi, in cuius eciam possessione nunc existunt, cum omnibus suis pertinencijs et vtilitatibus, prout pater ipsorum a patre nostro optinuerat et possedit, sub eisdem terminis et metis eisdem fidelibus nostris Episcopo, et fratri suo Thome, et omnibus heredibus heredumque successoribus contulimus et conferimus iure pleno pacifice et quiete in perpetuum possidendam, et collacionem patris nostri inclite recordacionis, collacionis a nobis facte testimonio confirmamus; vt sicut eorum fidelitas patris fidelitati est continua, ita et perpetuitate possessionis continuis et sempiternis tem-

poribus perfruantur. Vt autem hec a nobis facta collacio sew collacionis a patre nostro facte confirmacio robur optineat firmitatis, nec vllis vnquam temporibus ualeat in irritum reuocari, presentes nostras litteras super ipsa collacione sew confirmacione de nostro mandato confectas in priuilegium perpetuum dupplicis sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum apud Waska anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, Regni autem nostri anno terciodecimo.

(A királyi személynök 1486-ki itélet leveléből a budai kir. kamarai levéltárban.)

179.

IV. Béla királynak Pyr helységben lévő részbirtokot tárgyazó adománya Weyteh nevű híve számára. 1248.

Bela Dei gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Sicut honori Regio fidelis famulatus subditorem impendi debet iugiter et expendi; sic Regie circumspeccioni conuenit suis subditis in defectu ipsorum liberaliter manus extendere largitatis. Proinde ad universorum noticiam tam presencium, quam futurorum uolumus peruenirė; quod cum nos tempore persecucionis Tartarorum articulo necessitatis compulsi ad maritimas partes declinassemus, perrexit eciam nobiscum et remeauit Weyteh filius Mikus de uilla Pyr de Comitatu Huntensi in equis et armis suis, et ibi coram oculis nostre Maiestatis fidelissimum nobis et gratum exibuit seruicium — — et quia tanti — — — — Regiam decet Maiestatem remunerare, ipsum Weyteh in collegium et numerum Regalium seruiencium nostrorum, et ad nostram recepimus graciam specialem, eximentes ipsum ab officio et condicione piscacionis; qui

postmodum humiliter suplicando a nobis postulauit, ut terram cuiusdam seruientis nostri Iwan uocati de uilla Pyr wsui quinque aratrorum sufficientem, sine herede decedentis, sibi conferre dignaremur, asserens, se paty defectum in terris. Pro cuius seruicijs nobis iugiter et fideliter exhibitis Regia benignitate inducti, preces eius in hac parte audiuimus et exaudiuimus cum effectu, et terram prenotati Iwan absque solacio heredis defuncti, que secundum consuetudinem Regni ad manus nostras fuerat deuoluta et assignata, ipsam terram cum eisdem metis et terminis, ac utilitatibus et pertinencijs suis, quibus ad prenominatum Iwan spectabat et pertinebat, tam ipsi Weyteh, quam eius heredibus heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter pacifice et quiete possidendam et habendam, a nemine cognatorum sepe dicti Iwan, seu propincorum uel extraneorum suorum post elapsum longi temporis alikatenus expetendam et requirendam. In cuius terre possessionem eundem Weyteh per fidelem hominem nostrum Jacow tunc temporis Comitem de Zowoliun auctoritate Regia fecimus introduci. Et ut hec nostra donacio tam sibi, quam eius successoribus perpetue stabilitatis robur obtineat, in argumentum maioris firmitatis litteras nostras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo octauo.

(1321-ki átiratból, melyet kiadtak „frater Nicolaus Magister et vniuersi fratres cruciferorum Domus Hospitalis Ecclesie Sancti Regis Stephani de Strigonio“, „Thomas, Nicolaus et Johannes filij Laurencij filij Weyteh, nobiles de uilla Pyr“ azt kérvén, „in vigilia Assumpcionis Beate Virginis Marie“, s melynek eredetie a budai kir. kamarai levéltárban találtatik.)

180.

IV. Béla királynak Liptómegyében fekvő bizonyos birtokrészt tárgyazó adománya Bosin és fiai számára. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex in perpetuum. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod populi de Liptou, Bosin, cum filijs suis Sevislau, Punak, Milath, Bohuta et Bohuret ad nostram accedentes personaliter presenciam nobis (így) instantissime rogauerunt: ut cum quedam terra inter villas Wrbicha et Okolichna existens, ad vsum trium aratrorum a nobis potuisset eisdem condonari, dictam terram dare et conferre sibi dignaremur. Vnde cum fidelium nostrorum peticiones admittere teneamur, predictam terram ad tria aratra sufficientem prefato Bosin cum filijs suis et eorum heredibus heredumque successoribus — — — — Miko de Zolum nostris dedimus litteris in mandatis, ut idem ipsam terram complendo de qualitate et quantitate trium aratrorum, cum omnibus suis vtilitatibus certis metis vndique distinctam, statueret Bosin cum filijs suis sine juris preiudicio aliorum; contradictores vero, si qui fuerint, ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et hanc qualitatem et quantitatem ipsius terre, ac cursus metarum nobis per suas litteras remandaret. In quibus conspeximus taliter contineri: Prima meta terre incipit a fluuio Wagh, Chemec fluuius ubi intrat ex altera parte fluuij Wagh, contra ex ista parte stant tres arbores salicis quasi in insula venarum aque ejusdem; inde exit et procedit directe per campum ad fluuium Verbiche ad septemtrionem, vbi a Zelesrew parumper superius ex ista parte aque sunt due salicis arbores; inde procedit directe et ascendit in montem ad arborem pomiferam in campo sub vertice montis, sub quo est — — — — — — Chewisie posita cum duabus auribus, et cooperta cum patina ferrea; deinde procedit directe

quasi circumeundo modicum per vnum nerharsthalto; inde iuste tenendo ad metas Comitis Boghumirij semper ad septemtrionem tendit ibidem, vbi separantur mete ab inuicem, et intrant fluuium Werbiche ad orientem solis; deinde procedit infra per ipsum Werbiche contra meridiem, et inde iterato uenit ad vnam arborem salicis, in qua fixa est clauis et sex clauiculi ferrei; inde pertransit fluuium Werbiche et tendit recto modo ad fluuium Wagh, vbi est pons Bosin, in fine pontis stat arbor salicis, in qua fixi sunt clauiculi Bobatis; inde descendit per fluuium Wagh ad priores metas, et ibi terminatur. Nos vero inspectis seruicijs predictorum, que nobis — — — — — — imperciendo exhibuerunt, que enarrare non sufficimus, inquirendo et debellando ferocissimos Tartaros crudeli periculo mortis se ipsos opponentes, nec non ob merita seruiciorum, de consilio et — — — — Regni nostri nobilium et Baronum, de benignitate Regia hanc graciam eisdem duximus conferendam in possessione collata, rogando et mandando fideli nostro, primo principaliter Comiti de Zolom in secula seculorum succedentibus pro ipsis et cum ipsis, vt eosdem protegat et gubernet in temporalibus preter seruicia Regia et Comitis de Zolom; item ab omni negocio prouincialium excepto, preter negocium Comitis de Zolom; nec non ab omnibus exaccionibus et collectis preter Comitis supradicti. Volumus et hanc libertatem eisdem alleuiare, quod nullius presencie compareant vel citentur, preter Regiam Presenciam et Comitis de Zolom, imo si inducias causarum voluerint differe, biennium vel triennium licite eisdem debeant prorogare, saluo iure Comitis de Zolom. Volens adhuc idem Bosin scripta sua magis in lucem proferre, filios suos Curie Regie commendauit. In cuius rei memoriam et robur perpetue stabilitatis presentes litteras nostras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis Venerabilis Benedicti Archiepiscopi Colocensis (így) aule nostre Cancellarij anno Domini millesimod ucentesimo quadragesimo octauo.

(Az Okolicsányi család levéltárából.)

181.

IV. Béla királynak Lorand nádor és a Bouch nemzetségbeli nemesek közt bizonyos birtokátruházásra vonatkozó helybenhagyása. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Quod semel iudiciario ordine legitime diffinitur, firmum debet et inconcussum permanere, et ne in recidiue questionis scrupulum relabatur, auctoritate conuenit Regia confirmari. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Lorandus Palatinus et Comes Posoniensis ab vna parte, Odola, Chelk et Bouch filij Bouch de genere Bouch Bani ex altera, personaliter coram nobis constituti; qui quidem Odola cum fratribus suis confessi sunt oraculo viue vocis, quod quasdam possessiones suas hereditarias Golgoa et Pethna in Comitatu de Posga (igy, Posega helyett) existentes eidem Lorando Palatino pro quatuorcentis marcis vendidissent; Benedictus scilicet, Borh dictus, Marcellus et Michael filii sui, qui personaliter ibidem coram nobis astarunt, tam pro se, quam eciam pro filijs suis minoribus, similiter de genere eiusdem Bouch Bani, eundem Odolam et fratres suos supradictos a vendicione predicte terre, similiter eundem Lorandum Palatinum ab empcione possessionum antedictarum, causa proximitatis seu commetacionis ac vicinitatis prohibuerunt et inhibuerunt; quia possessiones prenominatas dictus Odola et fratres sui prenominati, eidem Lorando Palatino legitime et ordine judiciario vendere seu tradere non possent, quia magis ac magis eidem Benedicto et filijs suis prefatis congruerent, sicut jam dictas possessiones suas esse hereditarias asseruerunt, et secundum consuetudinem Regni approbatam coram nostra Majestate eundem Lorandum Palatinum deuecierant, quod absque voluntate et sine permissione eorundem dictas possessiones idem Loran-

dus Palatinus emere siue comparare non potuisset. Ob hoc eundem Lorandum coram nobis emere permiserunt, quia sepe dictus Lorandus Palatinus cum eisdem talem fecit ordinacionem. Hoc tamen adjecto interposito, quod dictus Lorandus Palatinus quandocumque et qualitercumque vel filij sui aut suorum heredes possidere seu obtinere nollent, extunc nemini, nec cuipiam, nec proximis eiusdem tradere seu vendere possit, nisi Benedicto et filijs siue heredibus suorum; si prefati Benedictus et filij sui emere non possent, commetanei et vicini alieni, qui non sunt de generacione eorundem, libere possint comparare justicia mediante. Quia Lorandus Palatinus prefatam ordinacionem coram nobis eisdem concessit, predictas possessiones eidem emere permiserunt. Cuius mete possessionum supradictarum in litteris Capituli de Posga plenius continentur. Vt igitur huius facti series per nos rite et legitime conseruata robur perpetuum optineat, presentes contulimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Symaragdi Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij anno Domini millesimo CC° quadragesimo octauo, Regni autem nostri anno decimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, vörös-sárga zsinóron függő pecséttel, a hg. Eszterházy család levéltárában.)

182.

IV. Béla király megerősiti Konstantin mester, székesfehérvári káptalani dékán számára a Moha birtokát tárgyazó szerzeményi okmányokat. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cvmanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Justa petencium desideria gratum debent optinere fauorem, ut affectus subditorum continuum suscipiat incre-

mentum apud Principes, quibus fideliter famulantur. Hinc est, quod ad uniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Magister Constantinus Decanus Ecclesie Albensis fidelis noster ad nostram accedens presenciam humiliter supplicauit, ut priuilegia Capituli Albensis, nec non Cruciferorum Domus Hospitalis super terra sua in Moha nobis exhibita nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius precibus annuentes tam litteras Capituli, quam Cruciferorum de uerbo ad uerbum presentibus duximus inserendum. Quarum tenor talis est :

(Következik a székesfehérvári káptalan és a keresztesek székesfehérvári konvetjének négy 1243-ki kiadványa, mint fentebb 94—97. szám alatt).

Nos igitur, quia priuilegia prenotata diligenter inspici fecimus, et ea iuste et legitime confecta reperimus, nec aliquam in eis maculam notare potuimus, ad preces Magistri antedicti presentis scripti patrocinio et dupplicis sigilli nostri munimine fecimus conformari. Datum anno Domini millesimo CC° XL° octauo, quinto kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno tercio decimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király pecsétje vörös-sárga selyemzsinóron függ, a főmélt. hg. Batthyányi család körmendi levéltárában.)

183.

IV. Béla király Herbord comest Osl comes fiát a Dráván túl Zala vármegyében fekvő Raszina helységével megadományozza. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris, salutem et omne bonum. In partem cedit sollicitudinis nostre metiri circumspeccionis Regie aspectibus nostrorum merita subditorum, et quos

continue fidelitatis nexus et seruiciorum eminencium frequencia stringit, nobis vberiori nostre gracie munere confouere. Proinde ad vniuersorum presencium et posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod animo reuoluentes dilecti et fidelis nostri Comitis Herbordi filij Osl Comitis continue fidelitatis obsequia, que a tenera adhuc etate nostra pariter et sua in nostra curia educatus, sine intermissione nobis exhibuit, tunc in mente statuimus, eum prouehere munificencie Regie donatiuis; et ut quedam de multis fidelitatis eius obsequijs, que longum foret omnia enarrare, presentibus exprimamus, vice quadam in Ruscia, sub magna porta Gallicie, que uocatur Vngarica, nobis nostrisque Baronibus in expedicione presentibus, laudabiliter dimicando, dehinc eciam super fluuium Denisztur viriliter coram nobis prestitit in conflictu. Reuersus autem nobiscum in corpus Vngarie, sepius legaciones nostras detulit extra Regnum; processu uero temporis cum Regnum nostrum Diuino iudicio, cui resisti non potest, inuasit gens pestifera Tartarorum, ipse tam possessiones, quam omnes fratres et consanguineos suos, et alios caros relinquens, in nostro seruicio nobiscum ad partes maritimas transiuit, ubi cum nostro lateri per suum continuum seruicium adhesit, custodie karissimi primogeniti nostri Stephani Regis Illustris, eum cum grandi fiducia duximus deputandum, statuendo eum ad habitandum in Castro Clyz, in domo proxima ad eundem karissimum primogenitum nostrum antedictum, ut tempore periculi tunc imminentis, eum lateri suo uelud quoddam propugnaculum haberet proximum atque fidum, vbi fidelitatis eius nitor precipue claruit coram nobis, qui tam in terra quam mari nobis eo tempore inpendit laudabiles famulatus. Redeuntibus autem nobis de partibus martimis duce Christo, accidit contra Ducem Austrie nos exercitum commouere, in quo, sicut et in alijs conflictibus, nobis honorifice deseruiuit. Demum uero sub castro Kwszug, vbi cum suis tam caris quam familia commendabilibus actis extitit triumphator, decem numero de suo consorcio sunt letaliter uulnerati, per quorum victoriosum conflictum nobis idem castrum reddidit nis celestis. In memoriam igitur tot et tantorum seruicior(um eiu)s non tamen in plenam recompensacionem, cum longe minus sit, quod ei offerimus in pre-

senti, quam que ab eo suscepimus indecidue fidelitatis et eminencium seruiciorum munera frequentata, possessionem quandam nomine Raszna ultra D(rauum in) Comitatu Zaladiensi existentem, eidem Herbordo Comiti et suis heredibus, heredumque successoribus, sic pure ac plene contulimus iure perpetuo possidendam, ut tam donandi, quam vendendi, seu dimittendi, in ultimo testamento cuicum(que voluerit liberam et a)bsolutam habeat facultatem, sub eisdem terminis seu metis, et cum omnibus pertinencijs, quibus fratri suo bone memorie Benedicto quondam Episcopo Jaurinensi, quo defuncto eadem possessio ad nostras manus extitit deuoluta, contule(ramus eandem. Term)ini autem possessionis ipsius, sicut per litteras dilecti et fidelis nostri Dionysij Palatini et Comitis Posoniensis, tunc Bani tocius Sclauonie nobis constitit, hoc ordine distinguntur. Incipit igitur ab oriente ex parte terre Beryvoy, ubi duo fluuij iunguntur, qui Ilseuch vocantur, et ibi est meta terrea, et ibi tenet metam cum ipso Beriuoy filio Vidus, et parum inferius descendendo, tenet ad Opoy, et ibi est meta terrea, et inde descendit ad vnum riuulum, qui uocatur Mortunp(oto)ka, et inde descendit ad alium riuum, qui vocatur Colbaznuk, et ibi est meta; et per eundem riuum tendit inferius in minorem Razyna, et ibi transit minorem Razynam ad quandam pirum, in qua est crux, et sub eadem meta terrea; inde ascendit ad vnum monticulum, qui berch dicitur, — — — — — —, ubi est meta sub fago, et in ipsa arbore crux in consuetudinem mete; inde descendit in quandam vallem, vbi duo riui iunguntur, et transit riuos, et vadit ad vnum monticulum, vbi est meta terrea; inde descendit in vallem, vbi est meta sub fago, et in eadem crux continetur; et inde vadit ad magnam Razynam, ubi tenet cum Cornomero preambulo metas; inde in eadem Razyne uadit superius ad partem meridionalem, tenendo metas cum Cruciferis Sancti Sepulcri, et per eandem Razynam tendit superius, et tenet metas cum Castro Crisiensi, vbi est demus Zodislou; et inde in eadem Razyna vadit superius, et perueniet ad caput ipsius Razyna, et ibi quidam riuulus nomine Vepernuck cadit in caput Razyna; et inde in riuo Vepernuck uadit superius, et tenet metas cum Cercaburda; inde ascendit in montem ad partes occidentales, et ibi est meta terrea sub arbore, in qua est crux; et

inde tenet metas cum magno Mothmerio in Thoplica; et inde descendit et tendit ad vnum riuum, qui vocatur Dernouch; et inde vadit contra septentrionem, et tenet metas cum Zlouna; et inde perueniet ad magnam viam, et ibi in monte est meta, et tenet cum Stephano filio Pathay; et inde per eandem viam tendit in caput Zeguna, et tenet metas cum Vulchuk filio Wlchuk; et inde vadit per metas iuxta siluam et perueniet ad arborem cerasorum, et ibi est meta; et inde transit unam paruam siluam, et ascendit ad vnum monticulum, et ibi est meta sub arbore, et crux in eadem arbore; et inde in magnam viam, et in eadem via eundo, cadit in magnam siluam, vbi sunt cruces in arboribus pro metis, et tenet metas cum Georgio Comite filio Lukach; et inde per eandem magnam viam perueniet ad priorem metam, et sic terminatur. Ne igitur ipse, uel sua posteritas temporum curriculo super eadem possessione a quocumque valeat inquietari, seu aliquatenus molestari, presentes in perpetuam stabilitatem nostre donacionis, concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum anno Domini M° CC° XL° octauo, kalendis Maij, Regni autem nostri anno terciodecimo.

(A vasvári káptalannak XV. századi átiratából, a gróf Teleki család magyarországi ágának levéltárában Gyömrőn. Sok hibával kiadva Fejér által, Cod. Dipl. IV. k. 2. rész 31. l. Közli Szabó Károly.

184.

Ekch bán, és Tamás Oslnak fia IV. Béla király előtt Belud birtokra nézve egyezkednek. 1248.

Nos B. Dei gracia Rex Hungarie commendantes memorie significamus, quod constitutus coram nobis dilectus et fidelis noster Ekch Banus filius Ekch ex parte una, et Thomas filius Osl ex altera, idem Ekch Comes asseruit coram nobis et dixit, quod predium Belud, quod predictus Thomas Comes racione dotis et iudiciorum amiserat, et ipse secundum ordinem iuris euicerat, sicut eciam idem Thomas Comes dixit coram nobis, ad peticionem et instanciam dilecti et fidelis nostri Chak Magistri Tawarnicorum nostrorum et Comitis Suprvniensis reddidisset ipsi Thome Comiti tali modo, quod in octauis Sancti Michaelis coram Capitulo Albensi sepedictus Thomas Comes daret ipsi Ekch Comiti viginti marcas in moneta nostra, pro qualibet marca octo pensas, uel in argento, cuius decima pars comburetur. Quam siquidem summam pecunie si eo die integraliter non solueret, extunc in antea sepedictus Ekch Comes memoratum predium Belud absque prepedimento aliquo pacifice possideret et quiete.

(A székesfehérvári bizonyságlevélöbl mint alább 194. sz. a. a budai kir. kamarai levéltárban.)

185.

IV. Incze pápa Daniel galicziai királyt felkéri, hogy a német rend lovagait értesítse, ha a tatárok keresztény földre törni készülnek, 1248.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei carissimo filio Danieli Regi Russie Illustri, salutem et Apostolicam benedictionem. Quia pericula possunt facilius evitari, si contra ipsa per providentie clipeum muniamur, Serenitatem tuam rogamus, monemus, et hortamur attente, petentes pro munere speciali, quatenus quam cito tibi constiterit, quod Tartarorum exercitus versus Christianitatem dirigat gressus suos, id dilectis filiis fratribus de domo Theotonica in Russie partibus commorantibus, intimare procures; ut cum hoc per eosdem fratres ad notitiam nostram pervenerit, qualiter ipsis Tartaris viriliter cum Dei adjutorio resistamus, possimus maturius cogitare. Datum Lugduni XI. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

(Turgenev, Historica Russiae Monimenta, I. köt. 68. l.)

186.

IV. Incze pápa a segniai püspöknek megengedi, hogy egyházi könyveiben a glagolita betűket használhassa. 1248.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Episcopo Seniensi salutem et Apostolicam benedictionem. Porrecta nobis tua petitio continebat, quod in Sclauonia est littera specialis, quam illius terre clerici se habere a Beato Jeronimo asserentes, eam obseruant in Diuinis Officiis

celebrandis. Unde cum illis efficiaris conformis, et in terre consuetudinem, in qua consistis Episcopus, imiteris; celebrandi Diuina secundum dictam litteram a nobis suppliciter licentiam postulasti. Nos igitur attendentes, quod sermo rei, et non res est sermoni subiecta, licentiam tibi in illis dumtaxat partibus, ubi de consuetudine obseruantur premissa, dummodo sententia ex ipsius varietate littere non ledatur, auctoritate presentium concedimus postulatam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni III. kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia, I. köt. 78. l.)

187.

IV. Incze pápa Ugrin spalatoi érseknek a palliumot küldi.
1248.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri D. Episcopo Scardonensi salutem et Apostolicam benedictionem. Cum pallium, insigne videlicet episcopalis officii fuisset a nobis ex parte dilecti filii U. Electi Spalatensis cum instantia postulatum, nos eius supplicationibus annuentes ipsum de corpore Beati Petri sumptum sibi assignandum per te duximus destinandum. Ideoque fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus illud ei assignes sub forma, quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam, et ab ipso nomine nostro et Romane Ecclesie sub forma, quam sub eadem bulla tibi dirigimus, fidelitatis recipias juramentum. Formam autem juramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per ejusdem patentes litteras sub sigillo signa-

tas per proprium nuntium quantocius studeas destinare. Datum Lugduni VII. idus Martii, Pontificatus nostri anno quinto.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 272. l.)

188.

IV. Incze pápa Raguza várost inti, hogy az antivariakkal békére lépjen. 1248.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Comiti et aliis nobilibus et populo Aragusiensi salutem et Apostolicam benedictionem. Procurante paci contrario inter vos ex parte una, et cives Antivarenses ex altera, gravis discordia, ut accepimus, est exorta. Cum igitur tam iis qui longe, quam iis qui prope sunt, pacem omnimode affectemus, Uniuersitatem vestram rogandam in Domino duximus attentius et monendam, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus pro nostra et Apostolicae Sedis reverentia a praedictorum civium molestia et iniuria desistentes, pacem cum eis et veram concordiam habeatis, ut unum inter vos de cetero charitatis sit vinculum, quos seiunxit hactenus discordiae seminator. Datum Lugduni V. kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno sexto.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 101. l.)

189.

Pál országbírónak bizonyságlevele, hogy a vasmegyei várjobbágyok elismerték, mikép egy Répcze melletti malom Artuna tulajdona. 1248.

Nos Paulus Comes Zaladiensis et Judex Aule Regie ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam uolumus fieri manifestum, quod (iobagiones) Ferrei Castri, quorum nomina sunt hec; videlicet Paul de Choy, Bana de Gely, Georgius de Olody; Symoum filius Belkvs, Ly — — — — — — — — maior preconum, Laurencius filius Tyvan major (eiusdem) Castri, nec non alij iobagiones pari uoto; Artunam filium Sandur ad pres(enciam Vi)ceiudicis nostri in causam legitime traxissent super uno molendino, quod est iuxta fluuium Rabacha positum, dicentes illud Castri — — — — — — idem Artuna respondens dixit, suum esse illud molendinum hereditarium ab antiquo, quod etiam ydem longe ante ab eodem requisi — — — — venerabili patre Heymone Dei gracia Wachyensi Episcopo; necnon Herrico Comite Ferrei Castri existente, qui tunc tempore iudices erant super reuocandis (— — — — — — — Re)ge constituti, cum priuilegio eorundem sibi confirmatum asserebat; quod idem Artuna in die probacionis, scilicet in octava Sancti Regis — — — — — — — — — in litteris Viceiudicis nostri ante memorati perspeximus, comprobauit. Quibus inspectis, et earundem continencijs fidem plenam adhibentes, ipsum — — — Artuna eo iure, quo ante possederat, duximus relinquendum; tandem cum iobagiones, prenominati in octava Beate Virginis — — — — — — — — — — — Regis accessissent, una cum Artuna coram nobis constituti, eo quod ampliori testimonio causa ipsius confirmare debeat — — — — — — — — — — nobis fuit debitum, ad eosdem fecimus inquisitionem; super quo ijdem viva uoce, quia falso tramite procedere se recognoscentes — — — — — — — — excedere nolentes, coram nobis sepedictum molendinum dicto Artuna, prout decebat, in pace relinquerunt

possidendum — — — — — — — — — — — nobis firmiter ordinata in elapsu temporum tam pur eosdem, quam per heredumque successores, posset in deterius rebructari, litt — — — — — — munimine duximus imperpetuum communiri. Datum ab Incarnacione Domini M° CC° XL° VIII°, in octava Nativitatis Beate Virginis — — — — — — —

(Az eredeti után Ráth Károly Hazai Okmánytár IV. köt. 32. l.)

190.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogg Ondurnuch Péter comesnek özvegye hitbérére nézve ki volt elégitve. 1248.

A B C D

Ph. Prepositus et Capitulum Strigoniensis Ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Noticie omnium tenore presencium duximus significandum, quod domina Ondurnuch Comitis de genere Cuplan, relicta Petri Comitis filij Fuurh, in nostra constituta presencia proposuit et confessa est, quod a filio suo Andrea coram nobis tunc presente, quem de eodem Petro Comite genuerat, pro dote sua recepit duodecim marcas argentj, et residuum debitj, in quo secundum Regni consuetudinem pro dote sua eidem tenebatur, liberaliter totum remisit. Ita tamen, quod neque dicta domina, nec aliquis de consanguineis eiusdem dictum Andream pro dote supradicta valeat inposterum molestare. Et hoc pro bono pacis et amore filij, ut ipsa cum eodem predicto filio, et filius cum eadem pacifice et sine aliqua offensione posset commorari. Nos igitur ad instanciam et peticionem eiusdem domine, filio suo supradicto Andree litteras nostras testimoniales concessimus sigilli nostri munimine roboratas.

Datum anno Domini M° CC° XL° octauo, per manus Georgij Lectoris Strigoniensis.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a sárga-violaszinű zsinoron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

191.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Salamon nemzetségbeli Farkas és testvérei Miklós Istvánnak fiával peres birtokukra nézve egyességre léptek. 1248.

Capitulum Ecclesie Geuriensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis auctore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Forcasius de genere Salomonis pro se et suis fratribus, uidelicet Jacobo, Petro, Benedicto et Paulo ex una parte, et Nhicolaus filius Stephani ex altera, ad nostram accedentes presenciam; predictus Forcasius dixit, quod ipse et sui fratres terras Vithalis filij Beche, decedentis sine herede, sitas in villa Salomon et Votha, super quibus ipsum Nicolaum traxerant in causam, mediantibus probis viris p — — — — eos reforma — — — eidem Nicholao libere et pacifice dimisissent perpetuo possidendas; presertim cum ipse Nicholaus illas terras cum sua propria pecunia remutauerit de relicta predicti Vitalis. Nos igitur ad peticionem ipsius Forcasij prefato N., ut illas terras possit de cetero sicut proprias possidere, presentes concessimus litteras nostri sigilli munimine roboratas, anno Domini M° CC° XL° VIII°. Chepano Preposito, Sike Cantore Thoma Custode, Micone Decano, Viruntone Archidiacono Geuriense existentibus.

A B C D

(Az eredeti után Véghelyi Dezső, Hazai Okmánytár I. köt. 25. l.)

192.

A pécsi káptalan átírja egyik régibb Bedech és Terpycz birtokok eladását tárgyazó bizonyságát. 1248.

C B A

Farcasius Quinqueecclesiensis Prepositus tociusque eiusdem loci Capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Presenti conscripcione vestram ad noticiam volumus deuenire, quod Iwanka Comes filius Abraham de genere Sudan nobis presentauit quoddam priuilegium nostri appensione sigilli roboratum; cuius tenor est iste:

Garinus Prepositus stb. (következik a pécsi káptalannak 1232-ki bizonyságlevele, mint a jelen gyüjtemény I. kötetében 326. sz. a.

Et quum istius priuilegij aliam particulam, que nostra remansit in Camera, cum pluribus alijs perdidimus in tempore Tartarorum, timentes ne ipsi Iwanka Comiti pro illa perdicione possit dampnum peruenire; ad ipsius peticionem iustam et honestam ipsum dignum duximus priuilegium renouari. Annus autem renouacionis est M° CC° XL° VIII° ab Incarnacione Domini, mensis Aprilis. Dictum itaque priuilegium, quod ipse Comes Iwanka nobis presentau't, ad maiorem certitudinem, quamuis necesse non fuisset, cum alia particula presentis priuilegij in camera Ecclesie nostre fecimus conseruari. Jurkone Cantore, Theodoro Custode, Arnoldo Decano, ceterisque ibidem quam pluribus existentibus. Datum per manus Petri Lectoris Quinqueecclesiensis.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a függő pecsét már elveszett, a főmélt. hg. Eszterházi család levéltárában.)

193.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Choba comes Chobawar és Sebsa praediumokat bizonyos feltételek alatt fiának Kozmának átengedte. 1248.

Farkasius Quinqueecclesiensis Prepositus totumque eiusdem loci Capitulum vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati vestre presenti cedula innotescat, quod Choba Comes nostra constitutus in presencia, confessus est, se Cosme filio suo ibidem presenti duo predia, que ipse de propria emit pecunia, quorum ista sunt nomina: Chobawara, in quo idem Choba Comes ecclesiam edificauit in honore Beatissime Virginis Marie, et Sebsa, cum omnibus eorundem pertinencijs, videlicet terris arabilibus, vineis, pratis, siluis, duobus seruis Wlcone et Fertone nomine, et quodam libertino, qui Zucha nominatur, tribus ancillis, que Draga, Maguich et Holmas uocatur, cum aratro bouum, centum porcis contulisse; ita videlicet, quod idem Cosmas iam dicto patri suo fideliter debet famulari, quamdiu uixerit, et omnimoda necessaria ministrare, cum sacerdote et clerico, qui ei Diuina cotidie celebrabunt; et quod ipsius Cosme fratres, Petrus videlicet, et Matheus, de supradictis predijs et eorum pertinencijs ab eodem nichilum ualebunt repetere in futuro; eisdem etenim de omnibus patris facultatibus eius erat plenarie satisfactum. Nos autem ad instanciam precum ipsius Choba litteras presentes nostri appensione sigilli roboratas predicto Cosme contulimus rei geste memoriam continentes. Datum anno Domini M° CC° XL° VIII°; Jurkone Cantore, Theodoro Custode, Andrea Decano; mense Augusto, ceterisque quam pluribus Canonicis existentibus.

(A pécsi káptalannak „nobilis iuuenis Comitis Dominici Vossigij dicti“ kérésére 1312. kiadott átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

194.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy az Ekch bán és Tamás Olsnak fia közt Belud birtokra nézve kötött egyezkedés foganatosittatott. 1248.

A B C D

Capitulum Ecclesie Albensis vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Uniuersitati uestre tenore presencium duximus significandum, quod nobilis vir Ekch Banus, Comes de Worosd, ad nostram personaliter accedendo presenciam obtulit nobis litteras domini Regis sub hac forma:

Nos B. Dei gracia Rex Hungarie stb. (mint fentebb 184. sz. a.)

Igitur termino premisso adueniente, idem Ekch Banus nostre se personaliter presencie presentando confessus est, dictas viginti marcas per Thomam Comitem filium Osl memoratum sibi plenarie fuisse persolutas; quibus contentus antedictum predium Belud eidem Thome Comiti et suis heredibus reliquit et restituit in pace in perpetuum possidendum; renuncians omni iuri et accioni, que occasione dotis et iudiciorum predictorum contingere potuisset aliquatenus se moueri contra T. Comitem sepedictum uel eiusdem successores. Quia igitur fines causarum in ambiguum plerumque et in irritum obliuione preualente solent redigi, nisi testimonio commendentur litterarum, ideo presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas ad peticionem utriusque partis, Thome Comiti, et per eum suis successoribus concessimus. Anno Domini M° CC°XL° octauo, quinto ydus Octobris Magistro Achylle Ecclesie nostre Preposito, Jacobo Cantore, Acus Custode, Mathya Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.

195.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Jakab Jánosnak fia bizonyos földbirtokot nejének Lőrincz Tyván fiának átengedett. 1248.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo omnibus notum facimus, quod Georgius filius Wota, Tyburcius filius Inse et Paul filius Matha ad nostram accedentes presenciam professi sunt, quod consanguineus eorum, Jacobus scilicet filius Johannis terram suam empticiam ex parte Endri ad ipsum deuolutam dedisset ex eorum consensu genero suo Laurencio scilicet filio Tywan, relinquentes eandem terram ipsi Laurencio sine contradiccione pacifice et perpetuo cum omnibus edificijs et loco turris possidendam; scilicet cum insula, in qua dictus Jacobus turrim inchoarat, ita quod eciam antedictus Georgius se obligauit ad iustificandam et liberandam eandem terram ab omni lite. Egreditur itaque, sicut predictis uiris referentibus didicimus, terra supradicta ab aqua Mirod versus meridiem sub molendino Farcasij, habens ibi metam sub piro; inde tendit ad septemtrionem, et ad longitudinem unius iugeris habet duas metas, in quarum medio transit uia magna; item vadens ad septemtrionem unius iugeris ad longitudinem uenit ad magnum collem, quem relinquens ad septemtriorem flectitur versus orientem in uia ad angulum luci in fine uille in capite fontis. Vt igitur hec donacio rata sit in perpetuum presens scriptum contulimus sigilli nostri federe communitum. Paulo existente nostro Preposito, Cantoria vacanie, Ombud Custode, Eymirico Decano. Anno Domini M° CC° XL° VIII°.

(Eredetie a Rumy család levéltárában; másolata a Magyar Akademia kézirati gyűjteményében.)

196.

Miklós Vas vármegye főispánjának intézkedése Jakob János fiának veje Lőrincz számára tett birtokátengedés tárgyában. 1248.

Nos N. Comes Castri Ferrei notum facimus omnibus (presentes) litteras inspecturis, quod Georgius filius Wota, Tyburcius filius Inse, Olotov filius Gonov, et Paul filius Matha, ad nostram accedentes presenciam, Laurencium filium Tywan homine nostro accepto traxerunt in causam, et egerunt contra ipsum pro quadam terra Chacan nomine, quam Laurencius ab ipsis manu uiolenta retineret. Laurencius uero respondit, quod sibi Jacobus filius Johannis terram suam empticiam ex parte Endri ad ipsum deuolutam dedisset ex consensu eorum genero suo Laurencio prenotato, et super hoc haberet litteras Capituli Sancti Michaelis de Castro Ferreo. Predicti autem homines contradicere intendebant litteris. Die autem demonstracionis litterarum prelibati homines litteris contradicere non presumpserunt, scilicet dixerunt, quod ex consensu ipsorum et cognatorum suorum Jacobus terram prenotatam Laurencio dedisset pacifice perpetuo possidendam. Et ad confirmacionem et corroboracionem litterarum Castri Ferrei, et ex consensu eorundem litteras nostras eodem tenore, sicut in litteris Capituli continentur, concessimus.

(Következik a 195. sz. a. okmány; U. o.)

197.

Választott bíróságnak bizonyos birtokosztályt tárgyazó intézkedése a pannonhalmi apátság és a templariusok közt. 1248. körül.

Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Magister Michael filius Apa Comitis, Chepanus filius Petri, Marcellus de Berencha, Henricus de Bana, Dionisius de genere Rusd, Oltus de Vigman, Marcellus de genere Olup, Benka de genere Gug, Comites cum omnibus cognatis eorum, et ceteri quam plurimi in Diocesi Jauriensi et Kamariensi existentes salutem in Domino. Vestre nobilitati significamus, quod cum quibusdam diebus assignatis iuris ordine, et iuxta mores patrie dispodituri processissemus inter Ecclesiam Sancti Martini ex una, et Magistrum Templi ex altera partibus super controuersia terre Zeuleus, pars utraque sic se nostro arbitrio obligauit, ut si quis eorum nostrum arbitrium refutauerit, centum marcas parti aduerse soluere teneretur. De qua terra nos hujusmodi fecimus disposicionem; ut ipsi primitus terram Regine de communi assensu restaurarent, ita quod de quadraginta funiculis, quod vulgo *fiu* vocatur, sex darentur populis Regine, et reliqui diuiderentur ab Ecclesia Sancti Martini per medium; et medietatem Templarii acciperent, et insuper sexaginta iugera, de sylua vero nec Cruciferi, nec populi Regine partem aberent, nisi Ecclesia Sancti Martini, sed stagnum tantum commune esset cum Cruciferis. Vineas vero, si qui primi plantauerant super illius terre promuntorio, ydem ipsi possiderent; sed amplius sine assensu Ecclesie Sancti Martini plantare non permitterentur. Ad cuius terre diuisionem de nostris sociis misimus, scilicet Marcellum, Chepanum, Oltum, Benkam Comites, qui utrisque partibus diem assignauerunt ad terram diuidendam. Ad quem die assignato Decanus Ecclesie Sancti Martini cum quibusdam fratribus et iobagionibus comparuit. Vbi dictus Magister nec comparuit, nec loco sui misit; sed solummodo unus de iobagionibus prestetit, qui super diuisione terre a nobis iusticie postulabat complementum. Cuius peti-

cioni non annuimus sine litteris domini sui, sed iterato sibi terminum prefiximus. Ad quem unus frater accessit de Templariis, cui cum satisfacere voluissemus, huiusmodi intulit uerba, quod nos mediam partem dicte terre sibi traderemus, et insuper sexaginta iugera. Nos vero eius peticioni satisfacere non ualentes, quia cum dominus Abbas voluisset justiciam facere populis Regine, ipsi noluerunt, et sic populi Regine inspecta injusticia aduerse partis nos proibuerunt, et taliter iustiori parti satisfacere nequiuimus. Verum quia in terminibus (így) premissis in eis fore nullam iusticiam perspeximus, consilio Collegii Nobilium et assensu ad personam propriam Magni Magistri nostras litteras transmisimus, ut se nostro conspectui presentaret satisfaciens. Igitur domino Abbate comparente cnm fratribus, ipse non comparuit, sed loco suo fratrem suum misit; qui frater dura ceruice existens, et ad collegium Nobilium et locum assignatum, scilicet ad ecclesiam Sancte Margarethe venire contempsit; similiter sequenti die ad ecclesiam Sancte Crucis de Bana vocatus venire denegauit; et sic nullam iusticiam inter eos facere potuimus. Huius facti nos testes sumus et testimonium perhibemus, et has litteras sigillis quorundam Comitum sigillauimus, scilicet Apa, Marcelli, Chepani, Dionisij; quia omnes propria sigilla non habemus.

(Eredetie bőrhártyán, a pannonhalmi főapátság levéltárában. V. ö. Pesti Frigyes közleményét a Magyar Akadémia 1861-ki Értesítőjében, törv. és tört. oszt. II. köt. 151. l.)

198.

Spalato város biráinak bizonyos malomvámot tárgyazó itélete. 1248.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MCCXLVIII. mense Decembri die XXII. intrante Indictione VII.; praesidente domino Joanne Spalatensi Archielecto, tempore Desae Michaelis, Joannis Vitalis et Dobri Brasich Judicum. Cum nos siquidem supradicti Judices ex injucto officio sederemus, in curia generali jus suum cuique tribuendo, supervenientes Desa Corbi Canonicus, et Desa Ivani, Procuratores Curiae Archiepiscopalis, conquesti sunt coram nobis de Joanne Duimi, qui sibi dare denegabat de quodam molendino suo justitiam debitam Sancti Domnii, sicut et alia molendina Salonae solvebant. Qui cum per contrarium responderet dicens, nihil sibi dare debere, et nihil aliquid certum ostenderet; et dicti Procuratores in continenti ostenderunt quamdam sententiam definitivam, latam per Judices Duimum Fiorini patrem ipsius Joannis, et Micham Madii Soppe super ipsius molendini placito olim etiam promulgatum. Qua perlecta, et a nobis plane intellecta concorditer cum communi consilio approbavimus, et eadem confirmavimus sententiando; et ipsi Joanni praecepimus, ne de cetero similia praesumeret attentare. Testes sunt Joannes Buccasius et Joannes Cindri.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 273. l.)

199.

IV. Béla királynak Kaetetiv és Bolcsar nevű földeket tárgyazó adománya a scenai vendégek számára. 1249.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus salutem in eo, qui est uera salus. Cvm in multitudine populorum gloria consistat Regum, et in eius numerositate magnatorum potencia glorietur; prouidencie conuenit excelsorum, ut ad augmentacionem populorum sibi subiectorum uigilanter insistant, ut cum ab eis procedat profectus utilitatis, ab ipsis eciam consequenter honoris materia proueniat et uirtutis. Proinde ad vniuersorum noticiam peruenire uolumus presencium per tenorem, quod accedentes ad presenciam (nostram) hospites nostri de Scena, nostre Celsitudini supplicarunt humiliter et deuote, ut cum terra eorum colligendis ibidem populis pro araturis non sufficeret, nos ipsis terras Kaetetiv et Boltsschar in Comitatu Noui Castri existentes, terris eorum adicere et eis concedere ex plenitudine nostre gracie dignaremur. Nos igitur profectum subditorum nostrorum utilitati proprie preferentes, graciose admisimus postulata, dantes eisdem populis tam collectis, quam et adhuc ibidem colligendis, ex liberalitate Regia prefatas terras Kaetetiv et Boltsschar, exemptas a Comitatu Noui Castri cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis perpetuo possidendas sub eisdem metis et terminis, sicut dictum Castrum ipsas hactenus dinoscitur possedisse. Statuimus preterea, ut omni libertate gaudeant, qua ex concessione nostra hospites nostri de Kassa perfruuntur, tam in decimis exoluendis, quam in iudicijs, seu eciam in omnibus alijs in eorundem priuilegio nominatim per singula et articulatim expressis. Ad hec prefati hospites nostri de Schena de singulis mansionibus suis eundem censum nobis soluere tenebuntur per omnia, quem sepedicti populi de Kassa de suis mansionibus nobis soluere annis singulis consueuerunt. In possessionem uero predictarum terrarum eosdem per Tecus Comitem de Sarus fide-

lem nostrum fecimus introduci. Ut autem premissa omnia robur optineant perpetue firmitatis, nec processu temporis ualeant ab alicuius malicia irritari, presentem litteram prenominatis populis nostris de Scena dedimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno gracie millesimo CC° XL° nono; idus Aprilis, Regni autem nostri anno quartodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-violaszinű selyemzsinóron függő pecsét töredékével a budai kir. kamarai levéltárban.)

200.

IV. Béla királynak adománya Pál országbiró és zalai főispány számára. 1249.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium Saluatore. Aule Regie fideliter obsequentes tanto largiori prosequendi sunt munere, quanto se bonis studijs ceteris preferunt, ac seruiciorum exhibicione. Proinde ad noticiam vniuersorum tam presencium quam posterorum harum serie volumus peruenire, quod cum Paulus Aule nostre Judex et Comes Zaladiensis dilectus et fidelis noster omnibus suis diebus sibi penes nostram Celsitudinem merita cumulauit, quod diuersa virtutum suarum insignia postulent ex condigno, vt non solum ex genere seruiencium ex bonorum operum magnanimitate inter primos et precipuos Regni nostri numeretur. Cuius vt obsequia ad informacionem succedencium in medium deducantur, opera ipsa nos ammonent et inducunt. Nam vt virtutes sue, quibus adhuc in iuuenili etate florescebat, elucescerent, maturate quemdam infidelem nostrum Boyzen nomine in insula, vnde ipse, solus solum alium pugna sua viriliter obtinuit captiuatum. Item in expugnacione Castri Clich quen-

dam fratrem eiusdem nomine Damald similiter captiuatum abducendo, in absolucione eiusdem alios duodecim nobiles nostros de captiuitate hostium liberauit. Preterea idem fidelis noster ad incrementum laudis Regie semper aspirans, in obsidione castri Ruthenorum Galich nomine, quandam aciem clam in nostrum exercitum irrumpere cupientem militari bello prohibuit, quod nostro exercitui non potuit quid nocere. Et iterum alia vice pedestrem aliam aciem Rwthenorum, dum super nostrum exercitum irruisset, plus ipse ceteris honoris nostri conseruacioni vigilanter insudando, hostili pugna inuadens, illam milicie sue viribus fugauit, secum tam acriter decertans, quod nobili et forti dextrario suo sub ipso occiso, licet triumphasset de hostibus, se tamen ibidem vix de mortis periculo potuit liberare. Item ab omni latere ad eleuacionem titulorum Regni et Corone fideliter elaborans, cum quodam tempore Teuthonici duo castra, Peristhan scilicet et Landigh occupata tenerent, tanquam strenuus persecutor iniuriarum nostrarum et Regni de mandato nostro exercitu congregato dicta castra obsedit, et ipsa de manibus inimicorum eripuit viriliter et potenter. Ad hec cum processu temporis Teuthonici aquam Mura preclusissent, et pretextu ipsius clausure eadem aqua occuparet terras plurimarum villarum et submergeret; ipse ad partes illas veniens, memoratam dissoluendo clausuram, villas indemnitati pristine restituit, dictis Teuthonicis prohibentibus et inuitis. Item in generali vastacione Tartarorum, quando communiter et nobiles et populares Regni nostri pro conseruacione vite sue ante faciem eorum fugiebant, zelo fidelitatis accensus, imo pocius virtute propria animatus, ad Danubium cum copiosa multitudine armatorum se preparando, tamdiu transitum prohibuit Tartarorum varijs fortune casibus intrepide se subijciendo, donec ab eorum impetu quisque sane poterat se saluare; post eorum autem recessum ipse prius pre ceteris nobilibus Regni vltra Danubium veniens, tam in eisdem, quam in Transsiluanis partibus fures et latrones, qui tunc in eisdem locis plures solito surrexerant, extirpando, et justo mediante judicio condemnando, dispersos vndique populos recollegit, collectosque et inuentos manutenendo fideliter et conseruando, salifodinas aperuit, et cuncta perficere studuit, que et reformacioni Regni sciebat, et vsui

Regio expedire. Insuper in exercitu nostro contra Austriam ducto, in quo eciam Dux Austrie a nostris fuit hostiliter interemptus, tam laudabiliter dimicauit vna cum alijs fidelibus Regni nostri, quod ibidem vsque ad mortem wulneratus a Teuthonicis tandem extitit captiuatus cum alijs septem nobilibus nostris, et tam se, quam prefatos septem nobiles secum captiuatos mille marcis argenti redemit, quas sicut pater damno suo non modico conquisiuit. Suorum autem excellencium meritorum memorie commendandorum in recompensacionem preteritorum, nobis et Regno fideliter exhibitorum, et vt habilior ad alia reddatur obsequia, que nobis in futurum exhibere poterit; sibi contulimus possidendas quasdam terras, quarum nomina sunt hec: in Comitatu Byhoriensi terram ville Zwdan, Wkan, Keer, Belchyeo juxta Crysium; item terram Borok juxta medium Crysium, et terram Zaram; item terram Hewyo et terram Bekaly; item terram Fyld et terram Almas; item in Comitatu Zolnokiensi terram Kazawar, Zomus, populorum Towtoloy, et terram Zonuk hospitum Castri Zonwk; item in Comitatu de Karazna terram Zwan, Nogffalw, Wolko. Istarum autem collacionem terrarum sibi fecimus sub hac forma; quod sicut donaciones consimiles factas a nobis alijs nobilibus Regni nostri ratas seruauimus atque firmas, memorato fideli nostro Paulo Comiti et suis heredibus prescriptarum terrarum donacionem illibatam et firmam promittimus obseruare. In cuius rei euidenciam et testimonium presentes sibi concessimus litteras sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono XII. kalendas Februarij, Regni autem nostri anno quinto decimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a főmélt. hg. Batthyáni család levéltárában.)

201.

IV. Béla király Agnes, Péter Zabuszló fia nejének megengedi, hogy hitbéréről intézkedhessen. 1249.

Nos Bela Dei gracia Rex Hungarie etc. memorie commendantes significamus, quod nobili domine vxori Petri filii Zobuslo dedimus licenciam relinquendi pecuniam et alia, que ex parte mariti sui pro dote sua habere poterit nepotibus suis, videlict filiis Jacov Comitis, quantum in nobis est; et quascunque idem Jacov Comes litteras Capituli Strigoniensis, seu Albensis, siue Agriensis, vel Budensis super ipsa donacione nobis detulerit, dictam donacionem nostro eidem priuilegio promisimus confirmandam secundum consuetudinem Regni. Datum Posonij tercia feria post quindenam Pentecostes.

(Garai Miklós nádornak 1416-ki átiratából; néhai Kazinczy Gábor közleménye.)

202.

IV. Béla király Péter Zoboszla fiának kérésére, nejének Agnesnek ezt tárgyazó intézkedését helybenhagyja. 1249.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt scrupulosa multorum intencio materiam in posterum habere non valeat accionis, dignum sibi Regia statuit Celsitudo, vt tractatus subditorum suorum authoritate litterarum testimonialium stabiliat et confirmet. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volu-

mus pervenire: quod constitutus in presencia nostra Petrus filius Zobuslo Comitis petiuit a nobis humiliter et deuote, vt defuncte vxori sue filio Petro ex benignitate Regia concederemus, vt pecuniam ac possessiones eius, quas ab ipso Petro marito suo dotis nomine possidebat, quia heredum carebat solacio, filiabus et nepotibus eius posset pleno iure relinquere possidendas. Nos autem peticioni eius fauorabiliter annuentes, dilectis et fidelibus nostris Albensi Capitulo nostris dedimus litteris in mandato, vt ordinaciones dicti Petri et Agnetis vxoris sue permitterent coram eis, et processus eorum seriem nobis, sicut ageretur, per ordinem nobis fideliter intimarent. Cuius litteras sigillatas tenorem ordinacionum dictarum continentes, recepimus sub hac forma:

Capitulum Ecclesie Albensis stb. (mint alább 207. sz. a.)

Nos autem premissa omnia rata habentes, quantum in nobis est, et firma, ac secundum consuetudinem Regni approbantes, authoritate litterarum presencium confirmamus communientes sigillo nostro duplici, ne contra ordinaciones pretaxatas valeat processu temporis calumpnia seu nocumentum aliquod suboriri. Datum anno Incarnacionis Dominice millesimo CC° XL° nono, nonis Octobris, Regni autem nostri quarto decimo.

(Garai Miklós nádor 1416-ki átiratából, néhai Kasinczy Gábor közleménye.)

203.

IV. Béla király helybenhagyja Péter, Zobuslo comes fiának intézkedését, mely által, fia nem lévén, birtokát leányaira hagyta. 1249.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo,

qui est salus omnium. Vt scrupulosa multorum intencio materiam in posterum habere non valeat accionis, dignum sibi Regia statuit Celsitudo, vt tractatus subditorum suorum authoritate litterarum testimonialium stabiliat et confirmet. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod constitutus in presencia nostra Petrus filius Zobuslo Comitis petiuit a nobis humiliter et deuote, vt possessiones, quas asserebat hereditarie possidere, cum heredum careret solacio, concederemus ex benignitate Regia, filiabus et nepotibus suis pleno jure relinquere possidendas. Nos autem peticioni sue fauorabiliter annuentes, dilectis et fidelibus nostris Albensi Capitulo, nostris dedimus litteris in mandato, vt ordinaciones dicti Petri et Agnetis vxoris sue permitterent coram eis, et processus sui seriem, sicut ageretur, per ordinem nobis fideliter intimarent. Cuius litteras sigillatas, tenorem ordinacionum dictarum continentes, recepimus sub hac forma:

Capitulum Ecclesie Albensis stb. (mint alább 208. sz. a.)

Nos vero premissa omnia rata habentes, quantum in nobis est, et firma, ac secundum consuetudinem Regni approbantes, authoritate litterarum presencium confirmamus, communientes sigillo nostro duplici, ne contra ordinaciones pretaxatas valeat processu temporis calumpnia seu nocumentum aliquod suboriri. Datum anno Incarnacionis Dominice millesimo CC° XL° nono, nonis Octobris, Regni autem nostri anno quartodecimo.

(Garai Miklós nádornak 1416-ki átiratából; néhai Kasinczy Gábor közleménye.)

204.

Pál országbírónak, a bakonybéli apátság és a korkori vár jobbágyai közti birtokrendezése. 1249.

Paulus Judex Aule Regie et Comes Zaladiensis vniuersis presens scriptum intuentibus salutem in eo, qui est salus omnium. Ad universorum volumus peruenire noticiam, quod constitutis ceram nobis partibus, videlicet Abbate et jobagionibus Monasterii de Beel ex una parte; et jobagionibus Castri Korkon ex altera, intelleximus partium consensu, terram dicti Monasterij, que communiter sita fuerat terre populorum de villa Scelch, aratris duobus subjectam, trecenta et quadraginta jugera in se continentem, juxta tenorem privilegij Illustris tunc Regis Bele felicis memorie, a terra prefate ville Scelch debere segregari. Nos itaque congruis parcium acquiescentes voluntatibus, mediante homine nostro Michaele de Gely terram ad duo aratra a terra sepedicte ville facientes separari propter cautellam altercacionis juxta priorem numerum jugerum a plaga septemtrionali sitam, tribus villis Castri Sproniensis, videlicet Keycuch, Geztey et Surch per crebras binas metas, vsque quo venitur ad Grenche, in possessionem dicti Monasterij fecimus assignari perpetuo possidendam. Ne igitur super facto dicte terre temporis processu nouacio vel lis aliqua oriatur pro distincte terre statu, ad parcium peticionem dedimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Dominice Incarnacionis M° CC° quadragesimo nono.

(Eredetie bőrhártyán a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

205.

Pál országbírónak Drug nevű földet tárgyazó itelete Lörincz mester és Drugi Miklós közt. 1249.

Paulus Judex Aule Regie Comes Zaladiensis vniuersis presens scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Ad vniuersorum uolumus peruenire noticiam, quod partibus coram nobis constitutis, videlicet homine Magistri Laurencij ex una parte, Nycholao de Drug ex altera, intelleximus, quod Magister Laurencius terram in Drug, ipsum Nycholaum et cognatos suos de iure contingentem, metis certis assignatam, mediantibus homine nostro Pasca, et fratre Domus Templi de Belo, ipsi Nicolao et cognatis suis resignasset perpetuo possidendam, saluo iure Ecclesie Beati Ladizlai obseruato. Hoc tamen interposito, quod patronatu prefate Ecclesie pretactus Nicolaus una cum sua cognacione et eorum heredes heredumque successores potirentur. Ceterum de duobus iugeribus singulis infra metas Nicolai et cognatorum suorum existentibus singule capecie anno futuro de presentibus annis seminatis, de populo ad Laurencium spectanti dicto Nicolao et cognatis suis soluerentur; et de injurijs et dampnis illatis dicto N. et cognacioni sue sepedicte, Magister L. iusticie per omnia fecisset complementum. Hee autem sunt mete terre supradicte: Prima incipit de Ragna iuxta molendinum, et vadit ad orientem, et sub magna ilice est meta; et inde vadit in Potockurmand, et secus Kurmand uadit uersus septemptrionem; et inde uadit ad orientem usque ad metam Regis; et inde uenit ad occidentem ad arborem *numuslou;* et inde uadit ad plagam meridionalem in longitudine jugeris, et inde uenit ad Minchiloutouel, et uenit per plagam occidendalem ad Kvrmand; et inde transit per Opacuta; et inde uenit ad Rogna, et sic mete terminantur. Vt autem series hujus rei et status inconcusse temporis processu possit permanere, ad robur et firmitatem

dedimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini M° CC° XL° IX°.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a főmélt. hg. Batthyáni család levéltárában.)

206.

István szlavoniai bánnak mint királyi kiküldött bírónak Podgoria várnak tartozékait tárgyazó itélete. 1249.

Stephanus Banus tociuз Sclauonie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Ad uniuersorum noticiam harum serie presentibus et futuris volumus peruenire; quod dominus Bela Illustris Rex Hungarie dedit nobis in mandatis, ut vice et pro persona sua terras Castri per totam Sclauoniam a tempore Colomani Regis felicis memorie a Castro alienatas judicaremus, et Castro restitueremus terras, quas sciremus Castri fuisse. Dum autem peruenissemus ad Podgoryam, tandem Alexander Comes de Podgorya, et omnes jobagiones Castri, et castrenses de Podgorya multas terras nomine Castri a filijs et generacione Priba impedierunt (így); vnde nos tam per occultam inquisicionem a jobagionibus, quam per publicum examen judicij, secundum quod a domino Rege habebamus in mandatis, ex terris a filijs et a generacione Pryba reambulatis, quas sciuimus fuisse Castri, eas Castro restituimus pleno jure; terras autem filiorum Pryba, quas Comes Alexander vnacum jobagionibus Castri et castrensibus eis in pace nomine hereditario relinquerunt, personaliter reambulantes, nomina ac metas earum in tenorem presencium conscribi singillatim faciendo eis confirmauimus, presentibus Alexandro Comite et jobagionibus Castri et castrensibus, ac in nullo contradicentibus, ymo fauentibus et consencientibus eisdem. Quarum quidem terrarum

nomina et mete separatim subscribuntur: Prima igitur meta terre Chebden, que est Thome, incipit ab oriente juxta fontem Dolych, et tendit versus occidentem bona longitudine, et venit ad arborem *horozt,* sub qua est meta terrea; hinc vadit in bono spacio, et cadit ad riuulum Chebden, et per eundem vadit bona quantitate, et exit versus meridiem ad metam terream, de qua procedit vltra nemus, et venit ad dumum piri, in quo est meta terrea semper a sinistro terre Jaztraburzca, et terra Zetane jobagionis Castri remanente, et ibidem cadit ad fontem Breznycza, et per eundem vadit superius, vbi fluuius Dalych cadit in Breznycham, et per Dolych reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Breznycha, que est Prybe, incipit a meridie juxta fontem Breznycha in arbore piri, hinc autem tendit versus orientem juxta vnam siluam, in qua idem Pryba est particeps, sicut aliquis ex commetaneis, et vadit bona longitudine, et cadit ad vnum fluuium Glogonchiz, per quam vadit parum perueniens ad metas Thome, vbi cadit ad predictum fontem Breznycha, per quem reuertitur ad metam priorem. Item prima meta terre Breznycha, que est eciam Prybe, incipit a meridie, vbi riuulus Brewenni cadit ad fontem Breznycha, et vadit versus orientem juxta eandem communem siluam, perueniens ad locum, vbi fluuius Chebden cadit ad Breznycham, per quem reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Chebden, que est filiorum Prybe, incipit ab oriente juxta puteum Berwenni in meta terrea circa arborem *keurus* posita; hinc vero tendit versus occidentem per nemus bona longitudine perueniens ad fluuium Chornamlaka, quem transiens peruenit ad arborem tilye, vbi est meta terrea; hinc venit versus aquilonem in veteri via, magna longitudine eundo declinat ad predictum Chornamlaka, per quem vadit ad caput Chornamlaka; inde procedit ad arborem *scil,* et hinc venit ad viam, per quam vadit juxta paruum nemus, et transito fine vnius jugeris cadit in aliam viam, in qua eundo peruenit ad metam terream; inde per eandem peruenit iterum ad metam terream positam juxta tres arbores ilicis; hinc flectitur in medio dictarum arborum versus oiientem, vnius jugeris longitudine eundo declinat versus meridiem per minimam valliculam trium jugerum longitudine; inde vero vertitur versus occidentem quantitate vnius jugeris, vbi cadit

ad siccum *potok,* per quem vadit ad caput fontis Chebden, per quem vadit inferius versus meridiem magna longitudine, et exit versus occidentem ad metam terream, de qua procedit ad arborem *scyl;* inde vadit ad metam terream; de qua iens reuertitur ad metam priorem. Contamei (ſgy, contermini) autem ipsius terre a parte occidentis sunt generaciones Cyvckoigi, a parte vero aquilonis et a parte orientalis forenses de Jaztraburzcka, et a meridie est Ztane jobagio Castri. Item prima meta terre Reka, que est Thome, incipit a meridie ab uno molendino, vbi simul cadunt duo riuuli, et vadunt superius iuxta vnum eorundem nomine Scitut ad aquilonem ad metam terream; hinc declinat versus occidentem, et vadit superius de fine vnius vinee super berz, vbi est meta super spina, et hinc vadit inferius ad meridiem per eundem berz, et declinat parum ad occidentem super fluuium, et ibi est meta terrea sub arbore nucis, a parte aquilonis jobagionibus Castri remanentibus; deinde declinat versus meridiem parum, et cadit ad metam priorem. Item prima meta terre Molona, que est Zporconis, incipit a meridie in meta terrea juxta riuulum Molona, et tendit versus orientem ascendens in berz, et peruenit ad verticem eius, vbi est meta terrea; inde tendit versus aquilonem in eodem berz magna longitudine perueniens ad metam terream; hinc descendens tendit versus occidentem ad tres paruos fluuios, et per medietatem dictorum fluuiorum cadit ad riuulum Molona predictum, vbi semper a dextro jobagionibus Castri et castrensibus remanentibus, per predictum autem fluuium Molona reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Cupuzdol, que est Zporconis, incipit ab oriente iuxta riuulum Moluna; inde vadit versus occidentem super berz, in cuius vertice est meta terrea; inde progreditur versus aquilonem per dictum berch, et itur longitudine trium jugerum; hinc autem reclinat versus orientem, et descendit per berz ad nominatum riuulum, quem transiens cadit ad riuulum Cupuz; et inde tendit versus aquilonem per medium eiusdem riuuli, et peruenit ad medium ville, vbi stat meta terrea; hinc autem venit versus orientem, et vadit inter duas vineas perueniens ad arborem piri, que est pro meta; et inde tendit versus meridiem per eundem berz bona longitudine, et peruenit ad metam terream; inde descen-

dit per berz versus occidentem, et cadit ad riuulum predictum, per quem riuulum reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Duorchenicha, que est Prybe, incipit ab oriente iuxta fluuium Duorchenicha, et ascendit versus occidentem in berz, in cuius vertice est meta terrea;. inde vadit versus aquilonem in via longitudine duorum jugerum, et peruenit ad vnum monticulum, qui monticulus subest maiori monti; hinc descendens versus orientem directe cadit ad fluuium Duorchenicha; inde ascendit juxta tres arbores nucum in berz, est meta; hinc autem pergit versus meridiem duorum jugerum longitudine, vbi est meta terrea; hinc descendit directe in vallem versus riuulum prenotatum, quem transiens cadit ad metam priorem; ab aquilone autem commetanei sunt jobagiones Castri, a meridie castrenses, ab occidente vero terra Zlatyna. Item prima meta terre Cherechez, que est Prybe, incipit ab aquilone juxta viam sub vno monticulo, et tendit versus orientem per berz in spacio duorum jugerum, et flectitur versus occidentem, et descendit de fine spinarum; inde per berz ascendit bona quantitate, et venit ad frutices rubi; inde autem eundo peruenit ad culmen bercz, et descendens parum cadit ad metam priorem. Cuius terre quidem commetanei sunt castrenses ab oriente, ab occidente vero iacet terra Zlatyna. Item prima meta terre Drokalenz, que est filiorum Prybe, incipit in vno monticulo ab oriente, et tendit versus occidentem ad vallem vnius jugeris longitudine, et venit ad vnum fluuium, per quem vadit versus aquilonem bona longitudine per vimina, perueniens ad caput vnius putei; inde ascendit ad vnum bercz versus occidentem juxta vineam Dragan, que est in sinistro, perueniens ad duas metas in berz positas, et cadit ad viam, per quam vadit bona longitudine versus aquilonem, et venit ad duas metas terreas juxta vineam Bolimeri positas; inde tendit versus occidentem eundo minime, cadit fontem Volaula, juxta quem fontem sub arbore nucum est meta terrea, ubi transito fonte ascendit ab berz, in quo est meta; inde declinat ad meridiem duorum jugerum longitudine perueniens ad duas metas; hinc descendit ad fluuium Bukouz tendens; abhinc versus aquilonem per eundem fluuium superius venit ad villam, in cuius fine transiens exit de fluuio ascendens magnum montem peruenit ad viam lapi-

dosam, per quam eundo nimia longitudine peruenit ad culmen montis Berzouch, semper a sinistro jobagionibus Castri et castrensibus remanentibus; hinc autem tendit versus orientem eundo per eundem montem nimia longitudine descendens in superiori parte vallis Valaule venit ad magnum lapidem in vallem, vbi alie due valles cum eadem coniunguntur; inde vero ascendit ad montem, qui dicitur Tulztinerch eundo magna longitudine in sinistro terre Prybe empticia remanente; descendens in vallem, et iterum ascendens sub monte Dragonis, in cuius latere eundo bona longitudine venit ad semitam, per quam eundo versus meridiem magna longitudine in planicie accedit ad duas metas; inde vero descendit directe per paruam valliculam, et vadit bono spacio in vallem ad vineam quandam, sub qua est vinea Prybe; et inde declinat ad aliam viam, que vadit juxta predictam vineam longitudine duorum jugerum et dimidium, et descendit per bercz versus occidentem cadens ad paruum fluuium, per quem vadit inferius ad metas terre Zlatyna, jobagionibus Castri in sinistro remanentibus; inde vero ascendit ad berz, et parum eundo cadit iuxta vineas, vbi a sinistro terre Zlatyna est sibi commetanea, hinc peruenit ad Oztagonycha, de qua parum iens venit ad priorem metam. Item prima meta terre Tuplyce, que est Prybe, incipit ab oriente, vbi fluuius Rascha cadit in Tuplycham, et per ipsum Rascha vadit superius longitudine vnius jugeris exiens declinat versus occidentem ad arborem nucum; inde vero ascendit ad Vidynagoricha, vbi est meta terrea; inde vadit in via versus aquilonem per spacium duorum jugerum, per bercz descendens venit ad fluuium Rascha prenotatum, quem transit, inter multas arbores nucum versus aquilonem ascendens ad montem, in cuius vertice est meta terrea, in sinistro jobagiones Castri habens commetaneos; hinc descendit ad vnam vallulam, et cadit ad viam veterem, per quam vadit in magno spacio ad rubeum lapidem; inde tendit versus orientem, perueniens ad metam terream descendit in superiori parte vinearum per metas transiens viam, et venit ad aliam viam veterem, descendens in virgultum super bercz, et venit ad arborem piri, vbi est meta terrea, habens semper in sinistro jobagiones Castri sibi commetaneos; hinc tendit versus meridiem, et vadit per fluuium Tuplycza, vsque quod cadit ad

metam priorem. Item prima meta terre Zcopna, que est Zporconis, incipit ab oriente iuxta terream Ecclesie in vno *holm,* in quo est meta terrea; inde tendit versus occidentem per eundem bercz iens ad metam terream; hinc descendit ad vnum riuulum nomine Zcopnic; eo transito ascendit ad bercz, vbi est meta terrea; et descendit ad vnam viam, vbi sinistra pars Ecclesie remanebit; inde vero versus aquilonem tendit per eandem viam longitudine trium jugerum, et venit ad vnam vineam, ascendens in superiori fine vinee ad bercz, vbi in sinistro jobagiones Castri sunt commetanei; hinc vero descendit per eundem bercz versus orientem, et cadit ad viam, per quam vadit versus occidentem iuxta eundem bercz per longitudinem vnius jugeris, et peruenit ad fluuium Zlauatigy ad eundem bercz, et inde vergit versus occidentem, et per eundem dictum fluuium cadit ad fluuium Dragoandol, vbi in sinistro castrenses de Zlauatigy habens commetaneos; inde descendit versus aquilonem, et vadit per eundem fluuium superius ad locum, vbi fluuius Zcopna cadit in fluuium Draguandol, et inter predictos fluuios exiens ascendit in bercz, et vadit per longitudinem quatuor jugerum perueniens ad verticem eiusdem bercz, vbi est meta terrea; inde tendit versus orientem, et descendit ad predictum fluuium Zcopna, et transito fluuio ascendit vnum bercz, et cadit ad viam, que est in vertice eiusdem bercz, in sinistro jobagionibus Castri remanentibus; inde pergit versus meridiem per eandem viam bona longitudine, et reuertitur ad metam priorem. Item prima meta terre Draguandol, que est Hulmoconis, incipit ab aquilone in capite vnius putei, qui vocatur puteus vallis Draguani; hinc vero tendit versus meridiem, et vadit per cursum aque eiusdem putei, et peruenit, vbi cadit alter fluuius ad aquam ipsius putei in dextro terra Castri remanente; hinc declinat versus aquilonem, et vadit iuxta terram Sporconis, et ascendit super bercz, et venit ad terream metam predicti Sporconis; hinc procedit ad metam terream; hinc ascendit ad vnum rotundum lapidosum monticulum; inde descendit ad vnam planiciem, et ascendit alium similem monticulum, et hinc descendit magnum montem, et peruenit ad metam terream, a dextro autem iobagionibus Castri remanentibus; inde vero tendit versus occidentem, et vadit per eundem montem, et peruenit ad albam

viam, et eandem transeundo venit ad vallem strictam, per quam descendit ad priorem metam. Item prima meta terre Brebrouch, que est Wlcomeri, incipit ab aquilone, vbi descendit fluuius Brebrohcouch; hinc ascendit ad montem versus orientem, et peruenit ad villam Sclauetichi, et vadit versus meridiem, et peruenit ante villam predictam, vbi est meta terrea; inde progreditur, et vadit ad vnam vineam, vbi est meta terrea; hinc autem vadit ad riuulum Pocheclych, per quem vadit, et cadit ad fontem Brebrouch, habens in sinistro castrenses de Sclauethych sibi commetaneos; inde vero tendit versus meridiem per eundem fontem in spacio duorum jugerum; et hinc vertitur versus orientem, et ascendit vnum bercz, per quem flectitur versus meridiem, et peruenit ad arborem *scylffa*, habendo castrenses de Sclaueticzy sibi commetaneos in parte sinistra; dehinc vadit versus meridiem per spacium duorum jugerum, vbi est meta terrea; hinc autem vadit versus occidentem per fluuium, per quem eundo cadit ad fontem Brebroucz, vbi in sinistro jobagiones Castri assumpmendo sibi commetaneos; hinc autem progreditur versus aquilonem per ipsum fontem, et peruenit ad riuulum Sclepchacz; inde exit de Brebrouch, et incipit ire per riuulum Sclepchac vsque ad caput Sclepchac; inde autem ascendit magnum montem perueniens ad verticem eius, tenendo adhuc in sinistro jobagiones Castri sibi commetaneos; dehinc descendit ad riuulum Oblazni, inde per eundem fluuium vadit superius per spacium aliquantitulum, et ibi vertitur versus orientem ad vnam vallem, per quam ascendit ad predictum montem, et pertransit ipsum montem, et descendit ad metam priorem. Item prima meta terre Grabrounicz, que est Borconis cum generacione sua, incipit ab aquilone, vbi fons Zebin cadit limfam Cupchina; hinc ascendit ad vnum montem Coztanehuc vocatum; inde vadit versus orientem per vnum bercz inter duas vineas, peruenit ad locum, vbi dextra pars generacioni Craysig remanebit, sinistra vero Borconi et generacioni sue; inde vadit per eundem bercz, et peruenit ad metam terream, vbi iam versus meridiem vertitur, et descendit ad predictam limfam Cupchina, et transiens eam ascendit in montem, in cuius vertice est arbor ilicis et meta terrea; inde progreditur versus occidentem, et descendit ad caput vnius riuuli, per quem ri-

uulum eundo cadit ad Cupchinam prenotatam, vbi iam dextra pars pertinet generacioni Craisyg, dextra vero Borconi cum sua generacione. Item prima meta terre Buchwicha, que est Borconis, incipit ab occidente, vbi riuulus Chermosni cadit ad fontem Buchouicha; iude vero tendit versus orientem superius in predicto riuulo Chermosni, et peruenit ad caput ipsius Chermosni; inde ascendit ad vnum bercz, vbi est meta terrea, ibique in sinistro jobagiones Castri sunt commetanei; dehinc autem tendit versus meridiem in bercz ad metam terream; abhinc ascendit per berz et peruenit ad ilicem, et ibi est meta terrea a sinistra parte generacioni Craisyg remanente; inde vadit versus occidentem per vallem, per quam cadit ad fontem Bucouycha prenotatum. Item prima meta terre Prichawiui, que est Borconis, incipit a meridie, vbi fluuius Scenny cadit ad fontem Prichayn; inde progreditur versus occidentem superius in dicto Prychayn, et vadit bona longitudine, et exit, vbi cadit vnus fluuius ad eundem fontem; inde vadit longitudine vnius jugeris, et peruenit ad tres arbores piri, habens semper a sinistro generacionem Craysig sibi commetaneam; inde vero progreditur versus aquilonem per spacium vnius jugeris, et peruenit ad predictum fontem Prichayn, quem transiens progreditur versus orientem, et vadit de fine vnius monticuli; et inde tendit ad riuulum Scirobotay in sinistro jobagiones Castri sibi assumpmendo commetaneos; hinc autem transiens ipsum fontem vadit versus orientem, et ascendit ad primum bercz; et inde descendit ad duas arbores piri, et cadit ad predictum fontem Scenny; et per ipsum fontem reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Insule Putey, que est Racie, incipit in frontice Keryus, in quo est meta terrea ab occidente; inde tendit versus orientem, et peruenit ad portum Cupchyne, et transeundo portum venit ad metam terream; inde vadit per cursum Putey, et peruenit ad caput eiusdem Putei, vbi est meta terrea; inde ascendit ad vnam arborem *nyrffa* vocatam, vbi est meta terrea; hinc descendit ad vnum fluuium nomine Coztaneuch, et eo transito intrat ad vnam paruam vallem, et per eandem vallem ascendit ad viam, per quam tendit versus meridiem quantitate vnius jugeris, et peruenit vbi due vie ad modum crucis bifurcantur, vbi in dextro generacionem Craysig assumpmit sibi commetaneam; inde

descendit ad caput vnius fluuij versus orientem, et per eundem fluuium cadit ad fontem Brebroucz; inde tendit versus aquilonem per eundem dictum fontem vadit per spacium duorum jugerum, et peruenit ad locum pontis Wlconis, vbi cadit paruus riuulus ad prefatum fontem, per quem vadit uersus occidentem superius ad caput eiusdem riuuli, de quo ascendens transito — — —; posthec vero descendit ad fluuium Cozteneucz, quem transiens ascendit ad bercz; hinc transit viam, et descendit ad planiciem vallis, et per eandem cadit ad antedictam limfam Cupchyne, vbi a dextro jobagiones Castri sunt commetanei, et transeundo limfam Cupchyne cadit ad vnum paruum siccum *potok* eiusdem Cupchyne, et per eundem reuertitur ad metam priorem. Item prima meta terre Dragos, que est iuxta Cupchynam, incipit ab occidente in arbore *egur*, et vadit ad viam bona longitudine, et peruenit ad metam terream; abhinc vadit directe per virgultum longitudine duorum jugerum et dimidij, et descendit ad rinulum siccum; deinde ascendit ad orientem, et cadit ad viam, que bifurcatur ad modum crucis, vbi est meta terrea a parte aquilonis, in sinistro castrensibus remanentibus, a dextro vero est terra Dragos. Item prima meta terre Cheresneuch, que est Borconis, incipit a meridie, vbi riuulus Cheresneuch cadit ad aquam Culpa; inde progreditur versus aquilonem per eundem riuulum, et vadit bona longitudine, et exit ad vnam vallem, et per eandem vallem vadit et ascendit super bercz, in eodemque bercz est arbor ilicis, vbi est meta terrea, et ascendit ad verticem bercz, vbi est meta terrea, et ibi a sinistro commetanei sunt jobagiones Castri; hinc tendit versus orientem, et descendit ad vnum fontem nomine Scelny, et vadit per eundem fontem ad predictam aquam Culpe, per aquam reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre indaginis Budina, que est Racie, incipit ab oriente, vbi fons nomine Brebrouch cadit ad aquam Cupchyna, transit eandem aquam, et inde tendit versus aquilonem dimidium jugeris longitudine, et peruenit ad arborem *nar*, vbi est mera terrea; hinc progreditur versus occidentem, et vadit vltra siluam, et peruenit ad vnum fontem, qui vocatur Prichayni, et transit eundem, et ibi est meta terrea; inde vadit per campum, in medio eiusdem campi venit ad metam terream; inde vadit, et cadit ad vnum lacum,

qui dicitur Mlata; hinc ascendit super bercz, et peraenit ad tres arbores ffagi, et super easdem sunt signa crucis, et inde ascendit ad verticem eiusdem, et peruenit ad arborem ilicis, vbi est meta terrea; inde descendit ad cursum vnius putei, et transit eundem, et ascendit in bercz; hinc descendit ad vnum rivulum nomine Treztem, transeundo eundem ascendit et peruenit ad viam publicam, iuxta quam est meta terrea in arbore ilicis, vbi in sinistro sunt jobagiones Castri; inde tendit versus aquilonem per eandem viam in bono spacio, et pernenit ad indaginem Budyna, vbi in sinistro Merco est sibi commetaneus; inde vadit per eandem viam longitudine duorum jugerum, et peruenit ad vnum rotundum lapidem, super quo est meta terrea; hinc procedit in eadem via per spacium trium jugerum, et peruenit ad arborem quercus, vbi est meta terrea; hinc transit viam, et transit versus orientem, et proeedit ad foueam, que vocatur Rupa, per quam cadit ad antedictum fontem Prichayni, et transit fontem ad arborem ilicis, vbi est meta terrea; hinc pertransit vnam siluam, que vocatur Jalezi, et peruenit ad vnum paruum fluuium, quem transit, et in stricto loco cadit ad aquam Cupchyna, vbi a sinistro generacio Craysig est commetanea; inde por Cupchynam reuertitur ad priorem metam. Item prima meta terre Machicin, que est Thome, incipit in duabus arboribus *nyr* et *horozt* nominatis, circa quas due vie simul coniunguntur, et vadit parum in vna earundem viarum, et peruenit ad vnum *horozt*, in quo est signum crucis; hinc vadit in fouea, in qua procedit siccus fluuius, et per eundem siccum fluuium vadit magna longitudine, et peruenit ad fluuium Machicum, vbi in sinistro Hyrechik jobagio Castri est commetaneus, a dextro vero est terra Thome antedicti; hinc in dicto fluuio vadit ad siluam, in qua idem Thomas est particeps, juxta quam pergit versus aquilonem bona longitudine ad duos fluuios, qnorum vnus est circa Orehouz nominatum; dehinc per ipsum fluuium ascendit in valle, vbi commetanei sunt Bogdai et generacio Marcus, a parte Beruen; et exiens de valle cadit in viam, per quam reuertitur ad metam priorem. Vt autem huius inquisicionis et confirmacionis series irretractabilis consistat, litteras nostras ad peticionem parcium concessimus, sigilli nostri

munimine roboratas. Anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono.

(A csazmai káptalannak 1421-ki „in festo Ascensionis Domini" kiadott átiratából, mely készült „Georgius filius Nicolai, filij Stephani de Pribych, in sua, nec non eiusdem Nicolai patris, ac Pauli, Nicolai et Stephani fratrum suorum carnalium" kérésére; — a budai kir. kamarai levéltárban)

207.

A székesfehérvári káptalannak Agnes, Péter Zobuszlo fia nejének hitbérére vonatkozó intézkedését taryyazó bizonyságlevele. 1249.

Capitulum Ecclesie Albensis vniuersis presencium inspectoribus tam presentibus quam futuris salutem in Domino. Vniuersitati vestre presentibus innotescat, quod nobilis domina vxor Petri filii Zobuslo nomine Agnes filia Petri, vna cum marito suo memorato coram nobis comparendo exhibuit nobis litteras domini Regis sub hac forma:

Nos Bela stb. (mint fentebb 201. sz. a.)

Igitur ipsa eadem domina tres villas, videlicet villam Anchal, et villam Tapula, et villam que est trans flumen Laborch cum syluis ad eandem pertinentibus infra Zalachka existentibus, quas maritus suus memoratus pro dotibus suis et rebus parafernalibus sibi statuit, coram nobis in presencia eiusdem mariti sui contulit, tradidit et donauit filiabus suis, Catharine videlicet vxori Comitis Jacov, et Petronelle vxori Comitis Philippi, ac filijs et filiabus ex eisdem procreatis et procreandis jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas; ita siquidem, quod tam filij domine Catharine, quam filij et filie domine Petronelle ex eisdem villis et vtilitatibus earum equali iure et porcione in perpetuum gratulentur. Hoc tamen interposito, quod si dominam Petronellam antedictam filiorum vel filiarum solacio carere contingeret, tunc per totum tempus vite sue in jam dictis possessionibus equali et mera porcione

frueretur vna cum sorore sua antedicta, ipsa vero decedente nec pro anima sua, nec cuiquam cognatorum suorum conferendi, seu donandi, vel quidquam ordinandi habebit facultatem; sed totaliter solis filijs et non filiabus Comitis Jacov devoluentur et remanebunt possidende. Ipsis vero filijs decedentibus filiabus eiusdem Comitis Jacov remanebunt ita secure et pacifice possidende, vt nemini cognatorum Comitis Petri seu domine Agnetis liceat easdem reuocare, sed libere et quiete in perpetuum possideat saluo iure. Nec hoc pretermittimus, quod villas sepius memoratas Comes Petrus, quamdiu superstes extiterit, pleno iure possidebit, ipso vero decedente vxori sue supradicte domine Agneti remanebunt. Quarum vsus et vtilitates ipsa eadem domina, quamdiu vixerit, integraliter percipiet; ipsa vero viam vniuerse carnis ingrediente filiabus suis pro voto, ordine et modo prehabito, relinquet in perpetuum possidendas. Insuper sepius dicta domina Agnes confessa fuit viua voce ex parte Petri mariti sui de dotibus et rebus parafernalibus suis sibi per omnia fuisse satisfactum per collacionem trium villarum predictarum. Vnde absoluit eum pure et simpliciter ab omni accione et impeticione, que occasione dotis sue et rerum parafernalium per fratres suos seu alios quoslibet cognatos moueri potuisset. Vt igitur harum satisfaccionum, collacionum seu ordinacionum series tractu temporis per quempiam cognatorum suorum nequeat reuocari, sed robur semper firmitatis perpetue obtineant, ad peticionem vtriusque partis presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas sepedicte domine, et per eam suis filiabus et filiarum heredibus heredumque successoribus concessimus, annno gracie millesimo CC. XL. nono, septimo Idus Septembris. Magistro Achille Ecclesie nostre Preposito, Jacobo Cantore, Akus Custode, Azechiele Decano existentibus.

(IV. Béla király megerősítő okmányából, mint fentebb 202. sz. a.)

208.

A székesfehérvári káptalannak Péter Zobuszló fiának, és neje Agnesnek, leányaik számára tett intézkedését tárgyazó bizonyságlevele. 1249.

Capitulum Ecclesie Albensis omnibus Christiane fidei cultoribus presentibus pariter ét futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersitatis Vestre noticiam tenore presencium volumus peruenire: Quod nobilis vir Petrus filius Zobuslo vna cum vxore sua domina Agnete coram nobis comparendo tres villas suas, videlicet Turnua, Winna et Zaluchka, quas jure hereditario dicebat se possedisse, contulit filiabus suis, Catharine videlicet vxori Comitis Jacou, et Petronelle vxori Comitis Philippi perpetuo jure possidendas. Ita siquidem, quod tam filij et filie domine Petronelle, quam filij domine Catharine vna et eadem ex eisdem possessionibus perfruantur porcione. Hoc tamen addito, quod si dominam Petronellam filiorum vel filiarum solacio carere contingeret, quamdiu vixerit de jam dictis possessionibus equaliter se cum sorore sua memorata sustentabit; in die vero vite sue extremo de dictis villis nec marito suo conferendi, nec cognatis suis tradendi, nec eciam pro remedio anime sue cuiquam Ecclesiarum donandi habebit facultatem; sed sine qualibet diminucione integraliter in jus et proprietatem filiorum Comitis Jacou in perpetuum deuoluerentur possidende. Si vero et ipsos filios decedere contingeret, tunc demum filiabus Comitis Jacou ex vxore sua Catharina progenitis remanebunt in perpetuum possidende pacifice et quiete; ita quod nemini cognatorum suorum liceat easdem reuocare vllo modo. Nec hoc pretermittimus, quod ipsas easdem villas Comes Petrus, quamdiu vixerit, possidebit; ipso vero viam vniuerse carnis ingrediente memoratis filiabus suis et earum heredibus, heredumque successoribus relinquentur in perpetuum possidende. Vt igitur huius collacionis et ordinacionis series sobur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas ad peticionem dicti

Petri filiabus eiusdem concessimus. Anno gracie millesimo CC° XL° nono, septimo Idus Septembris. Magistro Achille — — —

(IV. Béla királynak megerősítő okmányából, mint fentebb 203. sz. a.)

209.

Artolf győri püspök a jáki konvent és annak kegyurai közti egyezséget megerősíti. 1249.

Artholfus Dei gracia Episcopus Geuriensis vniuersis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis salutem — — — — — — — — — — — — — — — — — — vestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum inter Abbatem et Conuentum Monasterij de Jaak ex una parte — — — — — — — — — — Monasterij de Jaak iuxta Rabam ac patro(nos dicti Monasterij) scilicet Tristianum et cognatos eius ex altera mota fuisset quescio — — — — — — — — — — — — — et Conuentus Monasterij de — Monasterium in magistratibus pertinere — respondentibus — — — — — — — — — — — — uerat et exempta tandem venerabili — partibus placuit a lite recedere et ad huiusmodi — — — — — — — — — — — — — — — — — videlicet quod — — — — — — — — — — — — — — — deinceps in perpetuum pertinent oblaciones — — — — — — — — — — — — — — — — — — es — — que in festo Sancti Michaelis — — — — — — — — — — — — — decimis vel alijs suis reditibus intromittet; sed — — — — — — — — — — — — pro tempore ministrabit, tenetur soluere dimidiam marcam Monasteryo antedicto, nec quidquam amplius, ab eo idem Monasterium — — — — — — — — — — — — — — — — sibi poterit venditare. Item

placuit partibus, ut post huiusmodi amicabilem composicionem factam, omnia instrumenta — — — — — — — — — — — — — — partibus quoquo modo uel ex tempore prescripcione seu aliter opem de lege, aut quocunque priuilegio ferre poterat, sit vacuum et omni — — — — — — — — — — — composicionis pagina inter ipsos nunc habite, perpetuum robur obtineat firmitatis. Nos igitur ipsam composicionem de consilio — — — — — — — — — — atis, ratam et gratam habentes, in testimonium huius rei presentes dedimus litteras, tam sigilli nostri, quam Capituli Geuriensis — — — — — — — — — — — — anno gracie (M) CC° XL° nono, XIII° kalendas Julij.

(Miklós győri püspöknek 1332-ki átirata után Nagy Imre, Hazai Okmánytár IV. köt. 33. l.)

210.

A templomi rend magyarországi főnökének bizonyságlevele, hogy a pannonhalmi apátsággal Szöllős birtokára nézve egyezkedett. 1249.

Frater Morgolt Magister Milicie Templi de Hungaria, et Frater S. Uicarius eiusdem omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod cum super diuisione terre Zeleus inter nos ex parte una, et Abbatem atque Conuentum Sancti Martini ex altera, longo tempore iurgium verteretur, tandem pace restaurata concordauimus in hunc modum, vt uidelicet media pars ipsius terre, super qua iurgabamur, siue in silua, siue in stagno cederet in partem nostram, et media in partem monasterii Sancti Martini absque vlla contradiccione perpetuo possidenda. Vt autem hoc statutum processu temporum nequeat immutari, in huius rei testimonium presentes litteras scripsimus sigillorum no-

strorum inpressione roboratas. Anno uerbi Incarnati millesimo ducentesimo quadragesimo VIIII.

(Eredetie a pannonhalmi főapátságnak levéltárában.)

211.

Konrád kölni püspök Köln város árumegállító jogáról intézkedvén, a magyar-rajnai kereskedésre vonatkozik. 1249.

Conradus stb. Nos ad requisicionem et instanciam fidelium ciuium Coloniensium concessimus stb. — — — — quod videlicet nullus mercatorum de Hungaria, Bohemia, Sueuia, Saxonia, Turingia, Assia, aut quibuscunque aliis orientalibus partibus cum mercibus quibuslibet ad Renum veniens, extra atque vltra ciuitatem Coloniensem, excepta solum causa peregrinacionis procedat. stb. stb.

(Az eredeti okmány, melyet IV. Károly császár 1349. és III. Frigyes császár 1475. megerősítettek, Köln város levéltárában.)

212.

Roland nádornak levele, melylyel Chák királyi főtárnok mestert felszóllítja, hogy bizonyos peres ügyből járó illetményét átküldje. 1249—1260.

Nobili viro et amico suo speciali Chak Magistro Thawarnicorum Regis et Comiti Supruniensi R. Palatinus et Comes Posoniensis inclinacionem cum reverencia et dileccione. Cum sepe et sepius litteras nostras vobis miserimus, ut acto-

ribus de populis in Comitatu vestro existentibus, qui coram vobis remanserunt, judicia nostra exigeretis, et aduersariis satisfaceretis; miramur quidem, quod nichil secundum consuetudiuem Regni facere intenditis. Cum super hoc vobis personaliter fuerimus locuti, tamen adhuc a vobis petimus, quod relicte Osl Bani de suis adversariis, qui coram nobis remanserunt, justiciam faciatis, et partem, que nos pro nostris judiciis contingit, per hominem nostrum nobis mittatis, partem vero, que vos contingit recipiatis vobis, sicut debetis.

(Az eredeti után Nagy Imre, Hazai Okmánytár I. köt. 26. l.)

213.

Roland nádor meghagyja Corlad nevü pristaldusának, hogy Osl bán özvegyét Chalad birtokába iktassa. 1249—1260.

Nos R. Palatinus et Comes Posoniensis precipimus tibi pristaldo nostro Corlado, quatenus assumpto tecum testimonio Capituli Gevriensis vadas, et villam Chalad statuas relicte Osl Bani super tanta summa pecunie, sicut continebitur in litteris nostris prioribus, et assignes terminum competentem commetaneis ejusdem terre, in quo, si voluerint redimant terram memoratam ad se. Datum Geur in crastino Sancti Andree Apostoli.

(Az eredeti után Nagy Imre, Hazai Okmánytár I. köt. 26. l.)

214.

Roland nádornak Machkazorm nevű birtokra vonatkozó, s a nyitrai káptalanhoz intézett határjárási parancsa Elefanti Endre számára. 1249—1260.

Viris discretis et amicis suis in Christo karisssimis Capitulo Nitriensi R. Palatinus et Comes Posoniensis inclinacionem cum sincera dileccione et reuerencia parata. Vestram requirimus discrecionem, quatenus Damiano Comiti de Vatha homini nostro detis testimonium, sub quo perambulet terram Machkazorm nominatam, quam filii Andree de Elefant suam esse dicunt et fuisse; contradictores autem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; nomina eciam citatorum et seriem facti, prout homo noster ad hoc deputatus uobis dixerit, nobis rescribatis. Datum Posonii in festo Sancte Margarete virginis. Item Lucam adversarium eorundem filiorum Andree de Elefant ad nostram citet presenciam.

Kivül: Capitulo Nitriensi super terra Machkazorm.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét lemállott, a budai kir. kamarai levéltárban.)

215.

IV. Béla király Miklós Tivadar fiának, és Duruzló Duruzló fiának vasvármegyei nemeseknek, főképen a cseh háborúban szerzett érdemeik jutalmául Rum nevű földet adományozza. 1250.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Lex est Regia et a naturali equitate descendens, pro meritis subiectorum largicionum suarum respondere premijs equa lance. Hinc est, quod ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Comes Nicolaus filius Theodori et Magister Duruzlaus filius Duruzlai, nobiles de Comitatu Castri Ferrei ad nostram accedentes presenciam, Celsitudini nostre cum precum instancia postularunt, ut quandam terram ipsius Castri nostri Rwm noncupatam eis conferre benignitate Regia dignaremur. Nos itaque attendentes eorundem Comitis Nicolai et Magistri Duruzlai multimoda meritorum graciosa obsequia, quibus nobis interim in prosperis uidelicet casibus et aduersis adeo strenue claruerant, se promptos exhibendo et deuotos, ut tam a nobis, quam eciam ab omnibus nobilibus Regni nostri et alijs digne laudarentur, et maxime quia in expedicione nostra, quam contra Regem Boemorum habebamus, ipse Comes Nicolaus sic uiriliter et fideliter suum impendit famulatum, vt nedum eis per nos concessa et tradita, verum eciam alia a munificencia Regia merito et patenter assequi potuissent, peticionem eorundem huiusmodi fauorabiliter de benignitate Regalis sublimitatis admittentes, iam dictam terram Rwm cum omnibus pertinencijs, siluis, nec non attinencijs et utilitatibus vniuersis, ac pratis seu fenetis, et specialiter cum loco molendini in metis et terminis terre eiusdem existenti, ipsis Comiti Nicolao filio Theodori et Magistro Duruzlou, et per eos suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendam pariter et habendam, in eisdem antiquis

metis et terminis, seu eciam distinccionibus terminorum, quibus per priores possessores limitata extitit seu possessa. Vt igitur huius nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum possit in irritum reuocari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri Magistri Pauli Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M° CC° quinquagesimo, XII°. kalendas Decembris, Regni autem nostri vicesimo quinto.

(Eredetie a Rumy család levéltárában; másolata a Magyar Akadémia kézirati gyűjteményében.)

216.

IV. Béla király Fülöp zágrábi püspök és testvere Tamás comes számára megerősíti atyja II. Endre, és saját előbbi, Zolona nevű birtokot tárgyazó adományát. 1250.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. memorie commendamus, quod in Newburga Claustrali feria tercia proxima post festum Epihaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo octogesimo quinto proxime transacto, fidelis noster Egregius Johannes de Zenthgyrolth nostrum veniens in conspectum in sua ac Francisci fratris sui carnalis nominibus et in personis nobis exponere curarat in hunc modum: quod alias in quadam causa inter Egregios Benedictum, Johannem et Stephanum de Thorna, vt actores ab vna, et ipsos Johannem et Franciscum velut in causam attractos partibus ab altera, anno videlicet cuius tunc tercia instetisset reuolucio, occasione quarundam possessionum Zlawynya et Kerezthur vocatarum in Comitatu Crisiensi habitarum, in octauis festi Epiphaniarum Domini coram Personali Nostra Presencia et Magistris Prothonotariis Curie nostre

mota stb. — — tandem octauis Beati Michaelis Archangeli instantibus, dictaque Personali Nostra Presencia vnacum nonnullis dominis Prelatis, Baronibus et Regni nostri Nobilibus pro faciendo moderatiuo judicio causantibus in Sede Nostra Judiciaria pro tribunali sedentibus, Johannes de Han pro Johanne filio dicti condam Johanni de Zenthgyrolth, in quem causa presens eodem patre suo medio tempore ab hac luce sublato, juxta Regni consuetudinem est condescensa, cum procuratorijs litteris Conuentus Ecclesie de Kapornak eandem Nostram Personalem veniens in Presenciam stb. — — par litterarum sentencionalium (melyet t. i. Országhi Guth Mihály 1483. „in octauis Epiphaniarum Domini" hozott), adtunc pro parte Egregij Nicolai Hoghmas de Berekzo et prefati condam Johannis de Zenthgyrolth emanatum stb. (hoz fel; melyben „Valentinus Castellanus Castri Zenthgyrolth" Zenthgyrolthi Jánosnak nevében több okmányt, s ezek közt névszerint IV. Béla királytól hármat felmutatott; az elsőt 1248 „pro Joachino Comite quoad terram Zolona exemptam a Castro Zaladiensi" mint fentebb 178. sz. a.; — a másik kettő pedig, mint itt következik):

Secunda autem et tercia ipsarum eiusdem condam domini Bele Regis littere similiter priuilegiales, sigillo eiusdem autentico et dupplici similiter impendenti vallate, ambe earum sub vno sensu et forma verborum ac eodem anno, scilicet anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo, nono kalendas Julij, Regni autem sui quintodecimo Geurini priuilegialiter emanate inter cetera declarabant; quod idem dominus Bela Rex volens quandam possessionem nomine Zolonna, quam a Castro Zaladiensi condam exemptam inclite recordacionis pater ipsius domini Bele Regis Ywachino tunc Comiti Schybiniensi bone memorie filio Comitis Geche pro suis multiplicibus seruicijs (Rega)lis priuilegij patrocinio donauerat, filijs et vniuersis eiusdem heredibus immobiliter conseruandam, propter que quidem seruicia ipsius Iwachini Comitis alte memorie pater dicti domini Bele Regis eidem Iwachino et suis heredibus heredumque suorum successoribus dictam possessionem Zolonna in jus perpetuum contulerat et donauerat Regali priuilegio confirmando; tractu siquidem temporis cum idem dominus Bela Rex de eiusdem patris sui

licencia donaciones suas, que perpetuitates vocabantur, reuocaret, hec sua donacio in judicium deducta respectu seruiciorum predicti Iwachini Comitis, qui tunc iam decesserat, apud filios suos illibata permansisset, verum inclite memorie Andrea Rege rebus humanis excepto, eodemque domino Bela Rege Corona Regni per successionem hereditariam Diuina disposicione adipiscente, idem omnes perpetuitates per totum Regnum suum validiore manu cepisset reuocare, tanquam per quas Corone sue extiterat non modicum derogamen, et licet tunc eciam intendisset idem dominus Bela Rex hanc donacionem patris sui non recipere a filijs Comitis Iwachini pro patris eorum eminentibus seruicijs digne factam, sed eis pocius conseruare; ad euitandum tamen scandalum, quod in cordibus aliorum nobilium Regni sui oriri potuisset, si nullam reuocacionis voluntatem in hanc donacionem ostentasset, vt facilior (modus) vniuersas donaciones reuocandi pateret, si nullam exciperet; priuilegium antedictum a filijs recepisset Comitis Iwachini, et a possessione ipsos ad tempus duxisset remouendos eo proposito et promisso, vt uel aliam possessionem in eiusdem Comitatus districtu sub forma commutacionis sibi daret, vel easdem sibi captata opportunitate redderet priuilegio innonato; posthec dilecti et fideles sui, venerabilis pater Filipus Episcopus Zagrabiensis, et Thomas Comes de Crocou (igy) filij ipsius Iwachini Comitis ab ipso condam domino Bela Rege instancius petiuissent, vt eandem possessionem Zolonna iuxta promissionem tempore reuocacionis factam idem dominus Bela Rex ipsis restituere dignaretur, cum non solum paterna, verum eciam ipsorundem obsequiosa fidelitas ad restitucionem optinendam poterat et debebat merito suffragari. Vnde idem olim dominus Bela Rex promissionis sue, quam dictis filijs Iwachini Comitis intuitu seruiciorum patris eorum fecerat non immemor eandem propter ipsorum quoque seruicia inmemorosa quedam in eisdem litteris suis tangi voluit, curauisset effectui mancipare. Quorum omnium seruiciorum predictorum in eisdem litteris per longum gloriose et laudabiliter declaratorum intuitu, eandem possessionem Zolonna cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs, ac sub eisdem metis litteris in eisdem specificatis, et ea omni integritate, quibus pater eorum possederat, donacionem patris

sui predicti et suam sepefatis filijs Iwachini in perpetuum donando restituisset pleno jure. Insuper donacionem inclite recordacionis patris sui predicti per suam collacionem et restitucionem idem dominus Bela Rex eisdem domino Philipo Episcopo et Thome Comiti earundem litterarum suarum patrocinio in perpetuum valituram innouando confirmasset stb. stb.

Datum Bude sexagesima nona die octauarum festi Beati Michaelis Archangeli anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo sexto.

Lecta et presentata per Magistrum Jo. de Thwrocz.

(Eredetie bőrhártyán a budai kir. kamarai levéltárban.)

217.

Vanchai István esztergami érsek bizonyos fekvőségeket, melyek György nagyszombati lakos után neki oda itéltettek, az esztergami káptalannak adományozza. 1250.

Stephanus Dei gracia Strigoniensis Archiepiscopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Georgius de Tyrna in iudicio villici ceterorumque judicum de eadem Tyrna nobis in triginta et sex marcis argenti debitor remansisset, et pluribus sibi terminis ad solucionem assignatis, non haberet, unde ipsam summam pecunie persolueret, et dicti villicus et judices curiam, domos, agros et alias possessiones, quas idem Georgius habuit in Tyrna, pro antedicto debito nobis instituissent; nos easdem curiam, domos, agros et alias possessiones pleno iure, sicut nobis fuerant institute, Diuine intuitu pietatis, et ob remedium anime patris mei, qui in ecclesie Beati Adalberti

atrio requiescit, Capitulo Strigoniensi contulimus perpetuo possidendas. Et ut hec collacio perpetue firmitatis robur obtineet, presentem paginam concessimus Capitulo supradicto, sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo.

(Az eredeti után Knauz, Magyar Sion II. köt. 995. l.)

218.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy több muzslai birtokos Ebeden lévő földei az esztergami káptalannak részint eladományozták, részint eladták. 1250.

A B C D

Capitulum Ecclesie Budensis vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati vestre significamus, quod cum Petrus Decanus Canonicus Strigoniensis, procurator Ecclesie Strigoniensis ab vna parte, Bene filius Zena, Jacob et Zup filij Bartholomey de Musla ex altera, coram nobis fuissent constituti; prenotati homines de Musla confessi sunt: Bazam, Boronch et Bartholomeum, antecessores ipsorum cognatos, porciones eorundem hereditarias, quas habent in terra Ebed, Ecclesie donasse Strigoniensi, partem eciam Zene in eadem terra, quam nunc possidet Ecclesia Strigoniensis, Hyze Cantorem Strigoniensem empticio iure possedisse. Insuper ipsi eciam porciones Georgij et Pauli, cognatorum suorum, quos in persecucione Tartarorum dicebant fuisse peremptos, supradicto Capitulo Strigoniensi, cuius terris in prefata terra Ebed prenunciatorum hominum porciones interiacent, nullo contradictore exhistente, pro duabus marcis et dimidia argenti vendiderunt Capitulo Strigoniensi perhenniter possidendas. Obligantes se, quod si vmquam super terra per ipsos uendita aliqua lis emerserit, ipsi ab omnium inquieta-

cione fratres Strigoniensis Capituli tenerèntur reddere absolutos; dictamque summam pecunie confessi sunt se ad plenum recepisse, renunciantes omni iuri, quod ipsis et ipsorum cognatis in predicta terra Ebed quocunque titulo competebat. Datum per manus Magistri Ambrosij Lectoris, anno gracie millesimo CC° quinquagesimo; Aaron Cantore, Thoma tercio (így) Custode, Paulo Decano et ceteris existentibus.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 596. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 81. l.)

219.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, Örs birtoknak határjárásáról. 1250.

Nos frater H. Magister et vniuersi fratres Cruciferorum Ecclesie Sancti Stephani Regis de Strigonio significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod cum nos iuxta preceptum litteratorium domini nostri Bele Regis ad statuendam quandam possessionem Vrs uocatam in Comitatu Strigoniensi existentem, in concambium cuiusdam possessionis Archiepiscopatus Strigoniensis Sceuri vocatam Ecclesie et Archiepiscopatui Strigoniensi per ipsum dominum Regem traditam, cum Comite Lamperto homine Regio nostrum hominem, scilicet fratrem Mychaelem pro testimonio transmisissemus, ijdem ad nos reuersi hoc modo retulerunt; quod ipsam terram Vrs presentibus ipsis condicionarijs, quorum nomina in priuilegio ipsius domini Bele Regis plenius continentur, super ipso cambio emanato, et coram vicinis ipsius terre reambulauerunt, et facta legitima reambulacione nullo penitus contradicente simul cum omnibus vtilitatibus ipsius terre, et condicionarijs, Archiepiscopatui Strigoniensi perpetuo sub terminis statuissent infrascriptis; videlicet quod prima (meta) inciperet a parte meridionali in quodam plano monticulo, vbi

essent quatuor mete terree, quarum due separarent Giule, due vero possession i Vrs; deinde directe ad partem occidentalem, et transeun do unam uiam perueniret ad quatuor metas terreas, quarum due essent Giule, due vero possessionis Vrs; deinde uerteret se ad partem sinistram, et ueniret ad unam metam terream; abhinc flecteret se aliquantulum ad partem septemtrionalem, et ueniret ad unam metam terream; et deinde per continuas metas iuxta viam antiquam curreret ad eandem partem, et ueniret ad duas metas terreas; abhinc per continuas metas directe ad eandem partem currendo ueniret ad unam met am terream; et deinde curreret ad eandem partem, et per magnum spacium ueniret ad duas terreas metas iuxta uiam antiquam; et exinde per eandem uiam antiquam in magna silua curreret per metas simplices et dupplicatas, usque ad unum fossatum et foueam *arukhat* dictum; et per hoc reclinaret se usque ad magnas metas, que iuxta viam magnam prope essent Vrs; et deinde per consuetas distincciones usque ad priores metas transiret. Et quia nobis per ipsum dominum Regem in eisdem litteris mandabatur, vt si ipsius statucio posset fieri sine contradictore, tunc exinde litteras nostras eidem domino Archiepiscopo faceremus emanari; quas nos dari fecimus iusticia suadente. Datum presentibus fratre Corrardo Custode, et Magistro Dominico Notario, in octauis Pentecostes; anno Domini millesimo CC° quinquagesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

220.

A csathári konventnek bizonyságlevele, hogy Farkas Miley-i lakos ottani birtokát rokonának Bothnak eladta. 1250.

Nos Conuentus Ecclesie Sancti Petri de Cythar significamus omnibus presencium noticiam habituris, quod accessit ad nostram presenciam Both de villa Miley, et cum eo Farcasius dixit coram nobis, quod uendidisset vineam suam super terram eiusdem ville adiacentem, et partem suam de silua Kaluov, quam ipse iure empticio possidebat, Bothony pro iusto precio in perpetuum possidendas. Et ne aliquis super hoc aliquando posset aliquam contradiccionem facere, ad peticionem sepedicti Farkasij et eiusdem Both contulimus pro testimonio has nostras litteras sigilli nostri impressione insignitas. Anno gracie M° CC° L°. Abbate Blasio, Decano Leonardo, Primo Sacrista existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, hártyazsinegen függő pecsét alatt a budai kir. kamarai levéltárban.)

221.

Békekötés Trau és Sebenico városok közt. 1250.

In nomine Domini Amen. Quoniam iustum et consentaneum rationi, quod inter Christianos omnes pacis federa seruentur, et maxime inter conuicinas ciuitates, quarum homines necessitatem habeant diuersis de causis de vna ad aliam properare; cum et illud contingat, quod in questionibus et disordijs patiantur homines damna plurima et aduersa. Idcirco nos Vido Traguriensis Potestas et Daniel Sebenicensis Comes,

arbitri et arbitratores, seu amicabiles compositores, super questionibus, que vertebantur seu verti possent inter ipsas communitates, seu inter singulos homines predictarum Ciuitatum occasione factarum iniuriarum seu contractuum habitorum pro bono pacis et concordiae, vt ab omnibus questionibus et disordijs ipsarum terrarum ortis vel orituris discedatur, dicimus, sententiamus et firmiter stabilimus : Quod omnes sententie, quas pronuntiauimus in quibuscunque causis, siue super maleficijs, siue in mutuo seu alijs contractibus, debeant obseruari. Item determinamus firmiter statuentes, quod si aliquis Sibenicensium vulneratus fuerit ab aliquo Traguriensium, vel e contra, predationis causa, vel alio modo; tunc hominibus, quibus obuiauerit, se ostendat, ac eisdem illum, qui sibi iniuriam intulit, manifestet, et postmodum coram sua Curia debeat comparere, ibique eum, qui sibi iniuriam intulit, declarare; et cum sic fecerit, tunc Curia illius, qui iniuriam fecit, fidem adhibeat vulnerato, et super damno eidem illato a decem libris inferius tres debeat sacramentarios coram Curia exhibere, et a viginti inferius sex producere teneatur, in maiori vero quantitate arbitrio Curie dicimus esse standum; et cum sacramentum fecerunt cum suis sacramentarijs, secundum formam predictam latro seu predo teneatur eidem damnum integraliter restaurare, soluendo insuper suo Comiti pro banno duodecim romanatos; si vero damnum nequierit emendare, tunc sua Communitas ipsum capiat, et passo iniuriam applicetur. Item si furtum vel damnum aliquod datum fuerit alicui Sibenzano ab aliquo Tragurino, vel e contra; tunc vnaqueque Communitas teneatur inquirere bona fide pro posse suo, sicut faceret in rebus proprijs inquirendis; et si inquiri poterit, qui commisit, tunc res domino suo assignetur, uel capiatur in personam, et perpesso iniuriam conferatur; si vero infra tempus, in quo questio ventillatur, malefactor in fugam conuersus fuerit, vnaqueque Communitas pro eo inueniendo teneatur pro viribus laborare; quod si malefactor ad suam Ciuitatem remearet, Ciuitas ipsa, que ipsum receperit, teneatur damnum integraliter resarcire. Item precipimus, quod si alicui Sibenicensi vel Traguriensi damnum illatum fuerit, et latrones seu predones transiuerint per territorium predictarum terrarum, et illi seu ille, qui passi sunt iniuriam, excla-

mauerint; tunc quicumque audiuerint, passo iniuriam totis viribus auxilium et iuuamen prestare teneantur; quod si hoc neglexerint adimplere, et iudici per testes poterit esse notum, tunc qui auxilium denegauit, suo Comiti pro banno tres romanatos soluere teneatur, et totidem perditori. Item quicumque in recuperatione rerum dederit operam, et ipsas defenderit a latronibus; qui eas conduceret, ipsarum recuperandarum rerum decimam integraliter consequatur. Item si damnum inferatur alicui de dictis Ciuitatibus, et illud conducatur Sibenicum vel Tragurium, precipimus non emi ab aliquo ciue; et si aliquis Traguriensis sciret rem ad aliquem Sibenicensem pertinere, vel e conuerso, tunc rem restituat suo domino sine precio; et si ignoranter emerit, suum precium consequatur; et rem ipsam suo domino conferat et assignet, ac venditorem rei prodere tenèatur; et si manifestare noluerit, tunc erit sacramento proprio, vt veritatem exprimat, compellendus. Item precipimus, quod si aliquis Sibenicensis accederet Tragurium, vel e conuerso, aliqua de causa; et in ipsum aliquis manus iniecerit violentas, teneatur pena sex romanatorum; tres quidem pro suo banno Comiti conferantur, alji vero tres passo iniuriam applicentur; et si ab eodem, a quo intendit iustitiam postulare, et fuerit percussus, causam amittat et sex romanatos, Comiti et sustinenti iniuriam, vt dictum est superius, assignentur. Item stabilimus et firmiter ordinamus, quod si aliquis molestatus fuerit sine sanguinis effusione, tunc, sicut dictum est, debeat indicare hominibus, quibus obuiauerit, et sue Curie; et postea Curia illius, qui delictum commisit, debet dare fidem ei, qui iniuriam sustinuit, sicut in vulnerato superius est narratum. Item cum non sit iustum, aliquem ex aliena iactura dictari; pronunciamus, quod si aliquis sine vulneratione accusauerit aliquem iniuste, et in Curia consequutus fuerit aliquid, et quoquo tempore appareret iniuste recepisse, duplum sibi condemnato precipimus emendare, et suo Comiti pro banno duodecim romanatos. Preterea omnes alias rationes, quamuis non sint in superioribus capitulis comprehense, secundum bonam consuetudinem pro vtraque dicimus obseruari. Item volumus et precipimus, quod cum Sibinicensis Ciuitas careat tabellione, quod ad confirmationem compositionis suprascripte, quam scribi fecimus per Archi-

presbiterum Sibenicensem nomine Statimerium, quod ipsam corroboret cum sigillis vtrarumque Ciuitatum, et cum nostris, qui in hoc sumus negotio arbitri constituti; videlicet mei Vidonis Traguriensis Potestatis, ac mei Daniel Comitis Sibenicensis. Actum est hoc in Sibenico anno Domini 1250. Indictione 9. mensis Octobris 15. die astante. Et hec omnia supradicta ad honorem domini Regis Hungarie; et propterea vtriusque partis sacramento firmata sunt.

(Lucius, Memorie di Trau 69. l.; ezen okmánynak töredékét közölte Fejér, Cod. Dipl. VII. köt. 4. r. 103. l.)

222.

IV. Béla királynak Brebir megyére vonatkozó privilegiuma a Brebiri grófok számára. 1151.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis Amen. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex inperpetuum. Regum celsitudo requirit et sublimium debetur dignitati, ut intuitus sui oculos tanto iocundius in suos fideles iniciat, quanto ipsa fidelitas, per quam Regum Regnorumque omnium potencia roboratur, ceteris virtutibus politicis est merito preferenda, et amplioribus premijs attolenda; praesertim cum hominibus infectis corruptela seculi senescentis, quo rarior repperitur, eo carior sit habenda et ardencius amplexanda. Hac igitur consideracione inducti tenore presencium scire uolumus universos, quod cum fideles nostri Stephco Comes et Jacou filii Comitis Stephani, Gregorius et Daniel Comes filii Bribine Comitis, et Obrad, nec non et nepotes ejus, filii uidelicet Comitis Budyzlai, Nobiles de Breberio, a primeuis ipsorum tempòribus paternis uestigiis inherentes tam grata semper fidelitatis obsequia et ubique attollenda coram Nostre Maiestatis oculis studiosius impedissent, ut expugnatis et effugatis Damaldo,

et Boyzym, ac cognatis eorundem, qui a fidelitate debita aberrarant; contra multos eciam alios aduersus Regiam Maiestatem resultantes in prelio nauali et terrestri sepe ac sepius uiriliter dimicantes, laudabilem uictoriam obtinuissent et trihumphum, per omne spacium temporis in omni seruicio nostro immobiles perstiterunt. Ad hec cum tempore persecucionis Tartharorum qualitas temporis et negocii ad partes maritimas nos exegisset declinare, ijdem ipsi nos et nostros, tamquam fideles nostri et deuoti, sedulo receptantes, vniuersa que habebant ad nostrum exposuerunt preceptum et mandatum, suas personas contra insultus Tartharicos et alios diuersos fortune casus multipliciter exponendo; quosdam eciam, qui in ipso euentu se erigere et extollere contra nos intentabant, commendabiliter represserunt. Nos igitur, quibus ex officio Regie dignitatis incumbit metiri merita singulorum, et singulis pro meritis respondere, tam eximiam bonorum actuum prerogatiuam memoriter retinentes, Comitatum Breberiensem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis a progenitoribus nostris eis liberaliter datum et collatum, ac inclite recordacionis patris nostri priuilegio roboratum, quod tamen casu dicitur amissum, plene et pacifice eisdem duximus confirmandum, ut tam ipsi quam ipsorum heredes heredumque successores in perpetuum possideant pleno iure. In cuius confirmacionis et collacionis memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras impressione auree bulle nostre roboratas. Datum per manus venerabilis patris Benedicti Archiepiscopi Colocensis aule nostre Cancellarij. Reuerendo Stephano Archiepiscopo Strigoniensi, Basilio Cenadiensi, Gallo Vltrasiluano, Zalando Wesprimiensi, Heymone Waciensi, Philippo Zagrabiensi, Lamperto Agriensi, Achille Quinque-Ecclesiensi, Artolpho Jauriensi, Wincencio Waradiensi Episcopis, Ecclesias Dei salubriter gubernantibus, Magistro Job Preposito Albensi, aule nostre Vice-Cancellario; Rolando Palatino et Comite Posoniensi, Stephano Bano tocius Sclauonie, Chak Magistro Tawarnicorum nostrorum et Comite Supruniensi, Laurencio Woyauoda Vltrasiluano et Comite de Wlcou, Paulo Judice Curie nostre et Comite Zaladiensi, Dionisio Zounuquiensi, Herrico Simigiensi, Nicolao Magistro Dapiferorum nostrorum, Bagon Magistro Pincernarum nostrorum et Comite

de Bana, Moys Mariscalco, Benedicto Musuniensi, Nicolao Ferrei Castri, Detrico Jaurinensi, Erney Worosdiensi, et aliis quam pluribus Magistratus et Comitatus tenentibus. Anno Domini M.CC.L. primo IX. kalendas Decembris, Regni autem nostri anno XVI°.

(Egyik eredeti példánya a királynak arany pecsétje alatt, a ns. Kállay családnak levéltárában. Ezen okmány szövegét már kétszáz évvel ezelőtt Lucius adta ki, De Regno Dalmatiae et Croatiae IV. könyv 9. fej.; s utána Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 106. l. Itt azt ujra felveendőnek azért tartottuk, mert azon eredeti példány, mely közzétételünknek alapúl szolgált, a hazai diplomaticának egyik legszebb díszpéldánya.)

223.

IV. Béla királynak a varasdi várnak három falvát tárgyazó adománya Erne varasdi főispány számára. 1251.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Prouida Regie Serenitatis circumspeccio diligenti consideracione debet metiri merita singulorum, et singulis quibusque pro meritis respondere. Proinde ad vniuersorum noticiam, tam presencium quam posterorum, harum serie uolumus peruenire; quod dilectus et fidelis noster Magister Erne Comes Vorosdiensis, cum barbara gens Tartarorum insultu bellico Regnum nostrum adijt et inuasit, preclaris fidelitatis insignijs coram Nostre Maiestatis oculis tam commendabiliter enituit, ut cum inualescente aduersitate defectum equorum habere nos contigisset, ipse viuere postponens, et vitam nostram morte sua redimere desiderans, equum, quem pro saluanda sua persona habebat, pro saluacione persone nostre nobis obtulit equitandum, ipse uero cum eisdem, qui nos insequebantur plurimum certaminis iniens, post plures punctus lan-

lancearum, et ictus sagittarum, et recepcionem vulnerum, inimicorum insultibus viriliter resistendo, de medio hostium, Deo propicio, se vix potuit liberare. Ad hec, cum ante faciem Tartarorum eodem tempore ad maritima deuenissemus, idem diuersis fortune casibus ad mandatum nostrum se exponens, eo tempore, cum discrimina viarum, et insidie hostium securos meatus non permitterent, ipse solus ibat ad speculandum descensum Tartarorum, et rumores, quos ibidem percipiebat, nobis fideliter referebat, in omnibus eciam aduersitatibus nostris, que tunc pro tempore imminebant, jugi seruicio atque fideli nobis continuo assistebat. Preter hec idem eciam in conflictu belli, quod commisimus contra Ducem Austrie, et eundem Diuina opitulante gracia, nec tradidimus dimicando, tanta fidelitatis seruicia, et retribucione condigna, coram nobis ct omnibus Baronibus ac Nobilibus Regni nostri principaliter exhibuit preliando, quod quendam militem probum et insignem de Teotonia cum propria lancea devicit, et ita plenum de eodem obtinuit triumphum, quod caput eiusdem amputauit, et nostro conspectui ac Baronum nostrorum presencium per militem destinauit. Item cum quadam vice exercitum nostrum contra Austriam duximus destinandum, dictus fidelis noster semper aspirans ad incrementum glorie Regie Maiestatis et honorem, quendam bonum militem et famosum de Imperg, Capitanensem illius regionis, Preucel nomine nuncupatum, qui cum exercitu suo de dicto castro Imperg prodierat in campum, ipse prior ante omnes impetum faciens in eundem, hasta de dextrario potenter suo dejecit in terram, et dextrarium suum lancea transfixum ibidem interemit; quo peracto exercitus dicti Preucel tritus et confussus terga dedit, et multis ex eis peremptis, alij fuge presidio in dictum castrum vix se recipere potuerunt. Nos igitur ad tam preclare fidelitatis et seruiciorum ipsius exhibicionem, hiis non condigna remunaracione, grato tamen assensu, et gracie nostre beneplacito occurrentes, et pro tanto, quod ipsius honorem, Magistratum uidelicet nostrorum Agazonum, Comitatu, cui nunc preest commutauimus, quatuor villas Sclavonicas Comitisse (így; talán „Castri“) Vorosdiensis in eodem sitas Comitatu, ipsi Magistro Erne, et suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo duximus conferendas, et eundem in corporalem possessio-

nem dictarum villarum per fidelem nostrum Thomam Comitem de Herasnen (?) fecimus introduci. Et eodem referente, sicut didicimus, mete terre dictarum villarum hoc ordine distinguntur: prima terre ipsius meta incipit a parte orientali supra fluuium nomine Blisna potoka, vbi iuxta terram filij Selka uadit ad superiorem partem ejusdem fluuij, et supra eundem fluuium tendens uadit ad terram Decani Zagrabiensis; inde venit ad terram filij Sarcas, et juxta terram filij Sarcas venit ad fluuium, qui dicitur Salabich pothoka, vbi uenit ad terram filij Berk; et inde idem fluuius, qui Salabich potoka dicitur, ducit ad fluuium Pituice, et ibi aliquantulum transit fluuium Pithuyce, et venit ad terram Episcopi Zagrabiensis; inde venit ad terram populorum de Vorosth; deinde venit ad terram Velchek, et ibi cadit iterum in fluuium Plituiche; et inde tendens ad inferiorem partem ipsius fluuii Plithuyche, reuertitur ad priorem fluuium nomine Blysna pothoka; et ibi mete ipsius terre terminantur. Vt autem hec nostra donacio robur debitum obtineat in perpetuum, nec aliquo successu temporum queat retractari, uel in irritum reuocari; ad eius stabilitatem presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo XV. kalendas Decembris, Regni autem nostri anno sexdecimo.

(Rajcsányi Ádám kézirataiból. Ugyanazon Erne comesre vonatkozik IV. Bélának egy másik 1251-ki okmánya Fejérnél IV. köt 2. r. 92. l.; melynek eredetiét a mélt. báró Perényi családnak nagyszőllősi levéltárában láttam.)

224.

IV. Bela király az abadi revvám jövedelmei iránt megállapított szabályt megerősíti. 1251.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum damus pro memoria, quod cum Sebastianus filius Lorandi de Abad, Ladizlaum Wayuodam Transiluaniensem, Dyonisium, Nicolaum et Michaelem filios Desew, ac Georgium filium Stephani, nobiles de Losonch contra se pretextu possessionarie diuisionis in presenciam domini Nicolai de dicta Gara patris nostri predilecti, in bona memoria defuncti, in certum terminum traxisset in causam, et ipsa causa inter partes diucius ventillata ad octauas festi Beati Georgij martyris in anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo preteritas prorogata extitisset stb. (és újabb elhalasztások közbejövén) — — interim dictis partibus decedentibus — — ad octauas festi Beati Michaelis Archangeli anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono elapsas deducta fuisset; denique ipsis octauis instantibus Georgius (filius Sebastiani) actor personaliter in Detrici (de Bubek) Palatini veniendo presenciam, quasdam octo litteras eidem Detrico Palatino demonstrauit. Quarum prima condam domini Bele incliti Regis Hungarie felicis recordacionis hic Bude anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, tercio nonas Septembris patenter suborta specificasset; quod in causa, que inter Johannem, Priuartum et Hectorem filios Priuarti ex vna parte, et Dyonisium ac Tybam filios Chak ex altera, super portu Abad, sicut eidem domino Bele Regi per litteras Agriensis Capituli innotuisset, mediantibus probis viris talis composicio interuenisset, quod totum tributum dicti portus a festo Sancti Jacobi predictis Dyonisio et Tyba filijs Chak, ac Imre et Samud filijs Dyonisij condam Palatini cedere deberet pro eo, quod predicti Johannes et fratres sui tributum dicti portus a tempore Tartarorum vsque tunc totaliter percepissent; tercio autem Sancti Jacobi festo reuoluto, predicti Jo-

hannes ac fratres sui, et eorum heredes terciam partem in dicto portu perpetuo possiderent, prefati vero Dyonisius et Tyba, ac filij Dyonisij condam Palatini Imre et Samud, ac eorum heredes, possiderent perpetuo reliquas duas partes. Ita tamen, quod si ante dictum tercium festum Sancti Jacobi prefati Johannes et fratres sui super dicto portu contra predictos Dyonisium et Tybám, ac filios Dyonisij, Imre et Samud mouerent questionem, aut eos in aliquo molestarent, ipso facto illam terciam partem, quam habere deberent predicti Johannes et fratres eius, ac heredes eorum, in perpetuum amitterent; si autem prefati Dyonisius et Tyba, ac filij Dionisij condam Palatini, Imre et Samud, aut heredes eorum, post reuolucionem tercij festi Sancti Jacobi predictos Johannem et fratres eius, aut heredes, super tercia parte molestarent, similiter duas partes, quas haberent in dicto portu, in perpetuo amitterent ipso facto. Quem quidem processum ipse Bela Rex ad instanciam parcium cum ratihabicione sui consensus in omnibus approbasset stb. Datum Bude quadragesimo secundo die octauarum festi Beati Georgij martyris, anno Domini millesimo quadringentesimo nono.

(Hitelesített másolata a budai kir. kamarai levéltárban)

225.

Mária királynénak adománya Simon és Oltumér, Mikó Miklós fiai számára. 1251.

Nos Maria Dei gracia Regina Hungarie omnibus, quibus presentes ostenduntur, volumus fieri manifestum, quod nos inspicientes seruicia et fidelitates fidelium nostrorum Symonis et Oltumerani (?) filiorum Nicolay Miko de Epel, hanc duximus eisdem graciam faciendam, quod ipsos jobagiones exercituales ordinauimus, donantes eisdem in willa Kuuy triginta

duo iugera terrarum de terra Reginali, ubi melius inuenitur, et eorumdem filijs et filiorum successoribus perpetualiter et inreuocabiliter possidendam. Datum in Wissegrad per manus Akus Prepositi, anno Domini M° CC° L° primo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 598. l.)

226.

IV. Incze pápa a nagyszombati sz. damiánrendü apáczákat az apostoli szék pártfogása alá veszi. 1251.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus . . . Abbatisse et Conuentui de Tyrna Ordinis Sancti Damiani Strigoniensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est, nos facilem prebere consensum, et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in Christo filie, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum, in quo sub perempni clausura Diuino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domos, terras, possessiones et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Mediolani nonis Augusti Pontificatus nostri anno nono.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápa ólompecsétje vörös-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

227.

IV. Incze pápa ugyanazoknak megengedi, hogy téli időben melegebb ruhába öltözködhessenek. 1251.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus . . . Abbatisse et Conuentui Monialium inclusarum Monasterij Sancte Elisabeth in Tyrna Ordinis Sancti Damiani Strigoniensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Diuine affluentiam pietatis habendo pre oculis, que nobis, licet inmeritis, curam generalis commisit Ecclesie, saluti omnium libenter intendimus; sed illorum precipue, qui Diuinis laudibus frequenter inuigilant, et pie uite studio sine intermissione desudant. Exhibita siquidem nobis uestra peticio continebat, quod licet sit in desiderio uestro continua per afflictionem carnis assiduam mereri premia beatorum; tamen fragilitas uestra non sufficit, quod intensionem frigoris uestrarum parcium sine incursu discriminis sustinere possitis. Quia uero decens et dignum esse dignoscitur, ut prouidentia Sedis Apostolice suffragante a uobis iugum Domini cum suauitate feratur : nos uestris supplicationibus annuentes uobis auctoritate presentium indulgemus, ut non obstante contraria consuetudine uel statuto uestri Ordinis, durante huiusmodi frigore uti pellibus libere ualeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Mediolani kalendis Septembris Pontificatus nostri anno nono.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápa ólompecsétje vörös-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

228.

István szlavoniai bán Scerne comest bizonyos földbirtokkal megadományozván, annak határait is szabályozza. 1251.

Nos Stephanus Banus tocius Sclauonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod cum Gurbisa iobagio Castri Zaladiensis coram nobis ordine iudiciario fuisset conuictus, et terra sua sita inter terram Opoy et terram Georgii filii Mauricii de iure ad manus nostras deuoluta, saltem ipsam terram ipsius Gurbise contulimus Sceme Comiti dilecto et fideli nostro in perpetuum possidendam. Et mete ipsius terre ex parte terre Georgii hoc modo distinguntur, sicut Mortel pristaldus, et homo Capituli Zagrabiensis metas ibi posuerunt, et nos eas uidimus in litteris Capituli sic contineri, et ipse Morcel, et homo Capituli eciam uerbotenus sic metas eleuasse asseruerunt: Prima igitur meta incipit a fluuio Draua, et uadit ad arborem populeam cruce signatam, sub qua est meta terrea; dehinc autem uadit ad aliam arborem populeam cruce signatam, sub qua est meta terrea; dehinc autem uadit ad uirgultum, in medio cuius est arbor *scylfa* cruce signata, ubi meta terrea; deinde uero ad meridiem per campum ad uiam, secus quam est meta terrea; deinde transit ipsam uiam, peruenit ad curuam arborem ylicis in introitu silue existentem, super qua est crux, et sub ea meta terrea; deinde uadit ad siluam ad arborem *ihor* cruce signatam, ubi crux ponitur pro meta; deinde ad aliam arborem *ihorfa* cruce signatam; deinde autem ad arborem *jarcan* cruce signatam; deinde peruenit ad fluuium Plytice, iuxta ipsum fluuium due arbores *egur* et ilex cruce signate, sub quibus est meta terrea; deinde per Plitce uadit superius ad metas Opoy. Vt autem huius rei series salua semper consistat, litteras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° L° primo.

(Eredetie börhártyán, melyről sárga-vörös-violasszínű selyemzsinóron a bán pecsétje függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

229.

Pál országbíró és zalamegyei főispán a királynak meghagyásából Peturka zalai várispán által Igrigh helységnek határait szabályoztatja. 1251.

Nos Paulus Judex Aule Regie et Comes Zaladiensis significamus omnibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, quod cum dominus noster Bela Illustris Rex Vngarie nobis dedisset in mandatis, ut terram jaculatorum suorum de villa Igrych in Parrochia Zaladiensi existencium, a terris vicinorum et commetaneorum suorum certis metis distinctam eisdem statueremus; quia negocio domini Regis et Regni incurrenti ad hoc factum prosequendum personaliter accedere non potuimus, vice et auctoritate nostra ad ea ordinanda destinauimus fidelem nostrum Peturkam Curialem Comitem Zaladiensem, precipientes eidem, quod ea omnia fideliter et diligenter ordinaret, et ordinacionem rei nobis seriatim in litteris suis remandaret. Hiis itaque omnibus factis et ordinatis percepimus per litteras eiusdem P. Curialis Comitis nostri, quod terram antedictorum jaculatorum undique certis metis consignatam eisdem statuisset. Cuius terre prima meta incipit in canisatu ab occidentali parte, et ibi sunt due mete, et commetatur terre Raduh ab aquilone; et inde gradiens superius per aquam Vruhman, peruenit ad silicem Scomorou; et inde per eandem aquam uadit super arborem silicis, et ibi sub nemore Vrhuman in angulo nemoris sunt due mete; et hinc tendens superius ad partem meridionalem per magnam spinetam peruenit ad duas metas, in quibus sunt arbores populus et ilex a parte orientali; deinde uadit super duas metas; inde super magnam uiam ad duas metas; hinc per eandem uiam declinat ad meridiem, ubi sunt due mete; inde tendit ad orientem super riuum Tout Ricolan, ubi sunt due mete in uiminibus et silicibus; inde ad meridionalem partem super frigidum puteum perueniens, transit predictum riuum ad orientem super metas Jacobi iobagionis

Castri, et ibi sunt due mete, et ibi terra ipsorum commetatur terre Jacobi; inde super duas metas terreas; inde ad meridiem super duas metas; inde ad orientem Jacobo eciam commetaneo existente super duas metas; inde declinat ad meridiem super fenetum Syke, ubi in ualle Vncad meta Lengen eisdem adiungitur; inde ad orientem, ubi sunt due mete in arboribus; inde ad meridiem super duas metas in arboribus positas; inde declinat parum per uiam Vnca ad occidentem, et ibi transit riuum ad meridiem super duas metas; et inde ad orientem super fruticem *juna;* hinc autem per ueterem uiam ad Lengen uadit in silua super duas metas in arboribus ilicis positas; inde ad meridiem super *erdeuhat;* inde super duas metas in ylicibus positas, que sunt iuxta uiam; inde ad occidentem ad duas metas terreas; inde ad meridiem super duas metas arboreas; inde perueniens ad quosdam piros descendit in uallem viminum, et eadem uimina transit sub monte Sceltu ad meridiem, ipso monte ad occidentem remanente, et in fine montis ac silue sunt mete; et hinc de parte Lengen per uallem et fenetum uadit ad orientem super angulum silue, et in *erdeuhat* sunt mete in arboribus pomi et ilicis posite; inde super duas metas in ilice positas ad meridiem; et inde super pirum cruce signatum (igy); inde iuxta uiam ad duas metas; inde per uiam declinat ad orientem ad duas metas in ylice positas, et ibi commetantur Acus et Augustinus eisdem, et ibi multis metis ueteribus et nouis per uiam siluanam currentibus commetatur ipsis uilla Cal; et inde declinat partim ad meridiem, partim uero ad occidentem super ueterem uiam ad tres metas; et inde descendit per unum (igy) uallem ad occidentem, et ibi ipsis erunt commetanei de Busnuk, ubi sunt tres mete; et inde tendens ad aquilonem uadit super magnum pirum; et inde super uiam unius uallis uadit super duas metas super ilicibus positas; inde tendens ad occidentem ascendit super montem per siluam, et in monte illo est meta in ilice; inde uadit ad occidentem per medium silue super arborem *gemelchyn* et ilycis; inde per ueterem uiam Dusnuk ueniet super pirum; inde parum ad aquilonem per uallem susscipit uilla Pacha per duas metas positas iuxta uallem Kokcitya penes uiam Culun; inde per quendam riuum uadit super metas in ilyce positas; inde transiens per medium ri-

uuli per uallem uadit ad occidentalem partem ad duas metas per magnam uiam in piro positas; item inde currit per magnam uiam et ascendit per semitam Lengen super duas metas, in quibus sunt cerasi; inde tendens ad occidentem iuxta ueterem uiam uadit super duas metas in arbore pirus et *gemelchyn* positas; inde super duas metas, in quibus sunt populus et cerasus in Telukfyn; inde per semitam Hygteluk uadit ad angulum nemoris ad arbores pomi et piri; inde uadit ad finem nemoris, et ibi sunt due mete in ylicibus posite; et per eandem semitam uadit ad aquilonem; et inde parum declinat ad meridiem super duas metas in arboribus *scyl* positas; inde per magnam spinetam penes uiam Copurnuk uadit super duas metas sitas in arboribus *gemelchen;* inde uadit super duas metas terreas; inde uadit super duas metas per ueterem uiam ad occidentem super aquam Hunta, et eandem aquam Hunta transiens per medium ascendit super monte Vtga, et ad unum pirum cum meta circumdatur; inde in culmine montis Vtga uadit super arborem nucis; inde ad aquilonem super duas metas; inde tendens ad occidentem declinat ad aquilonem super Canisam ad metas priores, et sic mete eiusdem terre terminantur. Hoc eciam interponimus, quod feneta illa, que uillam de Pacha aicculatoribus (így jaculatoribus helyett) Regis cambire non potuerint, eisdem statuimus possidenda, sicut in primis possidebant, et ligna uirgulti, que est ante Kolgar, eisdem communiter incidenda. Vt igitur processu temporis series facte et ordinate rei per alicuius calumpniam uel litem detrimentum uel contradicciones non paciatur, sicut per litteras eiusdem Peturke Comitis constitit nobis, presentes litteras sepedictis iaculatoribus Regis dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini M° CC° L° primo. Nec hoc silencio preterimus, quod pretaxati commetanei premissam ordinacionem et metarum assignacionem, cum requisiti a nobis presencialiter fuissent, in nullo contradixerunt, et hec omnia legitime facta sunt protestati.

(IV. Béla királynak 1255-ki megerősítő privilegiumából, mint alább.)

230.

A titeli káptalannak bizonyságlevele, hogy Nemhyz, fia Felixnak szabadságát a kalocsai káptalannál Babay helység által megváltotta. 1251.

Nos Magister Andreas Prepositus Tytuliensis et totum eiusdem loci Capitulum omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Quamquam a conditore generis humani omnes homines equo libertatis priuilegio sint gauisi, et pro iuris naturalis beneficio gaudere debeant; tamen secundum Juris Ciuilis statuta diuersi diuersimode ad seruitutes rediguntur, nonnulos eciam oblacio paterna conuersos facit et subiectos seruituti. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad presenciam nostram Nemhyz de Babay, prestito coram nobis corporali sacramento asseruit et dixit presentibus procuratoribus Capituli Colochensis, videlicet Elia Archidiacono eiusdem loci, et Pousa presbytero, N. Decano et Jacobo Canonico, canonice et legitime institutis, quod filium suum nomine Felix obtulit ad altare Sancti Pauli tali adiecta condicione, quod quamdiu filius suus vixerit antedictus, officium pulsatoris debeat exercere. Sed predictus parens antedicti pueri videns, filium suum proficere in etate et genere litterature, posteritati proprie precauens, cum dilecta coniuge sua, matre predicti Felix, accessit et Capitulo Colochensi humiliter suplicauit, quod cum preciosior non sit nisi posteritatis libertas, obtulit consensu vxoris sue vltronea voluntate ac sine coaccione, possessionem suam, terram videlicet Babay nuncupatam in redempcionem seruitutis predicte. Et licet pre ualore possessionis pretaxate seruitus pueri memorati multo prestancior et validior habebatur; quia tamen ecclesiastice consueuit mansuetudini, oppressos a seruuitute exhimere, maxime illos, qui a nobilibus descenderunt, ipsam possessionem, ymmo terrulam, respectu seruitutis prenominate in presencia nostra sepedictum Capitulum in concanbium recepit seruitutis

supradicte. Nos igitur vocati et rogati ad utriusque partis instanciam, ne super redempcione pueri, et super statu possessionis antedicte per quempiam materia dubij seu questionis possit generari, presentes concessimus litteras nostri sigilli munimine, et apposicione singulorum predictorum procuratorum suprascripti Capituli, ne falsitas preiudicet veritati, uel equitas subdatur iniquitati, eas duximus roborari et pariter consignari. Datum anno Domini M° CC° L° primo.

(V. István királynak 1369-ki megerősítő privilegiumából.)

231.

A zalavári konventnek bizonyságlevele, hogy Zele, Lona comesnek fia bizonyos földbirtokot Hahold mesternek eladott. 1251.

Blasius miseracione Diuina Abbas Zaladiensis totusque eiusdem loci Conuentus vniuersis presens scriptum inspecturis oraciones in Domino. Ad wniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constitutis in nostra presencia Zele filio Comitis Lona ab una parte, Magistro Hoholdo filio Hoholdi ab altera, idem Scele confessus est, quod terram suam empticiam, contiguam eiusdem terre Bogata vocate, quam pater Scele a filijs Mikus, Martino, Buck, Laurencio, Olup et Mykou uidelicet, nec non filio Alexandri Pousa nomine, precio comparararat; prout in priuilegio Andree Dei gracia Regis Hungarie plenius continetur, Magistro Hoholdo predicto pro quadraginta marcis vendidisse (igy), perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Cuius terre mete, prout in dicto priuilegio Andree Regis continetur, hoc ordine distinguntur. Prima uidelicet meta incipit a parte orientis, et uadit ad partem meridionalem, et ibi ponit metam primam; inde regreditur ad nouam curiam, et ibi commetatur cum eadem; dehinc regreditur et uergit per metas signatas in arboribus, et peruenit ad fluuium Kanisa, et transuadit illud; hinc diri-

gitur ad insulam quandam, in qua particulam quandam sorciuntur cruciferi, relicum uero Magister Hoholdus possidebit; deinde transit eandem insulam ad partem occidentalem ponens eundem fluuium pro meta, ita ut ipse fluuius succedat in possessionem Hoholdi memorati, terra uero ultra ipsum fluuium est Barnabe fratris Pydur; et ita uadens ad partem septemtrionalem finit, metam priorem contingens per reduccionem. Nos igitur ad peticionem parcium ad ea, que in nostra sunt acta presencia, ne lapsu temporis in irritum possint retractari, litteras nostras sigilli nostri concessimus munimine roboratas, anno gracie M° CC° quinquagesimo primo. Gerardo Decano, Laurencio Custode, Benedicto Curiali Comite nostro, et alijs jobagionibus Lodomerio, Colomano, Tenkus et Fytok existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a két sárga-barna selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

232.

A kanisai apát Ponich comessel Rakacia helysegre nezve egyezkedik. 1251.

Nos Tomas Diuina miseracione Abbas Monasterij Sancte Crucis de Kanisa uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in uero salutis auctore. Vniuersitati vestre presentibus duximus intimandum, quod cum litis questio uerteretur inter nos ab una parte, et Ponich Comitem ab alia, pro terra Rakacia, quam idem P. Comes emit ab Elech filio Fudur Comitis Nycolay iusto titulo empcionis iuxta estimacionem bonorum uirorum comprouincialium suorum pro decem marcis argenti. Cuius terre quantitas secundum sentenciam eorundem virorum prouincialium continebat terram trium aratrorum cum parte insule, que in continuacione dicte terre adiacet, que eciam dictum Elech contingebat, cuius insule

pars inferior pertinet ad terram predicti P. Comitis, quam emit a Johanne filio Gregorij; post multas tandem altercaciones hinc et inde inter nos factas, questionem antedicte litis ex consensu patronorum Ecclesie nostre, et aliorum quamplurium nobilium reduximus ad bonum pacis hoc modo, quod dictam terram relinquentes eidem P. Comiti perpetuo possidendam iuxta ordinacionem litterarum Pauli Comitis Zaladiensis et Judicis aule Regie; ita tamen, ut si quispiam ex nobis temporis processu litem mouere proponeret, de hoc facto omnino in omnibus conuictus haberetur. Et ut hoc factum inconcussum permaneret in posterum, nec possit uenire in irritum, litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Anno gracie M° CC° L° primo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről hártyazsinegen a pecsét függ, a főmélt. hg. Batthyáni család levéltárában. Ugyanott őríztetik ugyanazon okmánynak átirata is, mely a chazmai káptalan által készült 1409. feria secunda proxima post festum Exaltacionis Sancte Crucis.)

233.

Deta, Kornél comesnek fia a bakonybéli apátságnál alapitványt tesz. 1251.

Ego Deta filius Corneli Comitis omnibus in Christo pie uiuentibus presens scriptum inspecturis salutem in uero Saluatore. Quoniam causis secundum insticiam dispositis infructuosa obliuio sepe solet nouercari, idcirco quod in presenciarum geritur congruo scripture testimonio duxi perpetuandum. Vniuersitati igitur omnium innotescat scire uolencium, quod pro remedio anime fratris mei Dominici, qui sibi elegit sepulturam in claustro Sancti Mauricii de Bel, constitui unum seruum meum nomine Chekam cum filio suo nomine Chulgu et cum omnibus heredibus in futurum sibi succedentibus tali condicione, ut in octauis Sancti Nycolai annuatim conferat

fratribus de Bel has exequias; uidelicet L panes albos, VI ydrias cereuisie, unius anni uitulum, anserem et duas gallinas. Et ut hoc seruicium predictus Cheka plenarie possit persoluere, contuli sibi uiginti iugera terrarum et particulam silue sibi sufficientem. Item alium seruum meum contuli Sancto Gerardo Capelle eiusdem Monasterii cuius — — — tali nonomine, Abel filius Hecchu; tamen cum tali seruicio constitui, ut cum suis heredibus Beato Gerardo campanizet. Vt autem hec donacio sine aliqua retraccione vel calumpnia inuiolabiliter processu temporum perpetuo possit permanere, litteras presentes sigillo Gregorii fratris mei feci roborari, quia ego sigillum proprium non habebam. Anno Domini M° CC° LI°.

(Eredetie a pannonhalmi főapátságnak levéltárában.)

234.

A jadrai kereskedőknek kereskedelmi viszonyai Velenczében szabályoztatnak. 1251.

In nomine Dei Aeterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo die octauo exeunte mense Augusti, Indictione IV. Rivoalti urbe felici in Palatio Ducatus Venetiarum; presentibus testibus rogatis Nobilibus viris Lampre filio quondam Preste de Daria, Juano filio Petrici de Forte, Dimitrio filio Preste de Matafaro, Matthaeo filio quondam Theodori Tosaningi, Andrea filio Bendae Jadratinis Joanne Barocio Bartholomaeo de Mugla, Henrico de Fuscareno, Dominico Arimundo de Venetiis, et aliis multis. Coram domino Marino Mauroceno Dei gratia Inclito Duce Venetiarum, Nos Stephanus de Piciga, et Zerne de Mergia, Nuncii et Ambaxatores Comitis, Consiliariorum et Communis Jadrae, habentes plenam commissionem ab eisdem, tenor cujus commissionis infe-

rius continetur, concedentes concedimus et determinamus nomine et vice praedictorum Comitis et Consiliariorum et Communis Jadrae, ut amodo Jadretini de mercibus, quas detulerint Venetias de Regno Siciliae sive Apuliae, et de aliis partibus undecunque, illud datium Communi Venetiarum in Venetiis dare et soluere debeant et teneantur, quod constitutum est, vel de cetero fuerit constitutum per dominum Ducem et Commune Venetiarum dandi et solvendi ab hominibus Venetiarum in Venetiis Communi Venetiarum pro datio dictorum mercimoniorum, quas Veneti Venetias apportarent; ita quod Jadretini in dictis dationibus aequales esse debeant Venetorum. Tenor autem commissionis, cujus est habita superius mentio, talis est:

In nomine Dei Aeterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense Julii die quarto intrante, Indictione IX. Jadrae. Committentes committimus nos quidem Bauduinus Quirinus Dei gratia Comes Jadrae, et Joannes Delphinus, ac Raphael Betani, ambo Consiliarii, atque cum nostris Judicibus Preste Matafari, Papo Pretognae, et Cosa Saladini, una cum nostro Consilio universo ad sonum campanae in Ecclesia Sancti Petri novi more solito congregato, per nos et universum nostrum Commune Jadretino, vobis namque nobilibus viris Stephano de Piciga, et Cerne de Mergio dilectis nostris fidelibus et nunciis specialibus, quod ire pro nobis et nostro nomine debeatis ad pedes Illustrissimi ac Magnifici domini nostri Marini Mauroceno Dei gratia Venetiarum etc. Ducis etc. ad petendum gratiam et misericordiam ab eodem de omnibus, quae vobis videbitur conveniens atque decens, et in augendo sive minuendo ac corrigendo pactum inter Venetias et Jadram confectum, promittentes firmum et ratum habere, quidquid in omnibus et per omnia super his duxeritis faciendum. Actum est hoc in Majori Consilio, et firmatum omnibus praesentibus in praedicta Ecclesia Sancti Petri novi de Jadra.

Ego Balduinus Quirino Comes Jadrae manu mea scripsi. — Ego Joannes Delphyno Consiliator Jadrae m. m. ss. — Ego Raphael Betani Consiliator m. m. ss. — Signum suprascriptorum Preste et Cosae Judicum, qui hoc rogaverunt fieri. — Ego Papo de Petrona Judex m. m. ss. — Ego Bartholomaeus de

Dumin m. m. ss. — Ego Petrus Scandolarius Presbyter Sancti Appollinaris Jadrae Notarius, his praedictis interfui rogatus, ut audivi hanc cartam scripsi, roboravi et signo consveto signavi.

(Hic cadit locus signi Notarii)

Ego Gabriel Paulinus et Ducalis Aulae Venetiarum Cancellarius praedictis interfui et rogatus scripsi, complevi et roboravi.

(A velenczei Liber Pactorum czímü államkönyvből II. köt. 75. l.)

235.

IV. Béla királynak Ozlár birtokát tárgyazó adománya Gurka nemzetségbeli Oltuman, Petrus fia számára. 1252.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui salus est omnium. Regum Celsitudo conuenit, et sublimium conuenit dignitati, ut suorum oculorum intuitus tanto iocundius in suos fideles iniciat, quanto ipsa fidelitas, per quam Regum Regnorumque omnium potencia roboratur, ceteris uirtutibus polliticis est preferenda et amplioribus premiis attollenda. Hac igitur consideracione inducti ad uniuersorum noticiam tam presencium quam posterorum uolumus peruenire, quod cum fidelis noster Oltumannus filius Petrus de genere Gurka Comitis, multis fidelitatis obsequiis indesinenter et indefesse nobis et Corone exibitis coram nostre Maiestatis oculis laudabiliter efulsisset, nolentes sue probitatis opera et merita tam attollenda sub silencio preterire, aliqua de illis ad reformacionem (így) succedencium duximus in medium proponenda. Ipse siquidem a primeuis sue iuuentutis temporibus fidelis extitit nobis et Corone, et opera fidelitatis semper studuit exibere. Cum enim accincti milicia Regni nostri cum exercitu

valido intrassemus in Austriam contra Teutonicos in castro Walterstorph, quod Deo propicio uiribus nostre fortitudinis cepimus et penitus destruximus, viriliter inter alios bellatores nostros ac strenue dimicauit. Ad hec in obsessione castri Korsalach idem Oltumanus in conflictu, quem dilectus et fidelis noster Magister Moys vna cum aliis quibusdam Baronibus nostris iniuit cum aduersariis patenter pariter et potenter, wlnus in se excepit non modicum acie aduersa, per quod ulnus ad debilitacionem sue manus dextre ydem peruenit. Nos igitur, quibus ex officio Regie dignitatis incumbit metiri merita singulorum, et singulis pro meritis respondere, volentes sibi grata reconpensacione occurrere, quamquam retribucio minor sit merito, et quasi ualde modica inspecta magnitudine fidelitatis nobis in hoc et toti Regni inpensorum, terram Ozlar arabilem ad tria aratra abitatore carentem contulimus, dedimus atque tradidimus Oltumano memorato, sibi suisque heredibus, heredumque successoribus pacifice et quiete perpetuo possidendam, fecimusque predictum Oltumanum introduci per fidelem et dilectum nostrum Magistrum Job Prepositum Budensem in corporalem possessionem terre memorate. Mete igitur seu termini dicte terre, sicut idem dilectus et fidelis noster Magister Job nobis retulit, hoc ordine distinguntur: Quod ab oriente sunt due mete, quarum altera separat terras Becha et Prich filiorum Georgii; inde uergit ad terras Johannis filii Yllw, in qua terra transit stratam publicam, et ascendit in ualle inter duos montes, ibi perueniet a plaga meridionali ad terras Abbatis de Pankutha nomine Wry; deinde perueniet hereditariam terram Oltumani supradicti; ex parte autem occidentalis plage separat terra Abbatis Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, ubi sunt tres mete capitales, et perueniet ad empticias terras Oltumani sepius memorati; de qua tendit ad metas priores. Ut igitur nostra donacio seu concessio robur perpetue stabilitatis ac firmitatis opptineat, in argumentum amplioris fidei presentes eidem concessimus litteras sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis M° CC° quinquagesimo secundo, decimo kalendas Maij, Regni autem nostri decimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. k. 2. r. 170. l.)

236.

IV. Béla királynak több gömörmegyei földeket tárgyazó adománya Péter comes, Protáz fia számára. 1252.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet Regalis prouidencia Maiestatis ad quoslibet libenter habere se debeat; illos tamen ampliori munificencie sue gracia prosequi consueuit et fouere; quorum fidelitatis constanciam per uirtutum opera comprobauit. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam peruenire volumus presencium per tenorem, quod cum Petrus Comes filius Protasij fidelis noster nobis multa et grata exhibuisset seruicia, nos eidem pro multiplicum seruiciorum suorum meritis debito volentes remuneracionis respondere beneficio, terram Witalis jobagionis Castri Gvmuriensis, commetaneis eiusdem, videlicet Jank, Damazlov, Demetrio et Paulus pro se et pro consanguineis suis in presencia nostra constitutis et consencientibus; et terram Nymhiri, ac terram Roberti de generacione seruiencium nostrorum, quas habebant in Comitatu Gvmuriensi, illis sine herede decedentibus ad nos iure Regio deuolutas, ipsi Petro Comiti et suis successoribus donauimus, contulimus atque tradidimus jure pleno perpetuo possidendas. In quarum terrarum corporalem possessionem ipsum Petrum Comitem per fidelem nostrum Tekus Comitem fecimus introduci; qui sicut nobis in suis litteris intimauit, ipsas terras Petro Comiti memorato sub eisdem veteribus metis, sub quibus eas supradicti Witalis, Nymhyre et Robertus possidebant, assignauit. In cuius rei testimonium presentes eidem Petro Comiti concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis millessimo ducentesimo quinquagesimo secundo VII. kalendas Maii, anno autem Regni nostri octauo decimo.

(Eredetie börhártyán, a sárga-barna selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

237.

IV. Béla királynak, Simon és társai számára Kerd és Keszin nevü birtok fejében csereképen Husan nevü földek átengedését tárgyazó okmánya. 1252.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croachie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex wniuersis presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum culmen nostre deceat Maiestatis, ea, que a nobis acta sunt uel concessa, sic effectui mancipare, ut processu temporis ualeant minime reuocari; duxit nostra Serenitas omnibus declarandum, quod cum terras hereditarias Symonis, Stephani, atque Petri, filiorum Temer, et Alexandrj, filij Pwke, necnon et Elie terram empticiam ad duo aratra, quas in terra Kerd, et in terra Kezyv pacifice possidebant, eisdem duximus auferendas; terram Hwsan arabilem ad tria aratra existentem, cum silua et feneto, nemore, et cum aliis omnibus suis pertinenciis, exemptis a castro Huntensi, carentem habitatoribus, in permutacionem, sev concanbiam predictarum terrarum, quas hospitibus nostris de Zalka fecimus assignari, contulimus, dedimus, atque tradidimus Symoni, Stephano, Petro, Alexandro et Elie supradictis, heredibus, heredumve successoribus, perpetuo possidendam, fecimusque predictos viros introduci per fidelem nostrorum Baach Magistrum in corporalem possessionem terre memorate. Mete igitur seu termini dicte terre, sicut idem fidelis noster Magister Baach nobis retulit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a fluuio, qui *potok* dicitur, et tendit ad duas arbores vlmi, que *zylfa* dicuntur, et ibi sunt due mete; inde procedit ad syluam in Ozowpotok; inde wadit ad locum, qui Harsandiur dicitur, et inde ad vnam arborem tylie, sub qua est meta; inde procedendo per siluam, uenit ad unum berch; unde descendit ad Kyralitme, et ibi sunt due mete; deinde uenit ad Oscewpotok, et transit per medium illius, et vbi transit illud ad locum, qui Gyznowfyrtes dicitur, iuxta unam quercum sunt due mete; et

inde transit vnum oscewpotok, et uenit ad quoddam berch, in cuius medio sub duabus ylicibus sunt due mete; inde vadit ad duas metas, que separant ipsam terram a terra Mowka et Crystofory, et incipit tenere metas cum Azaria et Samuele; inde per duas metas procedendo, venit inferius ad illum fontem, vbi inceperat, et sub quadam salice terminatur. Vt igitur huiusmodi acta aut concessa processu temporis salua semper permaneant et illesa, presentes concessimus litteras, sigilli nostri duplicis munimine consignatas. Datum anno Dominice Incarnacionis M° CC° quinquagesimo secundo, septimo kalendas Aprilis, Regni autem nostri decimo octauo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 599. l.)

238.

IV. Béla király Miloztot s fiait Budult és Damiánt királyi fafuvarosokat hadi népei közé felveszi. 1252.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod quibusdam buchariis nostris, uidelicet Milozt et duobus filiis eius, scilicet Budul et Damiano de uilla Dehter, in armis militaribus nobis et Regno nostro seruire desiderantibus, sub ea condicione graciam fecimus, ut si duo filii predicti ad exercitum nostrum, quem contra P. Marchionem Morauie, filium Illustris Regis Boemie ediximus, armis militaribus induti, scilicet loricis, capellis de ferro, clipeis, lanceis, arcubus et sagittis, equos pro exercitu habentes, uenirent et assumerent, de cetero semper in nostro exercitu sic seruire, extunc a condicione buchariorum exemptos in numerum exercitualium

nostrorum, qui nobis in seruicio exercituali tenentur, sociaremus eosdem. Vnde quia in dicto exercitu se nobis utiliter ostenderunt, sicut dilecto et fideli nostro Magistro Job Electo et confirmato in Episcopum Quinqueecclesiensem aule nostre Uice-Cancellario referente cognouimus, et promiserunt semper de cetero sic seruire; taliter statum libertatis eorum duximus promouendum, ut de cetero ab officio buchariorum exempti, quamdiu in expedicionibus nostris expresso modo nobis seruirent, tam ipsi quam ab eis descendentes inter exercituales Regios computati habeantur. In cuius rei memoriam et robur presentes litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas ipsis tradi iussimus, durante condicione ex parte ipsorum sibi per temporum curricula ualituras. Datum in castris iuxta Viennam castrametatis contra Ducem predictum anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo XVII. kalendas Julij, Regni autem nostri anno XVIII°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a királynak kettős pecsétje sárga-vörös-kék selyemzsinóron függ, a bud. kir. kamarai levéltárban.)

239.

Az egri káptalan Pud comes és Egyed nagyolaszi lakos közt, a Lampert egri püspök által hozott itéletnek értelmében eljár. 1252.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Agriensis Ecclesie Capitulum salutem in Domino. Significamus nos recepisse litteras venerabilis patris et domini nostri Lamperti Episcopi Agriensis sub hac forma:

Datum pro memoria: quod constitutis in nostra presencia Pud Comite, et Egidio de villa Nogoloz; idem Egidius proposuit, quod a Peturd filio Georgij emisset terram super fideiussoria caucione eiusdem Pud Comitis pro vtraque

parte pro sex marcis, quarum quartam dimidiam marcam soluisse dicebat, eodem Pud Comite hoc idem affirmante. Quantitatem vero ipsius terre taliter ijdem expresserunt, quod incipiendo a superiori fine fruticum Hawart vadit iuxta magnam viam, que venit de Ker vsque terram Georgij filij Regve et versus Zerench, sicut idem Peturd possidebat, predicto Egidio vendidisset. Datum in Nogoloz in octaua Sancti Johannis Apostoli.

Postmodum autem prefatus Peturd coram nobis personaliter constitutus, terram predictam Sucta et Ratka nuncupatam sub quantitate suprascripta confessus est ipsi Egidio vendidisse, ac summam predictarum sex marcarum plene ab eodem recepisse, Pud Comite coram nobis hoc idem affirmante. In cuius rei euidenciam ad instanciam parcium tradidimus presens scriptum communi fratrum nostrorum consensu; presentibus tamen Nicolao Preposito, Farkasio Cantore, Thoma Lectore, Petro de Vngh Archydiaconis et aliis multis. Anno Domini M° CC° quinguagesimo secundo. Regnante glorioso Hungarie Rege Bela, Stephano Strigoniensi, Benedicto Colocensi Archyepiscopis; domino nostro Lamperto Agriensi Episcopo existente.

(Az egri káptalannak „Magister Paulus filius Johannis de Luka" kérésére 1348. „in octauis festi Assumpcionis Beate virginis. Regnante Lodouico Dei gracia Illustri Rege Hungarie, Chanadino Strigoniensi, St. Colocensi Archyepiscopis et domino nostro venerabili in Christo patre N. Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopo Agriensi existente" — — kiadott átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

240.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Berechey-i István és társai, testvére Fylke megölésére nézve Morvai Chyzzel egyességre léptek. 1252.

Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie de Lelez Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noueritis, quod cum nos ad legitimam peticionem Marci filij Mathius de Isiph cum Vilberto filio Johannis de Wal Regio, nec non Johanne Capituli Ecclesie Albensis hominibus, nostrum hominem videlicet Gregerium filium Nicolai de Inanch ad infrascriptam possessionariam reambulacionem et metarum ereccionem faciendam de Congregacione nostra Generali Vniuersitati Nobilium Zempliniensis et de Vng Comitatuum feria secunda proxima post festum Beati Georgij martiris in anno proxime transacto preterita prope ciuitatem Patak celebrata destinassemus; tandem ijdem exinde ad eandem Congregacionem nostram ad nos reuersi concorditer retulerunt stb. (hogy midőn Senk birtokának Zemplén megyében határait akarták megjárni, „tunc Benedictus, Jacobus et Ladizlaus filij Gyapal de Morwa" ellemondtak, a miből per keletkezett, mely a nádor és birótársai előtt lefolyván), — — et ibidem Jacobus (filius Michaelis de Isiph), quasdam litteras Capituli Ecclesie Agriensis priuilegiales alphabeto intercisas anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo exortas nobis curasset demonstrare continentes, quod Stephanus de Berechey, Dominicus de Cheley, Stanch de Isiph, Mogh de Lozou, Symon de Luch, Radwan de Meggeschw, Symon filius Marcelli de Zada de genere Begad — — wan ex vna parte, ab altera vero Chyz de Morwa de eodem genere personaliter coram dicto Capitulo constituti, confessi extitissent, quod per arbitrium proborum virorum pro morte Fylke fratris Stephani antedicti in talem pacis vnionem deuenissent; quod idem Chyz quandam terram suam — — che dictam — — — — — ch nuncupatam, et ter-

ram Merk vocatam, ac terram Keza, pro morte Fylke dedisset Stephano et filijs suis jure perpetuo possidendam; quam ordinacionem pacis vnionis heredes ipsius satisfacturi esse recitassent et acceptassent, et ipsum Chyz cum Gyapal fratre — — — — — suis, videlicet in Kortuelyes, in Oroch, in Ragoch et in Morwa nuncupatis idem Stephanus cum suis heredibus dimisissent pacifice possidere. Et super hoc obligassent se idem Stephanus et heredes sui, vt contra dictum Chyz et heredes eiusdem racione mortis predicte — — — — — — — questionem suscitare possent aliqualem, et litteras, quas idem Stephanus et heredes sui contra Chyz pro morte Fylke habuissent emanatas, dimisissent habere nullas vires stb. Datum in Wissegrad quadragesimo die octauarum festi Beati Mychaelis Archangeli anno Domini millesimo quadringentesimo tercio decimo.

(Eredetie papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

241.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Heidrik István comes fiának neje első házassága után neki járó hitbérére nézve kielégíttetett. 1252.

(Quietationales expeditoriae coram Capitulo Jaurinensi dominae filiae Vekhardi, prius Mour filii Stephani, jam Heidrici filii Comitis Stephani conthoralis, pro Conrado fratre prius mariti sui, super sui excontentatione titulo obvenientis dotis in 25 marcis, et assignatione terrae Saul dictae.)

(A mélt. b. Révay család levéltári lajstromának kivonata.)

242.

A traui püspök és a sibenicoi papság közti viszonynak megállapítása. 1252.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Anno Incarnacionis MCCLII., Indiccione XI., temporibus domini Innocencij Pape quarti, ac domini Bele Illustris Regis Hungarie hoc actum est. Cum prophetici sermonis culogium opus sit justicie, paxque vnicuique sua iura seruando tocius humane cohabitacionis et societatis vinculum merito nuncupatur; necesse est omnibus legaliter viuere cupientibus, huius salutiferis connecti vinculis, et ab eius cultu nullo tempore declinare, que denique justicie norma, quasi gemino calle procedens, iure videlicet scripto et consuetudinibus approbatis ad veritatis tramitem cunctis mortalibus iter pandit. Quia vero in partibus Dalmacie consuetudinis vsusque longeui auctoritas, quam maxime pro lege veneratur; idcirco Ego Stanimirus Archipresbyter, vna cum Tolone, Joanne et Grisogono clericis, cum pleno mandato vniuersi Cleri Sibenicensis ad Spalatensem Ecclesiam tanquam ad caput Metropolis accedentes, ibidem coram venerabilibus uiris Thoma Archidiacono et Capitulo Sancti Domnij dicimus, profitemur et recognoscimus, nos omnimodam subieccionem debere domino Treguano Episcopo et eius successoribus, nec non Ecclesie Traguriensi, et eidem sicut patri et diocesano nostro reuerenter obedire; consuetudines antiquas, quas ab antecessoribus nostris obseruatas comperimus, per nos et per nostros successores presentis scripti obligacione promittimus eidem Ecclesie Traguriensi perpetuo obseruandas. Imprimis videlicet, quociescumque Episcopus Sibenicum venerit, suscipiatur ab Archipresbitero et Clero eiusdem loci honorifice, sicut decet; cui quidem Episcopo, et omnibus, qui eum ex suis clericis comitantur, Archipresbiter in domo sua hospicium (et) procuracionem exhibeat competentem; Episcopus vero, quamdiu ibi moram fecerit, Archipresbiterum, Abbatem et totum Clerum Sibenici

regat et instruat secundum ecclesiasticam disciplinam. Et si aliquem clericorum repererit excedere, vel deuiare a tramite officij clericalis, tam officio quam beneficio spoliabit, et alij conferet ad suum arbitrium voluntatis, tam prebendas, et ordinum dignitates, iuris tamen in omnibus ordine obseruato. Eodem autem Episcopo Tragurij commorante, Archipresbiter per Episcopum institutus causas audiat, appellaciones ad Episcopum transmittat, et sentenciam eiusdem Episcopi obedienter et humiliter suscepturus. Idem quoque Episcopus apud Tragurium clericis Sibenicensibus ordines et Ecclesias con ferat; Archipresbiter namque, et ceteri Sibenicenses clerici, maxime Ecclesias possidentes, annis singulis visitent eum cum exenijs competentibus bis in sua Sede Episcopum memoratum, in Natiuitate Domini et in Pascha; citati eciam ab eodem Episcopo per litteras vel sigillum pro causa qualibet Tragurium veniant. In festo vero Sancti Michaelis annuatim venientem Episcopum Sibenicensis Archipresbiter per se ipsum semel procurabit, et clerici communiter procuracionem alteram exhibebunt; de cujus festi oblacionibus, scilicet panibus, denarijs, candelis, que ad eandem ecclesiam deferuntur, medietas dabitur Episcopo, medietatem alteram Sibenicenses clerici recepturi; vinum vero, quod ad vesperas apportatur, Episcopus recipi faciat, dato prius bis vel ter de ipso clericis et laicis ad bibendum. De oblacionibus vero festis Sanctorum Cosme et Damiani terciam partem Episcopus recipiat. De decimis autem omnibus, que per totam parochiam Sibenicensem a decimatoribus clericorum Sibenicensium cum clerico Episcopi colliguntur, decima pars dabitur Comiti Sibenicensi, nona pars Archipresbitero, et de octo residuis porcionibus medietatem Episcopus plenarie recipiat, et quocunque voluerit eam faciat libere asportari; medietatem vero alteram Sibenicenses clerici recipiant vniuersi. De oblacionibus, que fiunt in consecracionibus ecclesiarum in Sibenico, in campo marine, et in — — — — — terciam partem Episcopus, terciam clerici Tragurienses, terciam clerici Sibenicenses obtinebunt. Quas oblaciones Tragurienses clerici colligent (et) diuident, sicut superius est expressum. Archipresbiter vero et Abbas Sibenicenses, in sue dignitatis officio per Episcopum constituti, Tragurium veniant, manus conse-

cracionis et confirmacionis ab eodem Episcopo suscepturi. Hec omnia supradicta, tam ex parte domini Treguani Episcopi Traguriensis, quam ex parte Archipresbiteri Stanimiri et tocius Cleri Sibenicensis accepta sunt, et eorum beneplacito stabiliter et fideliter roborata, in presencia et testimonio fratris Magsi (et) fratris Jose de ordine Predicatorum, Biue et Micha proborum nobilium virorum, Michaelis Comitis Castellani de Chlissa, et quorundam aliorum. Nos vero Thomas Archidiaconus, Prodanus Sacerdos, Petrosius, Radosius, Nicolaus Sacrista, Joannes, Saninus, Jacobus, cum alijs fratribus de Capitulo supradicto, rogati ab vtraque parte hijs omnibus interfuimus, et ad robur perpetue firmitatis presentem paginam sigillo Capituli nostri fecimus communiri.

(Lucius, Memorie storiche di Trau 73. l.; ezen okmány töredékét közli Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 4. r. 161. l.)

243.

IV. Béla királynak privilegiuma, melylyel Stepk mester Robert comesnek fiát Kulpatő és Csemető birtokában megerősíti. 1252.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum Regia liberalitas singulorum fidelium merita recompensare digna remuneracione debeat, et munificencia ampliori instaurare; proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Magister Stepk filius Roberti Comitis, dilectus et fidelis noster, nos humiliter postulans et attente, exposuit nobis, quod volens remedio anime sue ante diem obitus sui prouidere, quasdam possessiones suas Culpateuu hereditariam, et Cherneteuu empticiam habi-

tas iuxta continenciam priuilegiorum Capituli Zagrabiensis per vsum Regni consuetum, quorum forme seriatim distingendo subscribuntur, Monasterio Sancti Stephani Regis de Zagrabia, et per eum Capitulo loci eiusdem perpetuo ex voto suo contulisset, si nos id de gracia Regia annuere dignaremur. Nos itaque, sicut ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, omnes fidelitates et meritoria obsequia ipsius Magistri Stephk et antecessorum suorum ad memoriam non immerito reuocantes, volentesque recompensacionem eidem pro fidelitate per ipsum nobis laudabiliter exhibita occurrere graciori, vt eius exemplo reliquos ad fidelitatis obsequia forcius accendamus; prefatam donacionem ipsius, quam iustam esse cognouimus, de speciali gracia nostra duximus annuendam, et perpetuo seu irreuocabiliter roborandam. Quorum priuilegiorum tenores tali serie continentur:

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie stb. (következik a zágrábi káptalannak 1228-ki okmánya, mint gyűjteményünk I. kötetében 294. sz. a.)

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie stb. (következik a zágrábi káptalannak 1245-ki okmánya, mint fentebb 133. sz. a.)

Et vt series concesse gracie nostre prescripte robur perpetue firmitatis obtineat, nec processu temporum retractari valeat, aut in irritum reuocari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum ab Incarnacione Domini anno millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio Regni autem nostri decimo octauo.

(Nagy Lajos királynak 1359 „XIV. kalendas Aprilis" kelt megerősítő okmányából, melyet I. Lipót 1699. Bécs martius 14. alatt újból megerősített. Liber Regius XXVI. kötete.)

244.

IV. Béla király sz. Mihály nyúlszigeti monostora és Apar nemzetségbeli Aba közt Unginey birtoka felett itéletet hoz. 1253.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Cum terram Georgij filij Valentini existentem in villa Vngyney, qui ob crimen furti suspendio patibuli uitam finiuit, Ecclesie Sancti Michaelis site in insula nostra Budensi, in qua fratres Ordinis Premonstratensis commorantur, contulissemus perpetuo possidendam; Aba de genere Opovr dictos fratres traxit in causam, dicens iam dictam terram ad socrum suam racione dotis pertinere. Cui nos probacionem indiximus, ut iuris ordo postulabat, qui omnino defecit in probacione. Et licet sufficere debuisset ad imponendum auctori silencium, cum actore non probante reus, etsi nichil prestitit, absolui debeat; ex superhabundanti tamen fama communis, et assercio uicinorum concors nos ad plenum certificauit, terram memoratam ad supradictum Georgium, et ad nullam aliam personam semper pertinuisse. Propter quod ipsam fratribus antedictis nomine Ecclesie memorate duximus in perpetuum confirmandam, parti aduerse silencium perpetuum, sicut decuit, imponentes. Mete autem et termini ipsius terre, sicut per litteras fratris Jacobi Magistri Domus Hospitalis Sancti Regis de Strigonio fidelis nosri, cui inspeccionem eiusdem terre ac metarum commiseramus, nobis constitit, hoc ordine distinguntur; in primis aput ecclesiam Omnium Sanctorum de supradicta villa Vngyney continet vnum fundum curie, et similiter eadem ecclesia pertinet ad terram sepedictam, et habet iugera arabilia quadraginta et septem; silua uero ipsius continet iugera quindecim, et habet fenetum, quantum potest sufficere per diem uni hominj ad falcandum. Commetanei uero eiusdem terre sunt Capitulum Ecclesie Sancti Adalberti, Capitulum Ecclesie Sancti Petri Budensis, et fratres Sancti Regis

de Teluky, filius Siluestri, et filij Martelli. In cuius rei testimonium presentes eisdem fratribus concessimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno gracie M° CC° LIII°, sexto kalendas Junij, anno autem Regni nostri decimo octauo.

(Eredetie börhártyán, melyről a király pecsétjének töredéke vörös-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

245.

IV. Béla király megerősíti Bars külvárosának privilegiumát. 1253.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie Lodomerie Cvmanieque Rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Cvm in multitudine plebis honor Regis et gloria attendatur; dignum est, et omni conuenit racioni, sic ad illos manum misericordie extendere, ut populus sibi seruiens numero semper et viribus augeatur. Ad vniuersorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod accedentes in nostram presenciam hospites nostri in subvrbio Bors existentes, conquesti sunt nobis, vt cum priuilegium ipsorum super forma libertatis ipsorum, a nobis ante aduentum Tartarorum concessum, tempore persecucionis Tartarorum in fuga iam vetustate consumptum eisdem renouare dignaremur. Quorum nos peticionibus iustis satisfacere volentes, dictum priuilegium moti misericordia duximus renouandum. Cuius priuilegij tenor talis est:

Bela stb. (következik a királynak 1240-ki privilegiuma, mint fentebb 65. sz. a.)

Ut igitur hec renouacionis series perpetue robur obtineat firmitatis, presentes litteras concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo

ducentesimo quinquagesimo tercio pridie kalendas Junij, Regni autem nostri anno decimo octauo.

(Eredetie börhártyán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

246.

IV. Incze pápa a jádrai érseknek meghagyja, hogy bizonyos házassági akadályra nézve Pride jádrai nőt felmentse. 1253.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Jadrensi salutem et Apostolicam benedictionem. Petitio Pride mulieris Jadrensis nobis exposita continebat, quod condam Stephanus pater eius de voluntate ipsius, quod eam condam Pridano civi Jadrensi traderet, et idem civis, qui eam reciperet in uxorem, iuramento firmarunt; sed postmodum cum ipsa et dictus civis non consentirent ad invicem matrimonialiter copulari, dicta mulier eo vivente contraxit matrimonium per verba de presenti cum Prestantio laico Jadrensi, qui dicto civi quarta consanguinitatis linea attinebat, carnali copula subsecuta; quare dicta mulier nobis humiliter supplicavit, ut cum idem civis viam sit universe carnis ingressus, dispensare cum ea et dicto laico, quod non obstante publice honestatis iustitia possint in sic contracto matrimonio licite remanere, de benignitate Sedis Apostolice dignaremur. Quocirca mandamus, quatenus super hoc auctoritate nostra dispenses cum muliere ac laico supradictis, si aliud non obsistat. Datum Asisii idibus Julii, Pontificatus nostri anno undecimo.

(Theiner Ágoston, Vetera Monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia I. köt. 80. l.)

247.

IV. Incze pápa a jádrai érseknek meghagyja, hogy Prodane jádrai nőnek hasonló felmentést adjon. 1253.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri... Archiepiscopo Jadrensi salutem et Apostolicam benedictinem. Pro parte dilecte in Christo filie Prodane mulieris Jadrensis fuit propositum coram nobis, quod cum Damianus frater et quidam alii consauguinei eius, ipsa consentiente, quod eandem traderent in uxorem viro laico Jadrensi, et ipse, quod eam in uxorem reciperet, iuravissent; tandem muliere et laico predictis nolentibus ad invicem matrimonialiter copulari, dicta mulier cum Preste cive Jadrensi, qui eundem virum quarto gradu consanguinitatis contingit, duxit matrimonium contrahendum; unde dicta mulier supplicavit nobis humiliter, ut providere in hac parte Apostolica sollicitudine curaremus. Nos igitur ipsius, et venerabilis fratris nostri Antibarensis Archiepiscopi supplicationibus inclinati mandamus, quatenus, si predicti viri, quod eadem mulier alii nuberet, consensus accessit, cum predictis muliere et Preste, ut impedimento huiusmodi non obstante in sic contracto matrimonio licite remanere veleant, auctoritate nostra dispenses. Datum Assissii IIII. idus Septembris, Pontificatus nostri anno undecimo.

(Theiner id. m. I. köt. 81. l.)

248.

Roland bánnak Gurbysa birtokára vonatkozó itélete László Rénoldnak fia és György comes Móricznak fia közt. 1253.

Rolandus Banus tocius Sclauonie omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Uniuersitati omnium significandum duximus presencium per tenorem, quod cum Ladizlaus filius Renoldi super occupacione et metarum destruccione terre Gurbysa per Stephanum Banum pie recordacionis Scema Comiti collate, et postmodum per Magistrum Nicolaum filium eiusdem et fratres suos ipsi Ladizlao tradite, Georgium Comitem filium Mauricij ad nostram euocatum presenciam conuenisset; idem Comes Georgius e conuerso respondit, quod terra ipsius sub certis metis a terra Gurbysa esset ab antiquo separata et distincta, et ipse sub huiusmodi metis terminos et distincciones metarum suarum sine contradiccione aliqua hactenus possedisset; super quarum statu et serie per nos requisitus, nullum potuit munimentum seu priuilegium exhibere. Ladizlaus autem prenotatus super certa habitudine et obtencione terre supradicte litteras ordine iudiciario super facto ipsius terre contra prefatum Georgium Comitem processas, et priuilegium dicti St. Bani nobis presentauit talem continens tenorem et processum:

Nos Stephanus stb. (következik István bánnak 1251-ki okmánya, mint fentebb 228. sz. a.)

Nos igitur intellecta serie ipsius priuilegij sepedictum Comitem Georgium requisiuimus, si contradiceret ipsi priuilegio et litteris antedictis nec ne; qui in nullo dicto priuilegio extitit contradictor, sed pocius iustificauit et per omnia approbauit acceptando viua uoce. Vnde nos mediante sentencia nobilium circumsedencium per Johannem filium Henrici hominem nostrum secundum formam prefati priulegij terram antedicti Gurbysa de metis ad metas reambulari fecimus, et ipsas ueteres metas eiusdem terre dectructas per eundem Georgium Comitem et combustas ordinatim renouari; assi-

gnantes eandem iuxta donacionem Stephani Bani possidere pacifice et quiete Ladizlao sepius annotato. Nec hoc pretermittimus, quod quia predictus Comes Georgius falsas metas et occultas in terra Gurbysa tociens repetita erexerat, intendens per ipsas eandem occupare, contra Ladizlaum supradictum est conuictus ordine iudiciario coram nobis. De qua conuincione (így) nobis tanquam iudici, et sibi prout aduersario satisfecit, sicut requirebat ordo iuris, terram predicti Gurbysa eidem possidere sine contradiccione aliquali permittendo. In cuius rei testimonium, firmam atque stabilitatem ampliorem, presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini millesimo ducentesimo LX° tercio. Datum Zagrabiei (így) in vigilia Sancti Martini.

Eredetie bőrhártyán a bánnak vörös függő pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban)

249.

Chák királyi tárnokmester bizonyítja, hogy előtte Kristof és János, Lázárnak fiai, s Arund és érdektársai bizonyos alásonyi peres birtokra nézve kiegyeztek. 1253.

Nos Chak Magister Thauernicorum Illustris Regis Vngarie et Comes Supruniensis ad vniuersorum noticiam presencium tenore uolumus deuenire, quod cum B. Illustris Rex Vngarie tam turbatus fuit (?, talán „causam iurgii inter“) Christophorum et Johannem filios Lazari ex parte una, et Arund filium Seund, Pousam filium Petri, Michaelem filium Jacobi, Sam filium Moch, Fiech filium Techa, et Stephanum filium Gurke de uilla Alasun ex altera, nobis commisisset ordine iudiciario uentilandam super quadam particula terre, quam Lazarus pater Cristophori et Johannis a predictis, scilicet Arunt et alijs, precio comparauerat, indebite recipissent

a dictis Cristophoro et Johanne; et predicti, scilicet Arund, Pousa et alii partes aduerse proposuissent, quod eadem terra, que inpetebatur, ipsorum esset hereditaria (et) per Lazarum uiolenter fuisset occupata. Nos igitur ordine iuris obseruato, terminum et processum responsionis obseruantes, sepedictis Cristophoro et Johanni testimonio commendabili indiximus approbare. Cum litteras super eadem terra confectas in conbustione domus eorum dixissent amisisse, octauam scilicet Jacobi in terminum assignantes; et cum in predicto termino testes solempnes produxissent, ad peticionem uirorum nobilium in fauorem parcium condescendencium, partes ad pacem permisimus reformandam, et pex inter ipsos tali condicione est composita et reformata: Vt terra eadem, super qua lis uertebatur, iam sepedictj Cristophorus et Johannes in perpetuum deberent obtinere, sicut pater eorum possidebat ex antiquo, emptionis modo sibi comparata. Cuius terre prima meta incipit ab occidente iuxta flumen Pothoc in magna uia, et tendit usque ad terram Lazari nominis, vbi est maxima uia; et de illa magna uia tendit uersus occidentem usque ad terram Coraldy Magistri Dapiferorum domine Regine; et incipiunt tunc uenire in parua uia, et tendunt usque ad predictorum antedictam terram, quam uendiderunt; et uadit inferius uersus meridio (igy) partem transeuntes, finirunt iuxta dictum Potoch in occidente terminacionem. Ne autem huius uendicionis et conuencionis contractus ualeant per quempiam in posterum retractari, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo III°.

(Az eredeti után Véghelyi Dezső, Hazai Okmánytár I. köt. 27. l.)

250.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Jakab Henanak fia ludáni birtokát Vitkónak eladta. 1253.

Vniuersis Christi fidelibus, quibus presentes patuerint, Nyttriensis Ecclesie Capitulum oraciones in Domino. Significamus vobis, quod Jacobus filius Hena in nostri presencia constitutus, locum curie sue in Ludan existentem, et adjacentem ab una parte loco curie Witkonis, ab altera vero loco curie Comitis Indrih, presentibus fratribus suis, Benedicto scilicet et Aghka, ipsisque consencientibus, vendidit ipsi Vitkoni pro tribus marcis argenti iure perpetuo possidendam, et hanc pecuniam ab eodem Witkone percepit plenarie coram nobis. In cujus rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno gracie millesimo, ducentesimo quinquagesimo tercio, datum quarto kalendas Aprilis. Magistro Demetrio Lectore Nyttriensi existente.

(Rajcsányi Ádam kézirati gyűjteményéből.)

251.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Berweyn a pozsonyi vár hirnökeinek főnöke több váremberrel bizonyos peres monari birtokra nézve egyezkedett. 1253.

Capitulum Posoniensis Ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo, qui est salus omnium. Ad vniuersorum harum serie uolumus deuenire noticiam, quod Berweyno quondam Mayore preconum Castri Posoniensis ab vna parte, Bwd et Buhta, qui se dicebant fuisse

de villa Monar, castrensibus, qui descensum dantes dicuntur Nicolao filio Terpuz, et Bacha filio Bache Comitis, jobagionibus Castri ex altera coram nobis constitutis, ijdem castrenses, Bwd scilicet et Buhta confessi sunt, quod cum ipsi dictum Berweynum coram Puero Curiali Comite Posoniensi traxissent in causam proponendo, ipsum quandam terram Castri Monar nomine inter terras Monch quondam Decani ex vna parte, et Musk castrensis ex altera iacentem indebite occupando detinere; idem Berweynus litteras domini Rolandi Palatini et Comitis Posoniensis coram eodem Curiali Comite exhibuisset, in quarum tenore satis expresse intellexisset contineri Curialis Comes memoratus, ut ipsam terram iure donatiuo Regio possedisset Berveynus memoratus; et eciam cum alie terre a Castro Posoniensi alienate per registrum domini B. Illustris Regis nostri Castro Posoniensi fuissent restitute, ipsa terra Monar apud eundem Berveynum ordine judiciario ab eodem Palatino et Comite Posoniensi prolata relicta fuisset; prout in litteris eiusdem Palatini continetur. Vnde predictus Puer Curialis Comes Posoniensis eosdem castrenses tanquam calumpniatores habuisset pro conuictis pro eo, quia ordine iudiciario litem propositam intrassent mouendo litis questionem. Et licet memorati castrenses ut calumpniatores in personis propriis fuissent condempnandi; tamen causa mutue dileccionis penam, quam pati debebant in personis, eisdem indulsisset Berveinus supradictus, saluo iure predicta terra Monar eidem Berveyno remanente. Nos igitur in huius rei testimonium ad peticionem utriusque partis litteras presentes concessimus sepedicto Berveino sigilli nostri patrocinio communitas. Datum in octauis festi Beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio; Magistro Smaragdo Ecclesie nostre Preposito, Jacobo Cantore, Sixto Decano existentibus.

A B C D E

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

252.

IV. Béla királynak Konchi földjét tárgyazó adománya Konkai Egyed mester számára. 1254.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum tenore presencium volumus peruenire; quod Magister Egidius filius Laurencij de Konka fidelis noster ad nostram accedens presenciam, humiliter nobis suplicauit, petens, ut quandam terram fabrorum nostrorum, que Konchi vocatur, commetaneam terre sue, vacuam et habitatoribus destitutam, sibi ob merita seruiciorum suorum de benignitate Regia conferre dignaremur. Verum quia de eo, quod ea terra esset vacua et habitatoribus destituta nobis plenaria veritas non constabat, dilecto et fideli nostro venerabili patri Hamoni Episcopo Vaciensi, vt ad illam terram accederet, et eam, si vacuam inueniret, eidem assignaret, nostris dedimus litteris in mandatis. Idem itaque venerabilis pater Hamo Episcopus Vaciensis Regio obtemperans mandato, vt decebat, sicut nobis rescripsit, super eam accedendo, inuenit predictam terram esse vacuam; quam convocatis commetaneis et vicinis in eisdem metis et terminis, in quibus predicti fabri nostri possederunt, nullo contradictore existente de nostro mandato statuit Magistro Egidio de Konka superius dicto. Nos igitur ob merita seruiciorum eiusdem Magistri Egidij nobis fideliter impensorum, volentes sibi Regio occurrere cum fauore, dictam terram fabrorum nostrorum Koachy vocatam, eidem et per ipsum suis heredibus heredumque suorum successoribus jure perpetuo auctoritate presencium duximus conferendam duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Thome Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, Regni autem nostri anno decimo nono.

(Régi hitelesített másolat Körmöczbánya sz. k. város levéltárában.)

253.

IV. Béla király Gergely Nata fiának a tőle elvett földekért csereképen új birtokot rendel. 1254.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium Saluatore. Ipsa pietas nos inuitat, vt subiectos cum moderamine iusticie foueamus, nec a Regia Celsitudine procedat iniuria, vnde nasci iusticia consueuit. Ad vniuersorum igitur noticiam volumus peruenire, quod cum nos terras Gregorij filij Nata, quarum nomina sunt Gykew, Poya, Holosscegh, Egerpotaka ad viginti quinque aratra sufficientes, existentes infra castrum Tubul, mansionatas quidem et populosas, ab ipso recepissemus, et ad vtilitatem castri Tubul perpetualiter dedissemus, volentes ex oficij nostri debito, ne cuiquam graues in sua iusticia existamus, in concambium earundem terrarum dicto Gregorio filio Nata, terras quasdam, Lezna scilicet et Chemerna, ad triginta aratra sufficientes, sitas in Comitatu Zemplyn, in quibus Mycuta et Noualyad antea residebant, vacuas omnino et habitatoribus carentes, sibi et per eum suis heredibus heredumque successoribus contulimus jure perpetuo possidendas, et ipsum Gregorium per fidelem nostrum Mychaelem Comitem de Sarus in possessionem earundem terrarum introduci fecimus corporalem. Quarum terrarum mete, prout idem Mychael Comes nobis in suis litteris intimauit, hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit a parte orientali de flumine Loboreh, et vadit ad sepulturam Ruthenorum, et ibi tenet metam cum villa Peotry; et inde veniet ad fluuium Jezenew ad plagam meridiem, et ibi est meta; inde per fluuium Jezenew veniet inferius vsque riuulum Hleuna; inde ascendit superius ad montem, qui dicitur Berch, et inde vadit vsque caput riuuli Heuna, et ibi tenet metam cum Sopol Comite, et inde veniet ad partem occidentalem ad caput riuuli Cemerna; et inde tendit ad caput riuuli, qui dicitur Souspotok, et ibi tenet

metam cum filijs Hytlen; et inde vadit ad septemtrionem ad siluam Gorboucha; et inde per siluam Gorboucha vadit ad riuulum Ludun; et inde veniet inferius per riuulum Ludun; inde transit ad malnalucateue; inde vadit ad primam metam Loborch, et sic terminantur mete dictarum terrarum. In cuius rei perpetuam firmitatem presentes litteras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo quarto, sexto kalendas Januarij, Regni autem nostri anno

(Az egri káptalannak 1360-ki átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

254.

IV. Incze pápa azirànt intézkedik, hogy az esztergami érsek több szegnai kalmárnak bizonyos összeget fizessen. 1254.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio ... Archidiacono Bononiensi salutem et Apostolicam benedictionem. Cum, sicut dilecti filii Bonifacius Bonsignoris, Albizus Deuteaiute, Bencivendi Johannis et Bonaventura Recuperi (et alii) eorum socii, ciues et mercatores Senenses nobis exponere curaverunt, iidem dilectis filijs Magistris Petro Preposito Ecclesie Chasmensis Zagrabiensis Diocesis, Octomaro Archidiacono Neogradiensi, et Raynaldo Plebano Ecclesie de Bana Strigoniensis Diocesis, procuratoribus venerabilis fratris nostri ... Archiepiscopi Strigoniensis renunciantibus constitutioni de duabus dietis edite in Concilio Generali, beneficio restitutionis in integrum, conventionis judicum, et omnibus litteris et indulgentiis Apostolicis impetratis et impetrandis, prout de hoc et mutuo contrahendo usque ad infrascriptam summam plenam habebant per nostras litteras facultatem, tria millia et quingentas marcas argenti puri et fini ad pondus Ungarie apud Sedem Apostolicam pro expediendis ipsius Archiepiscopi et Ecclesie mutuarint, certis loco et terminis

ipsis mercatoribus persoluendas, prout in publico instrumento confecto exinde plenius continetur; mandamus quatenus, si predictus Archiepiscopus et successores ipsius in statutis loco et terminis iuxta predicti tenorem instrumenti, ita quod nulla alia probatio vel certitudo super huiusmodi debito exigatur, mercatoribus ipsis, quibus nolumus pretextu alicuius constitutionis canonice vel civilis, aut cuiuscumque privilegii vel indulgentie, de quibus in nostris litteris plene et expresse, ne de verbo ad verbum oporteat fieri mentionem, incumbere, quod de predicta pecunia in utilitatem ipsius Ecclesie sit conversa, de pecunia non satisfecerint memorata, ut extunc in dictum Archiepiscopum vel successorem suum, qui pro tempore fuerit, auctoritate nostra, monitione premissa sublato appellationis obstaculo, non differas promulgare, ac ipsos excommunicatos tandiu publice nunties, et facias per alios in locis, ubi expedire videris, nuntiari diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, donec prefatis mercatoribus de predicta pecunia cum iustis et moderatis expensis, interesse, ac debita restauratione dampnorum, super quibus simplici verbo ipsorum mercatorum vel cuiusuis eorum sine sacramento et aliqua alia probatione dicti Archiepiscopus et successores credere teneantur, usuris omnino cessantibus, fuerit satisfactum. Si vero idem Archiepiscopus in huiusmodi excommunicatione per duos menses steterit, ab administratione spiritualium et temporalium suspendas eundem, prefixo ei nichilominus peremptorio termino competenti, quo personaliter nostro se conspectui representet pro meritis recepturus. Non obstante constitutione predicta, vel si dictus Archiepiscopus ex indulto Apostolico habeat, vel sibi aut eius successoribus contigerit indulgeri, quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint, seu extra suam provinciam ad iudicium evocari per litteras Apostolicas, in quibus de indulto huiusmodi expressa de verbo ad verbum mentio non habetur, seu qualibet dicte Sedis indulgentia impetrata, vel etiam impetranda, per quam hoc impediri valeat vel differri. Datum Laterani III. nonas Martii, Pontificatus nostri anno undecimo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalum I. köt. 81. l.)

255.

IV. Incze pápa a visnizai monostort az apostoli széknek különös pártfogása alá veszi. 1254.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . . Abbati Monasterii Sancti Jacobi de Visniza, ejus fratribus tam praesentibus, quam futuris regularem vitam professis. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit esse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, saere religionis infringat. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium Sancti Jacobi de Visniza Ragusine Diocesis, in quo Divino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, ct Beati Benedicti regulam, in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem Monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione, seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant, pro quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo primum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, vineas et terras, quas habetis prope idem Monasterium, cum omnibus pertinentiis suis; vineas et terras, quas habetis in locis, qui Subrende Ver — — — — et Junchettum vulgariter nuncupantur, cum omnibus pertinentiis eorundem; domos quas habetis in civitate Ragusina cum omnibus pertinentiij earundem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus — — — et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus et sumptibus colitis,

de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos, e seculo fugientes, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum posthac in Monasterio vestro professo fas sit, sine Abbatis sui licentia de eodem loco discedere, nisi arctioris religionis obtentu; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce Divina officia celebrare; dummodo caussam non dederitis interdici. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a Diocesano suscipiant Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, et gratiam et communionem Sacrosancte Romane Sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochie vestre nullus, sine assensu Diocesani Episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec novitatibus indebitis exactiones ab Archiepiscopis, et Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusque personis, a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum — — — — dètinentur, redimendi et legitime liberandi, de omnibus eorum, et ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi, libera sit de nostra permissione facultas. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci Abbate, ac tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum maior pars consilii sanioris, secundum Deum et Divi Benedicti regulas provideant eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna impo-

sterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam sive furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea exemptiones, libertates et immunitates, a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus, vel aliis fidelibus liberaliter vobis indultas, Apostolica auctoritate confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus possidere; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate, et Diocesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, et secundo, terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore et Somguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus.

Ego Rainaldus Ostiensis, et Velletrensis Episcopus.

Ego Stephanus Prenestinus Episcopus.

Ego Stephanus Sancte Marie — — — — tt. Presbiter Cardinalis.

Ego frater Joannes tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis.

Ego frater Hugo tituli Sancte Sabine Presbiter Cardinalis.

Ego Ricardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.

Ego Octavianus Sancte Marie in Via Lata Diaconus Cardinalis.

Ego Joannes Sancti Nicolai in Arce Tulliana Diaconus Cardinalis.

Ego Villelmus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

Ego Ottobonus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis.

Datum Anagnie per manum Guillelmi — — — — Parmensis Sacre Romane Ecclesie Vice-Cancellarii XI. kalendas Augusti, Indictionis XII., Incarnationis Dominice anno M° CC° L° IIII°. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae IV. anno duodecimo.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 105. l.)

256.

IV. Incze pápának rendelete, hogy az apostoli széknek különös meghagyása nélkül a pápai követ az esztergami érseket és káptalant egyházi büntetéssel ne sujthassa. 1254.

Innocentius Episcopus seruus sernorum Dei venerabilj fratri . . . Archiepiscopo et dilectis filijs Capitulo Strigoniensi salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolice Sedis benignitas sincere obsequentium uota fidelium fauore beniuolo prosequi consueuit, et personas illorum, quos in sua deuotione promptos inuenerit et feruentes, quibusdam (titulis) decentius decorare. Vt igitur ex speciali deuotione, quam ad nos et Romanam Ecclesiam habere noscimini, sentiatis uobis fauo-(rem) Apostolicum non modicum accreuisse; auctoritate uobis praesentium indulgemus, ut nullus Delegatus, (uel) Subdelegatus, Executor, aut etiam Conseruator, auctoritate Sedis Apostolice, uel Legatorum ipsius in uos, uel Ecclesiam uestram excommunicationis, suspensionis, uel interdicti sententias promulgare, aut interdicere uobis ingressum Ecclesie (ua)leat, absque speciali mandato Sedis eiusdem, faciente plenam et expressam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessio-

nis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit; indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Anagnie VI. nonas Octobris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 677. l.)

257.

IV. Incze pápának intézkedése, mely által az esztergami érseknek és káptalannak szabadalmát, hogy a római széknek különös engedelme nélkül ki által sem sujthatók, védelmezi. 1254.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs ... de Pelys ... et de Boccon Abbatibus Cysterciensis Ordinis, Vesprimiensis Dyocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolice Sedis benignitas sincere obsequencium uota fidelium fauore beniuolo prosequi consueuit, et personas illorum, quos in sua deuocione promptos inuenerit et feruentes, quibusdam titulis decentius decorare. Vt igitur ex speciali deuotione, quam uenerabilis frater noster — — — — Archiepiscopus, et dilecti filij Capitulum Strigoniense ad nos et Romanam Ecclesiam habere noscuntur, sentiant sibi fauorem Apostolicum non modicum accreuisse; eis per nostras duximus litteras indulgendum, vt nullus Delegatus vel Subdelegatus, Executor, aut etiam Conseruator, auctoritate Sedis Apostolice, uel Legatorum ipsius, in eos, uel Ecclesiam ipsorum excommunicationis, suspensionis, uel interdicti sententias promulgare, aut interdicere ipsis ingressum Ecclesie ualeat, absque speciali mandato Sedis eiusdem, faciente plenam et expressam de ingulgentia huiusmodi mentionem. Quocirca discretioni uestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictos Archiepicopum, Capitulum et Ecclesiam non permittatis

super hijs contra concessionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestare; molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo; non obstante, si aliquibus, quod excommunicari, suspendi, uel interdici, aut conueniri extra certa loca non valeant, a Sede Apostolica sit indultum, et constitutione de duabus dietis, edita in Concilio Generali. Datum Anagnie IV. nonas Octobris, Pontificatus nostri anno XII.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 678. l.)

258.

Roland nádor a IV. Béla királynak Lapsa nevü birtokot a domonkosok vasvári monostora számára tárgyazó adományát foganatositja. 1254.

Nos Rolandus Palatinus et Comes Posoniensis omnibus presentes inspecturis duximus significandum, quod cum ex precepto domini B. Regis Vngarie infra Comitatum Ferrei Castri terras Castri eiusdem a Castro indebite alienatas reuocaremus ordine iudiciario; inter cetera Capitulum Ecclesie Sancti Micaelis de Ferreo Castro exhibuit nobis priuilegium B. Regis. Cuius tenor talis erat:

Bela Dei gracia stb. (következik Béla királynak okmánya, mint fentebb 102. sz. a.)

Nos igitur continenciam eiusdem priuilegii ratam habentes et firmam, terram prenominatam pro iure Ecclesie supradicte, inmobiliter stare permisimus; et licet ipsum priuilegium sufficiens videbatur esse per omnia ad hoc negocium, tamen ad maiorem eiusdem rei cautelam, et ad instanciam Fratrum Predicatorum presentes litteras cum munimine nostri sigilli Capitulo Castri Ferrei de Ecclesia Sancti Micaelis in testimonium priuilegii domini Regis duximus concedendas. Datum

apud Castrum Ferreum in festo Sancti Micaelis, anno gracie M° CC° quinquagesimo quarto.

(Az eredeti után Nagy Imre, Hazai Okmánytár IV. köt. 35. l.)

259.

Henrik országbíró és somogyi főispán a Bakacs fiai Jakab, Mika, Jaracsin és Karacsin, és Salamon fiai Demeter és testvérei közt a Zala folyón lévő bizonyos malom fele része iránt kötött egyességet, mely szerint a kérdéses malom fele a hozzá tartozó földekkel együtt továbbra is Salamon fiai birtokában maradt, megerősíti. 1254.

Nos Herricus Judex Curie Regiė et Comes Symigiensis ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire: quod cum Jacobus, Mica, Jarachinus, et Carachinus filij Bococh, Demetrium et fratres suos filios Salomonis ad nostram citassent presenciam, medietatem cuiusdam molendini in fluuio Zale decurrentis, racione porcionis Zeme ab eisdem requirentes, tandem mediantibus quibusdam probis viris ex nostro beneplacito et consensu, sicut ijdem personaliter constituti asseruerunt, pro bono pacis in talem composicionem deuenerunt; quod filij Bococh supradictam medietatem eiusdem molendini filijs Salomonis prenominatis relinquerunt in pace in perpetuum, et nunquam requirendam possidere, sicut et in primis possidebant cum terrarum medietate ad eundem molendinum pertinencium. Vt igitur processu temporis factum presentis composicionis et pacis per calumpniam uel alicuius litem in questionis materiam reuocari non possit, sed robur obtineat firmitatis, ex uoluntate parcium predictis filijs Salomonis litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M° CC° quinquagesimo quarto.

(Eredetie a mélt. gróf Teleki család magyarországi ágának levéltárában Gyömrőn. *Szabó Károly.*)

260.

Miklós, királyi főtálnok a király meghagyásából Somogy, Zala és Veszprém megyékben több birtokügyet elrendez. 1254.

Nos Nicolaus Dei gracia Magister Dapiferorum Illustris Bele Regis Hungarie vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit salutem et omne bonum. Cum ad recensendos vduornicos suos per vniuersum Regnum Wngarie constitutos super terra eorundem examinanda a domino Rege supra nominato constituti fuissemus, et in ipso negocio exequendo ad prouinciam Simigiensem peruenissemus, accedentes ad nos vniuersi illius prouincie wduornici et eorundem jobagiones conquesti sunt, quod Abbas Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie duo molendina in terra, que dicitur Sar, ab eisdem in concambio recepisset. Contra quos predictus Abbas exhibuit priuilegium Nicolai filii Borz quondam Palatini. Cuius tenore viso predicta molendina Abbati relicta sunt ab eisdem perpetuo possidenda. Igitur vniuersis negociis prouincie Simigiensis peractis venientes ad prouinciam Zala, inuenimus agazones Sancti Martini sub monte Hygmogos terram suam habere separatam cum vduornicis de Kezey a plaga aquilonari cum duabus magnis metis terreis ad molendinum Soych, quod est super fluuium Egrud, et transit per fluuium Egrud, et vadit per antiquum Egrud per prata. Cum vduornicis vero, qui sunt in Higmogos, a parte occidentali terram habent communem in siluis, et in fenetis. Hic eciam completis prouincie huius negociis, veniendo ad parochiam Vesprimiensem, inuenimus villam Sancte Crucis sub silua Bocon Ecclesie Beati Mauricii pertinentem, terram suam habere separatam cum vduornicis de villa Fen cum metis antiquis et nouis, vt habet priuilegium Bele Regis et quorundam quondam Palatinorum. Ne igitur per temporum generacionem ab hominibus succedentibus prescripta in errorem aut irritum vel dissensionem deduci valeant, presentem paginam concessimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M° CC° L° IV°.

(Eredetie a pannonhalmi főapátságnak levéltárában.)

261.

Gallus erdélyi püspök és Ákos mester budai prépost a királynak meghagyásából a bakonybéli apátság és okoli jobbágyai közti egyenetlenségeket elintézik. 1254.

Nos Gallus Diuina miseracione Episcopus Transiluanus, et Magister Acus Prepositus Budensis aule Illustris Regine Hungarie Cancellarius, significamus, quod cum causam, que inter Abbatem et Conuentum de Beel ex vna parte, ac populos eorundem de villa Okol ex altera vertitur super quibusdam articulis condicionum dicti populi, dominus Rex nobis commisit iudicialiter cognoscendam seu decidendam; Abbas pro se et Conuentu suo jobagionibus Ecclesie sue sibi adstantibus proposuit, quod populi antedicti renitendo contumaciter denegabant seruicia et debita quam plurima, quibus Ecclesie sue tenebantur, exhibere, que omnia in forma peticionum suarum articulatim comprehendebat; populis ex aduerso respondentibus, quod predictus Abbas et Conuentus indebite eos et superflue grauabant vltra id, quam fuerit a primis progenitoribus domini Regis institutum; propterea vendicando specificantes sua debita et seruicia coram nobis, videlicet quod a festo Sancti Regis Stephani vsque ad Natiuitatem Domini, similiter et a Carnispriuio vsque ad festum Sancti Johannis Baptiste duo et duo per singulas hebdomadas in opere carpentaneo seruire Monasterio tantummodo tenebantur; nomine vero decimarum non plus quam duos cubulos, vnum de frumento, alium de hordeo, et singule mansiones ad singulas gallinas similiter tenentur; tornatores vero nonnisi in tribus festis de singulis mansionibus ad singulas decem scutellas et tria peccaria danda seu persoluenda sunt obligati; ad alia vero, que Abbas petebat, dicebant se penitus non teneri. Nos vero auditis racionibus parcium et plenius intellectis, ita duximus interloquendo pronunciandum, vt predictus Abbas memoratos populos non ad ampliora arctare, quam ad ea, que superius expressa sunt per confessionem

et recognicionem eorundem presumat, donec super aliis articulis per dominum Regem vel per alios, quos ad hoc Regalis Excellencia specialiter deputauerit, presentibus partibus fuerit sentencionaliter definitum. Que omnia ita seruaturum memoratus Abbas fide data promisit. Pronunciauimus eciam, quod pistores similiter, et lotores vestium altaris, nec non indumentorum sacerdotalium non ad ampliora seruicia vel debita compellantur, quam et similium condicionum homines aliarum Ecclesiarum racione condicionum suarum sunt adstricti. Datum sabbato proximo post festum Apostolorum Petri et Pauli anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto.

(Eredetie a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

262.

Zeland veszprémi püspöknek bizonyságlevele Mária Keszői Domonkos nejének végrendeletéről. 1254.

Zlandus Dei gracia Episcopus Vesprimiensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentes inspecturis, lautem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Comes Dominicus filius M . . . de Kezw personaliter ad nostram accedens presenciam, nobis humiliter suplicauit, vt homiuem nostrum fidedignum mitteremus cum eodem, coram quo domina Maria filia Magistri Joachyni, karissima consors eiusdem nobilis viri Comitis Dominici, suum conderet in suis extremis testamentum. Nos uero, prout ex debito et ex uoto ad curam animarum tenemur, precibus iam dictis Comitis Dominici inclinati, cum Benedictum Prepositum de Vrs misissemus, tandem ad nos rediens dixit nobis coram Martino sacerdote de Kęzw, et Laurencio filio predicti Magistri Joachyni fratre ipsius domine Marie; vt eadem, cum in lecto egritudinis adhuc sue mentis compos existeret, dotem suam et res parafernales, prefato

Comiti Dominico taliter relaxavit, vt filiam suam nuptui ordinaret, dum tempus aduenit nupciale. In cuius rei firmitatem literras nostras sigillo nostro concessimus roboratas. Anno Domini M° CC° quinquagesimo quarto.

(Az eredeti után Véghelyi Dezső, Hazai Okmánytár I. köt. 29. l.)

263.

A bácsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Becha nevű özvegy hitbérére nézve testvérével Merkkel egyezkedett. 1254.

Transactio coram Capitulo Ecclesie Bachiensis inter Becha relictam, et cognatum eiusdem Merk, super solucione dotis de terra Reva.

(A mélt. b. Révay család levéltárának lajstromából. Magát az okmányt nem láthattam.)

264.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Jakab és Miklós várjobbágyok Sárfői Hiscus és fiai, s István Gergelynek fia közt birtokosztályt eszközöltek. 1254.

Capitulum Ecclesie Posoniensis omnibus, ad quos littere presentes peruenerint salutem in uero salutari. Vniuersitati uestre tenore presencium significamus, quod Jacobus filius Voynus, Nicolaus filius Prus, jobagiones Castri, Hisci de Sarfev cum filijs suis Benedicto, Petro et File ab una parte, Stephanus filius Gregorij cognato (így) eorundem ab altera coram nobis constituti; idem Jacobus et Nicolaus asseruerunt, quod

cum ipsi compositores super diuisione terre inter illos utraque parte uolente extitissent, talem inter ipsos fecissent composicionem; quod medietas tocius terre ipsorum hereditarie, videlicet in Sarfw, in Manar, et in Peschen existentes, cederet in ius Stephani filij Gregorij iure perpetuo possidenda, et insuper uiginti iugera terre in Sarfev ex parte Hisci, exceptis tantum viginti iugeribus terre, que Hisci dicitur iure emticio possidere; de quibus Hont et Johannes filij Monch eidem Hisci consencientes non contradixerunt. In cuius rei testimonium ad peticionem partis utriusque litteras nostras concessimus sigilli nostri municione roboratas. Datum in festo Bartolomei Apostoli anno gracie M° CC° quinquagesimo quarto.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalannak egészen ép pecsétje hártyazsinegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

265.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Jana és testverei, s Belid és testvérei közt birtokosztály történt. 1254.

A B C

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo omnibus notum facimus, quod Jana, Opur et Vrbanus ex una parte pro se et suis consanguineis; Belid, Andreas, Symon ex altera pro se et suis consanguineis respondentes, coram nobis comparendo professi sunt, talem in terra ipsorum fecisse diuisionem, quod terram Rit in duas partes diuisissent; et porcionem ex parte meridionali in quolibet circuitu reliquissent maiorem latitudine unius iugeris; et eiusdem terre metas predicte sic procedere retulerunt: quod scilicet egreditur ab aqua Rabe, et uadit ad locum, qui Bursoteluk dicitur; inde

ad arboream (így) populeam; deinde ad secundam arborem populi; et quia plus in alia terra Belid cum sua generacione possidet, propterea terram nomine Heginteluqui addiderunt ad nominatam terram Rit Jane, Opour et Vrbano. Et hee sunt mete in terra parcium predictarum; incipiens a nemore Pliznud ante pontem sunt mete; inde ibit ad uallem, et in medio uille (így) sunt mete antique; deinde ad uallem, et in litore uallis sunt mete; et postea in medio uallis sunt mete; hinc ad Sidfy, et ibi sunt mete; inde in magna uia sunt mete antique; abinde ad Buuozsieltiu, et ibi sunt mete; inde pergit ad Sceuleuster, ubi sunt mete; et sic per ueteres metas tendit ad meridiem ad sepulchrum Vtod; et per easdem ueteres metas uergit usque ad Ilbu, et ibi terminatur; silua uero ubique eis est communis. Item inter terram uille Bogozlov, et inter terram Jane, Opour et Vrbani; Belid, Andreas et Symon habent terram hereditariam usque ad Ilbu. Et pacem perpetuam et inmobilem eedem partes inter sę factam asseruerunt. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Petro existente nostro Preposito, Oliuerio Cantore, Ombud Custode, Geruasio Decano. Anno Domini M° CC° L° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, az egykor hártyazsinegen függött pecsét elveszett. a budai kir. kamarai levéltárban.)

266.

A somogyi konventnek bizonyságlevele, hogy Endre Petresnek fia és Mikou Kersennek fia Fehéregyház, Tikus és Szőcseny birtokok felett egyezkedtek. 1254.

Conuentus Monasterij Sancti Egidij de Simigio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. A vniuersorum

noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire, quod Andreas filius Petres de Feirighaz ab vna parte; Mikou filius Kersen de Tikus ex altera, in nostra constituti presencia confessi sunt oraculo uiue uocis; ut per composicionem Comitis Johannis filij Isip, et Gregorij filij Gicel de genere Beuu, ac Chama de Huruathkut, ob dileccionem cognacionis, super causa diuisionis possessionum ipsorum olim facte, hoc modo se reformassent; ut sicut olim predictus Kersen, pater eiusdem Mikou, et dictus Andreas, diuiserant inter ipsos possessiones eorum, eodem modo commisissent; uidelicet possessionem Feirighaz cum omnibus utilitatibus suis, sub antiquis metis et terminis, quibus a uicinis suis separatur, dictus Mikou commisisset et reliquisset Andree predicto et suis posteritatibus perpetuo possidere; e conuerso autem idem Andreas possessionem Tikus et porcionem eorum in Zeuchen habitam dedisset et reliquisset eidem Mikou et suis heredibus similiter perpetuo possidere; tali obligacione mediante, quod si processu temporis ipsam diuisionem aut ipsi, uel aliquis de posteritatibus ipsorum reuocaret, illi qui ipsam diuisionem obseruaret, L marcas, sine porcione iudicis, dare teneretur. In cuius rei stabilitatem et firmitatem ad peticionem parcium super hec premissa ambabus partibus dedimus litteras nostras, sigilli nostri munimine communitas. Datum in die animarum, anno Domini M° CC° LIIII°; Beato Abbate, Benedicto Decano, Lucach Custode, Baldino Cantore, Andrea Bisseno Celerario, ceterisque fratribus ibidem existentibus.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 67?. l.)

267.

A váradi konventnek bizonyságlevele, hogy Vidol Miklósnak fia nővéreivel az őket illető leánynegyedre nézve egyezkedett. 1254.

Conuentus Monasterij Waradyensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus salutem in salutis auctore. Vniuersitati vestre presencium tenore fieri volumus manifestum, quod nobiles domine, videlicet domina Pynna filia Nycolai filij Vyd de genere Buken, uxor Chuda ab una parte; et domina Ilana filia eiusdem Nycolai filij Vyd, uxor scilicet Myxeed ab altera; vnacum Vydol filio predicti Nycolai fratre earum carnali coram nobis personaliter comparentes, super terra earum Janus uocata in terra Janus existente, que racione quarte, siue pro quarta ipsarum ex parte Vydol filij predicti Nycolai, fratris videlicet carnalis earundem dominarum in terra Janus vocata memoratis dominabus dinosscitur fuisse deuoluta; prenominato Vydol el alijs probis viris mediantibus et ordinantibus inter ipsas diuisionem huiusmodi concordem et pacificam per certas terminorum distincciones, sicut iam in presentibus inferius exprimitur, inter se factam fuisse retulerunt; quod vna medietas dicte terre seu porcionis ipsarum Janus uocate in duas partes diuisa equali diuisione mediante existens ab occidente, que in terris arabilibus ab alia dimidietate eiusdem terre ab oriente remanente per ueterem meatum cuiusdam riuuli a parte septemtrionali uersus meridiem decurrentis dinosscitur separari, cum medietate silue ad eandem terram pertinentis existente a septemtrione, que ab alia medietate eiusdem silue a meridie existente per quandam vallem wlgariter *hologusgudur* dictam ab oriente uersus occidentem se protendentem nosscitur separari et distingi, sicut viue uocis oraculo nobis recitarunt domine memorate, cum suis vtilitatibus omnibus et pertinencijs ac circumstancijs quibuslibet, cessisse in porcionem prefate domine Pynne simul et eiusdem posteritatum descendencium ab eadem in perpetuum et irreuocabiliter possidenda; alia

vero medietate ipsius terre cum terris arabilibus existente ab orienti, simul cum alia medietate predicte silue ad eandem terram pertinentis, a parte videlicet meridionali existente, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis quibuslibet cedente et remanente sepedicte domine Ilana et suis posteritatibus ab eadem descendęntibus, similiter in perpetuum et irreuocabiliter possidenda et habenda. Ipse autem domine obligauerunt se coram nobis, quod si qua ipsarum, vel posteritates earundem, transgrediendo et prosiliendo ueterem meatum predicti riuuli inter ipsas duas porciones terre separantis, de porcione alterius partis in terris arabilibus quantumlibet pro se usurpare niteretur quandocunque; hec pars violatrix facte diuisionis alteri parti, ante litis ingressum, et absque strepitu judicij alicuius, decem marcas pecunie dare et persoluere teneatur. Ad cuius rei memoriam perpetuam et munimen presentes litteras concessimus sigillo nostro roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini millesimo CC° quinquagesimo quarto. Andrea Decano et Gregorio Custode, ceterisque fratribus existentibus, et nobiscum Deo famulantibus humiliter et deuote.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje hártyazsinegen függ, a főmélt hg. Eszterházy család levéltárában.)

268.

Ancona város hatósága Gonzoni Máté ottani polgárnak engedelyt ad, hogy raguzai hajó által szenvedett károsodásának fejében a raguzai kereskedőknek vagyonán magának tettleg elégtételt eszközölhessen. 1254.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Amen. Anno Domini M.CC.LIV. Pontificatus domini Innocentii Pape quarti, Indictione XII. civitate Ancone die XV. mensis Septembris. Nos Gufferatus Guarcignellus Civitatis Ancone Potestas stb. super exhibita nobis petitione domine Bellavederis uxoris Matthei

Gozonis dilecti nostri civis Anconiani, nomine ipsius sui viri plene deliberantes, que petebat sibi pro dicto suo viro, et per eum fratri sui viri licentiam exiberi per nos et Commune Ancone nostrosque successores, capiendi, reprehendendi et manutenendi de bonis et rebus hominum Ragusie usque ad quantitatem septuaginta librarum Anconitanarum pro rebus ablatis dicto Mattheo suo viro in banzone sive nave Sergii de Ragusia apud portum Inganatorum a piratis sub protectione et fraudalenta occasione, dolo et machinatione adhibita a prenominato Sergio et sociis seu marinariis de Ragusia dicti banzonis seu navis, prout allegabat taliter esse probatum. Cum Commune Ragusie fuerit sequestratum per Ambaxatores et litteras Communis Ancone stb. stb. (a kért engedély neki megadatik.)

(Eredetie a bécsi cs. kir. titkos levéltárban.)

269.

Ancona város hatóságának több más polgár számára hasonló engedélye. 1254.

Civitas Ancona Paulo Fultroni civi suo ad quantitatem 8 libr. 12 s. admittit capere et apprehendere in represaliam de rebus Raguseorum pro rebus suis ablatis Bartholomeo Fultroni, quas is ab illo habuit in recommandicium in banzone Sergii de Raguseo. Die 5. exeunte Augusti 1254.

Civitas Ancona idem admittit ex simili causa Benevuto Pauli civi Anconitano ad quantitatem 33 et dimidiae librarum. Die 15. intrante Septembris 1254.

(Az eredeti okmányok a bécsi cs. kir. levéltárban.)

270.

IV. Béla király a pannonhalmi és a' somogyvári apátok közti Faiz helységre vonatkozó egyenetlenségeket elintézi. 1245—1258.

Nos Bela Dei gracia Rex Hungarie damus pro memoria, quod cum inter viros religiosos, videlicet Sancti Martini de Pannonia, et Sancti Egidii de Symigio Abbates exorta fuisset materia questionis super quadam parte terre Faiz, tandem mediantibus viris idoneis talis inter eosdem composicio intervenit; quod predictus Abbas Sancti Martini in prefata villa Faiz quinque mansiones jobagionum habebit, qui ibidem commorantes, utentur fructibus et utilitate terre prefate, sicut jobagiones Abbatis Symigiensis, proprietate terre penes Monasterium de Symigio remanente; si autem numerus excreverit eorundem, reliqui posteriores removebuntur, quinque illis vel aliis quinque duntaxat loco illorum substitutis remanentibus modo supradicto, contradiccione qualibet non abstante; Abbas tamen Symigiensis in illis quinque mansionibus racione terre fructuum perceptorum et percipiendorum nullam sibi jurisdiccionem penitus vendicabit; sed Abbati Sancti Martini servient secundum eorundem consvetudinem hactenus observatam. Preterea existentibus illis quinque mansionibus, vel eisdem deficientibus, Abbas Sancti Martini, vel officiales eiusdem de terra ipsa locare aliis non poterunt ad culturam; sed de fructibus et utilitate ipse quinque mansiones, vel superexistentes pauciores, utentur modo superius memorato. Datum in castris circa Petoviam in translacione Sancti Martini.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függő pecsétnek töredéke megvan, a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

271.

IV. Béla király megerősíti Pál országbírónak Igrich helység határszabályozását tárgyazó elintézését. 1255.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Solet a Principe confirmari, quod in conspectu geritur aliorum; inconcussum quippe permanet, quod Regie Serenitatis presidio roboratur. Ad vniuersorum igitur noticiam volumus harum serie peruenire, quod accedentes in nostram presenciam jaculatores nostri de villa Igrich in Comitatu Zaladiensi, humiliter nostre Magnitudini suplicarunt, ut statum terre ipsorum certis metis undique consignate, iuxta tenorem litterarum fidelis nostri Pauli Judicis quondam Curie nostre et Comitis Zaladiensis nostro priuilegio inserere, et insertum dignaremur benignitate solita confirmare. Quarum quidem litterarum tenor is est:

Nos Paulus Judex Aule Regie stb. (következik Pál országbírónak ezen határszabályozást tárgyazó 1251-ki okmánya, mint fentebb 229. sz. a.)

Nos itaque, qui ex officio suscepti regiminis tenemur inuigilare remedijs subditorum, predictorum ioculatorum precibus inclinati, statum terre eorundem prefate de uerbo ad uerbum secundum continenciam litterarum predicti P. Comitis insertum, presentibus auctoritate Regia confirmamus. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Electi aule nostre Vice-Cancellarij, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, Regni autem nostri anno vigesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

272.

IV. Béla király az egri káptalannak meghagyja, hogy Meszes helységre nézve Zemplén megyében határjárást tartson. 1255.

Bela Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis Capitulo Ecclesie Agriensis salutem et graciam. Dicit nobis Antoleus de genere Hermanni frater Mathie Prepositi de Scepus dilectus et fidelis noster, quod quedam possessio sua Mesces vocata in Comitatu de Zemlyn existens, distinccionibus vicinitatum et ereccionibus metarum nouarum plurimum indigeret. Super quo fidelitati vestre firmiter precipientes damus in mandatis, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fide dignum, quo presente Comes Stephanus filius Cadar de Tholchwa, vel Andronicus de eadem homo noster ad faciem dicte possessionis accedendo legitima conuocacione vicinorum et commetaneorum eius reambulet eandem per veteres et antiquas metas, iuxta veteres nouas metas, vbi necessarie fuerint, erigendo, statuatque ipsi Comiti Antaleo in filios filiorum eius et heredes perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem, si qui fuerint, contra eundem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et post hec tocius facti seriem cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum Bude in octauis Beati Jacobi Apostoli anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

(Az egri káptalannak ugyanazon 1255. évi bizonyságleveléből, mint alább 288. sz. a.)

273.

IV. Béla király Dame és Renoldnak fiait, a nekik oda adományozott Barchan birtokban megerősíti. 1255.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire: quod cum post recessum Tartarorum pro revocandis juribus Castrorum indebite occupatis per totum Regnum nostrum diuersos judices misissemus, inter cetera super terra Barchan nominata, que Nitriensis Castri fuerat, contra filios Dame et Renoldi per jobagiones ejusdem Castri in presencia Magistri Prannay Judicis Curie domine Regine Comitis Nitriensis, dilecti et fidelis nostri, quem ad eundem Comitatum pro revocandis juribus Castri in judicem deputauimus, lis et contencio fuerat suscitata; filij autem dictorum Renoldi, et Dame in termino per dictum Magistrum Prannaium assignato, super donacione dicte terre Barchan per nos in permutacionem terre Buchk eis facta, nouum curauerunt nobis priuilegium exhibere, in quo habebatur, quod terra Buchk, quam Simone condam Bano notam infidelitatis incurrente, Rex Andreas pater noster felicis recordacionis Ladizlao — — — Comiti Bachiensi contulerat, et ab eodem Comite Ladizlao parentes ipsorum Renoldi scilicet et Dame filiorum propter suorum seruiciorum merita, fuerant consecuti, et nos Johanni filio eiusdem Simonis Bani misericorditer reddidimus; et in permutacionem ejusdem terre Buchk eis terram Barchan dederamus supradictam; supplicaverunt ergo nobis, ut eandem terram Barchan eis dimittere dignaremur. Nos itaque juticie gressibus adherentes, dicto Magistro Prannaio dedimus in mandatis, ut tam dictam terram Buchk, quam terram Barchan inspiceret, (et) si esset equalis permutacio inter easdem, tunc dictam terram Barchan eisdem filijs Dame et Renoldini dimitteret pacifice possidendam. Qui sicut nobis rescripsit, prefata terra

Barchan terre Buchk in quantitate, et qualitate est ęqualis, imo quodammodo terra Barchan minoris valoris existeret, quam sit terra Buchk, prout in ejusdem Magistri Prannay litteris vldimus contineri. Peticionem ergo dictorum filiorum Dame et Renoldi in hac parte justam attendentes, presertim quia per privilegium nostrum (eorum) patri concessum nobis constitit, dictam terram Barchan eis in concambicem nos dedisse; quia ex suscepto regiminis officio sumus unicuique in sua debitores; prenotatam terram Barchan eisdem filijs Dame et Renoldi dimissimus perpetuo possidendam sub eisdem metis et terminis, quibus dictum Castrum dignoscitur possedisse; presentibus litteris nostris sigilli nostri dupplicis impressione munitis in testimonium confirmantes. Datum per manus Magistri Smaragdy Albensis Ecclesie Electi, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri; anno Domini millesimo ducentesimo, quinquagesimo quinto, Regni autem nostri anno vigesimo primo.

(Néhai Rajcsányi Ádám kézirati gyüjteményéből.)

274.

IV. Béla király Kezw helységet tárgyazó adományát Seywred comes számára megerősíti. 1255.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum presencium posterorumque noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum nos terram Kezw, sitam in Comitatu Pestiensi, quam Conch, Petrus et Johannes, filij Johannis, hereditarie possederant, ipsis sine herede decedentibus, dilecto et fideli nostro Seywredo Comiti Albensi ob recompensaciònem serviciorum suorum, que nobis et Regno

nostro fideliter impendit et deuote, perpetuo contulissemus et donassemus possidendam, ac eam nostro priuilegio fecissemus communiri; postmodum ipsam terram Abbas Monasterij de Telky, et Woywoda ac Johannes filius ejusdem, Patroni Monasterij antedicti, ab eodem Seywredo Comite repetierunt, in iudicio coram nobis dicentes, ipsam terram fuisse hereditariam ipsorum, et ob hoc ad ipsos iterum debere redire; Abbas quoque dicebat in eadem se partem habere racione Monasterij sui antedicti. Contra quos idem Seywredus Comes proposuit, quod terra memorata ad predictos Petrum et Johannem proprie et specialiter pertinuit ab antiquo, et a tempore cujus non extat memoria, predictorum Petri et Johannis progenitores, et ipsi solummodo per successionem ipsam terram tenuerunt et possederunt, absque participacione cujusquam. Nos ergo, auditis parcium proposicionibus, utrique parti probacionem duximus indicendam; sed cum probacio Comitis Seywredi esset longe superior et melior; decreuimus sentencionaliter, quod prefatus Comes Seywredus, una cum Egidio et Nicolao sacramentum super sua assercione prestare deberet coram Capitulo Waciensi. Qui in termino eis assignato, prout per litteras ejusdem Capituli Waciensis fuimus edocti, sacramentum prestiterunt, sicut per nos fuerat iudicatum. Vnde nos tocies dictam terram Kezw sepedicto Comiti Seywredo et ipsius heredibus heredumque successoribus per deffinitivam sentenciam adjudicauimus, predictis Woywode, filioque suo, et eorum successoribus, nec non Abbati tam presenti, quam et qui pro tempore successerit, perpetuum super ipsa terra silencium imponentes; litteras super hoc nostras has dupplicis sigilli nostri munimine roboratas sepedicto Seywredo Comiti, et ejus successoribus perpetuo conferentes. Datum in Waska anno Domini millesimo, ducentesimo quinquagesimo quinto, Regni autem nostri anno vigesimo.

(Néhai Rajcsányi Ádám kézirati gyűjteményéből.)

275.

Béla ifjabb király a győrmegyei káptalan és papság közti egyenetlenségeket a tizedek tárgyában elintézi. 1255.

Nos Bela Dei gracia Rex Hungarie et Dux Stirie significamus vniuersis presencium per tenorem, quod cum inter Archidiaconos Ecclesie Canonicos Geurienses ab vna parte, et sacerdotes eiusdem Diocesis Geuriensis ex altera questionis materia super congrua porcione sacerdotum et quibusdam alijs fuisset suborta, et ipsa causa diucius protelata; tandem placuit ipsis Archidiaconis et Canonicis ac Sacerdotibus nostram super hoc ordinacionem acceptare. Partibus itaque coram nobis presencialiter constitutis, habito Prelatorum, Principum et Consiliariorum nostrorum tractatu diligenti, et consilio et consensu venerabilis patris O. Episcopi Geuriensis taliter ordinauimus inter partes ipsis acceptantibus et approbantibus; quod quarta quarte partis omnium decimarum ad sacerdotes pertineat, tres vero partes ad Rectores seu Magistros Canonicos videlicet Ecclesie Cathedralis; oblaciones autem et obuenciones ac mortuaria et cetera minuta libere et integraliter ipsi sacerdotes percipiant, exceptis prouentibus et obuencionibus vnius festi in anno, illius videlicet festi, in cuius honore ecclesia est constructa, quas Magistri percipiant, non tamen per submissam personam laicalem, sed per se, si voluerit, vel per suum sacerdotem aut clericum. Ad hoc Archidiaconi cum suam visitant parochiam, sex equitaturis sint contenti, et procuracionem semel in anno recipiant, et medietatem eius, quod pro cathedratico recipere consueuerunt, tam de matrice ecclesia, quam de capella recipiant, et non vltra, ab eo, a quo procurantur; scilicet de matrice ecclesia dimidium fertonem, et de capella tria pondera; ab eo autem, a quo procuracionem non recipiunt, cathedraticum suum integre percipiant, secundum quantitatem pretactam. Item sacerdotes mota questione — — — — — ecclesijs restituantur ad suas ecclesias et beneficia prius obtenta, dampna eciam hincinde

illata decernimus mutuo remittenda. Ad hec, vt predicta omnia firmius obseruentur, placuit partibus, et nos assumpsimus pro bono pacis, ut partem obseruantem prescriptam ordinacionem conseruemus in suo iure contra alteram obseruare non volentem. Adicimus eciam, quod partes spontanea et vltronea voluntate renunciauerunt omnibus litteris et instrumentis, siue a Sede Apostolica, vel vndecunque obtentis super hoc facto, fide data promittentes in nostras manus ea integre resignare, et si qua ex illis modo aliquo penes quempiam remanerent, cassa essent et inutilia, et nullas vires penitus habitura. Datum et actum in Waska anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

(1504. oktávás átiratból, mely kelt „Bude feria quarta proxima ante festum Beati Martini Episcopi et Confessoris, papiron a budai kir. kamarai levéltárban.)

276.

IV. Sándor pápa a spalatoi érseknek meghagyja, hogy az ujonan választott sebenicoi püspököt megerősítse. 1255.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . , . Archiepiscopo Spalatensi salutem et Apostolicam benedictionem. Sua nobis Capitulum Sibinicensis Ecclesie in Sclauonia peticio monstrabat, quod cum olim Ecclesia ipsa pastore vacaret, ipsi, prout moris est, conuenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata dilectum filium S. eiusdem Ecclesie Archipresbiterum, virum utique, ut asserunt, providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, unanimiter et concorditer elegerunt in eorum Episcopum et pastorem. Verum quod tu, qui loci illius Metropolitanus existis, pro eo, quod Ecclesia ipsa tanto tempore vacaverat, quod ad Sedem Apostolicam erat eius provisio devoluta, renuisti electionem huiusmodi confirmare, predicti Capi-

tulum ad Sedem ipsam habentes recursum, felicis recordationis I. Pape predecessoris nostri ad te litteras impetrarunt, ut inquisita de modo electionis, eligentium studiis, et electi meritis diligentius veritate, electionem ipsam, si eam inveneris de persona idonea canonice celebratam, non obstante vacatione diutina predicte Ecclesie, que vacasse per XX annos et amplius credebatur, confirmare curares. Sed tu ex eo solo electionem confirmare differens supradictam, quod in huius modi litteris predecessoris ipsius XX annorum et amplius spacium ponebatur, cum tibi plene constiterit, quod per amplioris temporis spatium Ecclesia vacaverit memorata, supersedisti hactenus negotio supradicto. Quare predicti Capitulum nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nolentes igitur, quod ipsa Ecclesia propter vacationem diuturnam in spiritualibus et temporalibus graue dispendium patiatur, mandamus, quatenus, si est ita, hoc non obstante predictum S. Archipresbiterum, si tanto congruat oneri et honori, et aliud canonicum non obsistat, auctoritate nostra preficias eidem Ecclesie in Episcopum et pastorem. Datum Neapoli XII. kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner Ágoston, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalinm I. k. 82. l.)

277.

IV. Sándor pápa Lőrincz szerémi prépost számára megerősíti Oliver szerémi püspöknek Drasch birtokát tárgyazó adományát.
1255.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Laurentio Preposito Ecclesie Sancti Yrenei Syrmiensis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum igitur, sicut petitio tua nobis exposita continebat, venerabilis frater noster Episco-

pus Syrmiensis, attendens grata et accepta servitia sibi et Syrmiensi Ecclesie a te impensa, nec non et quam plures labores, quos pro ipso et eadem Ecclesia subiisti, villam quamdam sitam in Zlacho, que villa Drasch vulgariter nuncupatur, tibi, prout sperabat, ad eum sui Capituli accedente consensu, provida deliberatione concesserit, a te quoad vixeris possidendam, sicut in ipsius litteris confectis extunc plenius continetur. Nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem Episcopo et Capitulo super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inscri facientis, qui talis est:

Nos O. Dei gratia Episcopus Syrmiensis stb. következik Oliver szerémi püspöknek 1250-ki adománya, mint Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 78. l.)

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario oontraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Neapoli idibus Februarij Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium I. köt. 83. l.)

278.

IV. Sándor pápa megerősiti kiküldött biráinak az egri megye tizedeit és egyéb egyházi jövedelmeit tárgyazó itéletét. 1255.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filijs Rectoribus et perpetuis Vicariis Ecclesiarum Diocesis Agriensis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad

debitum perducamus effectum. Petitio siquidem vestra nobis exhibita continebat, quod cum venerabilis frater . . . Episcopus et . . . Prepositus, Archidiaconi et Canonici Agrienses omnes fere redditus et proventus Ecclesiarum vestrarum suis usibus indebite applicantes, et vobis nonnisi quamdam tenuem et exilem partem de decimis, oblationibus et obventionibus illarum pro suo libito conferentes, diversis gravaminibus aliis vos afficerent; felicis recordationis I. Pape predecessor noster, partibus coram se litterarum suarum auctoritate citatis, primo dilectum filium Magistrum Ubaldum Subdiaconum et Capellanum nostrum deputavit in huiusmodi negotio auditorem, et tandem, quia nimis erat ipsis partibus difficile apud Sedem Apostolicam litigare, volens earum parcere laboribus et expensis, per litteras suas dilectis filiis . . . Abbati de Seps Cisterciensis Ordinis, et . . . Priori Fratrum Predicatorum de Potehoc, ac . . . Preposito Sancti Martini de Sipes sub certa forma dictum commisit negotium ordinandum. Qui rite in eodem negotio procedentes, et litterarum predictarum forma seruata, earum auctoritate quartam partem dictarum decimarum vobis, cum id de iure communi competat, pro sustentatione vestra in perpetuum sententialiter assignarunt, et aliam quartam illarum in loco tuto cuiuslibet parrochie pro fabricis, luminariis et ornamentis ecclesiarum ipsarum deponi fideliter decernentes, residuum decimarum predictarum, et duas partes oblationum in denariis, auro vel argento, que a parrochianis vel aliis Christi fidelibus ex quacumque earundem ecclesiarum, ab ea quibus (igy) offeruntur, exceptis pane, carnibus et candelis, que omnia cum tertia parte huiusmodi oblationum in denariis, et auro vel argento facta vobis cedant, dari dicto Episcopo preceperunt; super reliquis vero certam ordinationem ediderunt iuxta litterarum continentiam earundem; prout in patentibus litteris dictorum iudicum confectis exinde, ac eorum sigillis signatis, plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, huiusmodi processum et ordinationem, sicut per eosdem iudices provide facti sunt, ratos et firmos habentes, eos auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare

presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Neapoli VIII. kalendas Maii Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium I. köt. 84. l.)

279.

IV. Sándor pápa Columbanus barátot trau-i püspöknek kinevezi. 1255.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . . Archidiacono et Capitulo Traguriensibus salutem et Apostolicam benedictionem. Licet continuata supervenientium negotiorum instantia nos, qui disponente Domino universali regimini quamquam insufficientibus meritis presidemus, insultibus impetat successivis, sollicitudo tamen omnium Ecclesiarum nostris incumbens humeris, tanto arctius quotidiana nos meditatione perurget, quanto ad id sumus specialius, immo principalius deputati. Cum igitur per litteras vestras, et etiam per dilectum filium Marcum Presbiterum, et Gervasium Diaconum, Canonicos vestros, quos de fidelitate et diligentia plurimum commendamus, nobis duxistis cum instantia supplicandum, ut Ecclesie vestre pastoris destitute solatio providere de Pontifice curaremus; nos volentes vestro satisfacere desiderio in hac parte, ac intendentes talem ibidem personam preficere, que plus suis meritis Presulatus dignitatem extollat, quam ipsa Pontificatus efferatur honore; venerabilem fratrem Columbanum Episcopum Traguriensem Penitentiarium nostrum Ordinis Minorum, virum utique litterarum scientia preditum, morum honestate et consilii maturitate preclarum, eidem Ecclesie preficimus de fratrum nostrorum consilio de potestatis plenitudine in Episcopum et pastorem, plena sibi tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsius Ecclesie administratione concessa; firma spe fiduciaque retenta, quod

eadem Ecclesia per ipsius industriam auctore Deo augebitur in utrisque. Quocirca Universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum, immo potius nos in eo benigne recipientes et honorifice pertractantes, impendatis ei reverentiam tam debitam quam devotam, eius mandatis et monitis salubribus intendendo humiliter et devote; alioquin sententiam, quam tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. Datum Anagnie IIII. nonas Julii Pontificatus nostri anno primo.

(Theiner. Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium I. köt. 85. l.)

280.

IV. Sándor pápa a damiánrendű apáczák nagyszombati zárdáját IV. Béla királynak pártfogásába ajánlja. 1255.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio . . . Illustri Regi Vngarie salutem et Apostolicam benedictionem. Poteris Regi Regum, in cuius manu sunt omnium potestates et omnia iura Regnorum, in tuis actionibus complacere, si diligas pia loca, et personas honores in eis Domino famulantes. Inde est, quod Serenitatem Tuam rogamus, monemus attentius, et hortamur, quatinus dilectas in Christo filias Abbatissam et Conuentum pauperum sororum inclusarum in Tyrna Ordinis Sancti Damiani Strigoniensis Diocesis habens ob reuerenciam Beati Petri et nostram propensius commendatas, eis in suis necessitatibus adesse studeas pietatis intuitu pariter et prodesse; preces nostras taliter admissurus, quod eedem eas apud Excellentiam Tuam fructuosas sibi sentiant per effectum, et nos Magnificentiam Tuam possimus propter hoc non immerito commendare. Datum Anagnie III. Idus Julij Pontificatus nostri anno primo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápának ólompecsétje függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

281.

IV. Sándor pápa a damiánrendü apáczák nagyszombati zárdájára nézve a szerzeti szabályt enyhíti. 1255.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus ... Abbatisse et Conuentui Monialium inclusarum Monasterij Sancte Helisabet in Tirna Ordinis Sancti Damiani Strigoniensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Haberi percepimus in desiderio uestro continuum, quod per afflictionem carnis assiduam mereamini premia beatorum: uerum tamen ex fragilitate nature adeo spiritus promptitudo redunditur, quod uix absque incursu discriminis in omnibus rigorem formule uite uestre perpeti ualeatis. Huiusmodi siquidem fragilitatem paterno considerantes affectu, cum essemus in minori officio constituti, rigorem ipsius formule in certis articulis pie ac prouide temperauimus, prout in patentibus litteris nostris confectis exinde plenius continetur. Nos igitur, quia pium esse dinoscitur, ut ex prouisione Sedis Apostolice a uobis iugum Domini cum suauitate feratur, uestris supplicationibus inclinati, hoc quod a nobis super hoc factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagnie kalendis Octobris Pontificatus nostri anno primo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápának ólyompecsétje vörös-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

282.

István szlavoniai bán és styriai helytartó Riuche megyében több várjobbágynak birtokát szorosabban meghatározza. 1255.

Nos Stephanus Dux et Banus tocius Sclauonie et Capitaneus Styrie omnibus noticiam presencium habituris significamus, quod cum ex mandato Illustrissimi domini nostri Bele Dei gracia Regis Hungarie in Comitatu de Riucha nobiles iobagiones Castri a terra Castri separaremus et judicaremus, inuenimus quasdam terras aput quosdam liberos homines, quorum nomina inferius notabuntur; qui siquidem quod ipsas terras a tempore Regis Colomani felicis memorie libere et iuxta Regni consuetudinem inuenti sunt detinuisse, easdem terras apud eosdem jobagiones Castri remisimus pacifice et quiete in ea libertate, in qua per eundem dominum Colomanum Regem fuerant admissi, vel sicut alij nobiles jobagiones Castri terras ipsas tenere consueuerunt. Quibus ipsas remittendo metas distingi fecimus vndique homine nostro Vrbano de Bech mediante. Terram enim quandam suam inter Velike et Gilobok, quam Johannes filius Vrbanus tenebat, aput eundem Johannem remisimus sub hys metis. Incipit enim prima eiusdem terre meta de plaga orientali iuxta magnam viam, que itur (így) versus occidentem veniens ad caput Glabo, vbi est meta terrea in cerasy; inde ad arborem *nyar*, iuxta quam est meta terrea; dehinc in eadem via dirigitur versus meridiem ad metam terream in arbore *harazt* positam; inde versus occidentem in quadam valle sub arbore *byk* est meta terrea; inde ad fluuium Runissa (v. Burissa), vbi est meta est sub ceraso; inde ascendit in montem ad arborem *harast;* inde ad vallem furka, ibique est meta sub tilya; inde ad caput putei ad metam terream; inde descendit per quendam riuulum, venit ad fluuium Velika, ibique est sub arbore requecia meta terrea, et est commetaneus Volkos; inde in eodem fluuio Velika descendit versus meridiem; inde vergit ad orientem ad arborem *egur,* sub qua est meta terrea; inde ad montem

ad arborem *ircan* (gyertyán); ide ad arborem *harazt,* sub qua est meta terrea; inde versus orientem ad arborem *nyr;* inde ad fluuium Ruissna, vbi est meta terrea sub arbore *egwr;* inde ad caput modici nemoris ad metam in dumo de enors (?) positam; inde per siccam vallem descendit ad fluuium Zelna, vbi est meta in arbore *jarcanfa* (gyertyánfa); inde transeundo eundem fluuium per siccam vallem — — — b capite est meta terrea; inde descendit per quandam modicam vallem, venit ad fluuium Globok, ibique commetaneus est Zlopsa aput metam sub *jarfa* positam; inde dirigitur in eodem fluuio ad plagam septemtrionalem; inde paululum procedendo venit in quandam vallem ad metam terream; inde versus — — ad montem, vbi iuxta quandam vineam est meta; inde versus aquilonem super quandam magnam vallem, que Hwrk dicitur ad metam terream; inde ad locum, vbi iuxta magnam viam sub arbore *harazt* est meta; inde per magnam viam versus partem septemtrionalem ad metam priorem, vbi sub arbore tilie est meta terrea, ibique castrenses sunt commetanei. Item mete terre Dragus tali modo terminantur: Incipit enim prima meta eiusdem ab oriente de fluuio Ruisna (v. Busna) apud metam terream, et tendit versus occidentem asscendendo montem, vbi est meta *monyerobwkur;* inde diuertitur ad fluuium Polora, ibique in tilia est meta; per cursum eiusdem fluuij tendit versus meridiem, cadit in magnam viam, ibique est meta; et est commetanea villa de foro Riucha; inde tendit ad occidentem, et cadit in Velikam, ibique sub arbore de *jegnye* est meta terrea; per eundem Velikam vadit ad partem septemtrionalem, et cadit ad nemus Ztrug, vbi est meta terrea, et ibi est commetaneus Zlopho; in eodem Ztrug per nemus pergit versus aquam Bagyn, et ibi est meta in arbore *egur;* inde tendit versus orientem ad magnam viam, ibique est meta terrea; inde ad cerasam (igy), sub qua est meta terrea; inde pergit ad fluuium Ztopotna, vbi est meta in *monyerobokwr*; in eodem fluuio tendit versus meridiem, et ibi est meta in arbore *jarcan;* inde vertit versus orientem ad quatuor arbores *tul* vocatas, sub quibus est meta terrea; inde cadit ad fluuium Ruisna, ad caput eiusdem fontis est meta terrea, in eodem fluuio Ruisna reuertitur ad metam terream. Item mete terre Porcha hoc ordine diriguntur: Incipit enim prima meta eiusdem per me-

ridionalem plagam in fluuio Ruicha, et tendit ad occidentem, vbi est meta terrea in tilia; inde ad aliam tiliam; inde versus occidentem ad arborem *zyl,* sub qua est meta terrea; inde ad arborem *egwr;* inde ad quandam viam ad *egwrfa,* sub qua est meta terrea; inde versus meridiem ad angulum, vbi est meta sub arbore *egwrfa*; inde versus occidentem ad fluuium Velika, et ibi est meta sub pomo, ibique commetaneus est Morton; in eodem fluuio Velika tendit ad partem septemtrionalem; inde peruenit ad angulum, vbi sub pomo est meta terrea; inde per magnam viam tendit ad orientem, et pervenit ad fluuium Ruycha, ibique est meta, et tendit ad priorem metam, et conterminatur semper ville fori de Ruicha, ibique terminatur. Item mete terre Margya et Gardoua filiorum Dotyn diriguntur tali modo: Prima meta incipit ab occidente in fluuio Konzka, vbi riuulus Sulyo cadit in ipsam Konzka; inde per ipsum Sulyo ad aquilonem eundo in bono spacio peruenit ad locum, vbi alter riuulus Teztenik cadit in in ipsum Suloch; inde per ipsum Terztenik in modico spacio eundo venit penes Jechmene ab occidente; inde pergit et venit ad dumum *requecie,* de quo paruum eundo venit ad caput cuiusdam putei, de quo diuertit ad orientem, et procedit per loca spinarum in bono spacio, et cadit ad paruam Konzchicha, per quam pergit ad meridiem in longo spacio, vbi prope Konzkam magnam diuertit paruum ad orientem, et cadit per cursum ipsius riuuli Konzka in magnam Konzkam, per quam in longo spacio eundo cadit ad priorem metam, et ibi terminatur. In cuius rei stabilitatem in argumentum amplioris fidei ad instanciam superius dictorum virorum, et Johannis filij Vrbanus, Dragos, Porchie, Vydosa, Mergye, et Gordoba litteras presentes sigillo nostro munitas duximus concedendas. Datum anno Dominice Incarnacionis M° ducentesimo quinquagesimo quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a bánnak fehér selyemzsinóron függő pecsétje alatt, a budai kir. kamarai levéltárban.)

283.

Roland nádor és Vincze nyitrai püspök mint kiküldött királyi birák, Endre főispán és birótársainak Monar helység iránti itéletét helyben hagyják. 1255.

Rolandus Palatinus et Comes Posoniensis, Vincencius Dei gracia Episcopus Nitriensis, omnibus presencium noticiam habituris salutem in salutis auctore. Quoniam processu temporum multa irritantur, necesse est res gestas scripto commendare, ut ex litteris cognoscant absentes, quod uisu didicere presentes. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod cum ex mandato domini Bele Illustris Regis Petrus filius Myceta, Andreas filius Farcasij, Bolch filius Mathie, Bereyn de Ilka, Boda filius Dionisij de Zovvor, Florianus filius Bacha, Johannes filius Zumurchuk, Ivanka de Saap, et alij jobagiones Castri eiusdem, ac castrenses de villa Monar, Bon scilicet, Zeka, Berech, Pousa, ac cognati eorum, filios Manchonis, Antonium videlicet et Johannem, ac filios Hyze, Benedictum scilicet et Fylem, ac Petrum, in nostra conuenerunt presencia, et proponebant, quod terram Monar de iure Casiri existentem detinerent per indebitam occupacionem. Ad hoc iidem, in quos agebatur, taliter respondebant, quod illa terra ipsorum esset hereditaria, a primis progenitoribus eorum quiete et pacifice possessa, et metis antiquis designata. Subiunxerunt eciam, quod jobagiones Castri nominati tempore reuocacionis perpetuitatum in presencia Andree Judicis Curie domini Regis et Comitis Posoniensis, Johannis Prepositi tunc temporis Posoniensis, judicum a domino Bela Illustri Rege super iudicandis terris eiusdem Castri delegatorum ab eisdem requisissent; in cuius rei memoriam litteras eorundem judicum sub sigillis ipsorum talem tenorem continentes coram nobis exhibuerunt.

Johannes Posoniensis Prepositus stb. (következik a pozsonyi káptalannak 1236-ki bizonyságlevele, mint fentebb 16. sz. a.)

Vnde nos plene perlecto tenore illarum et plenius intellecto, terram Monar superius nominatam filiis Manchonis et filijs Hyze statuimus pleno iure pacifice possidendam, sicut per iudices fuit restituta memoratos; decreuimus eciam, ut ipsa, ne ipsa res tociens coram iudicibus uentilata per calumpnias successorum possit perturbari, si qui per jobagiones Castri memorati ausu temerario presumpserint de cetero attemptare, dignam recipiant mercedem calumpniatorum. Et ad eiusdem rei confirmacionem litteras presentes sigillorum nostrorum patrocinio communitas duximus concedendas. Datum Posonii in festo Sancti Nicolai anno Domini M° CC° L° quinto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a két kiküldött bíró pecsétjei zöld selyemzsinóron függnek. a budai kir. kamarai levéltárban.)

284.

Omodé győri püspök bizonyítja, hogy mint kiküldött királyi bíró IV. Béla királynak parancsára Györgyöt, Olpernek fiát Uglin rábaközi esperest által Oblanch földnek birtokába iktatta. 1255.

Omodeus Dei gracia Episcopus Jeuriensis vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Vestra nouerit vniuersitas, quod cum a domino nostro Bela Dei gracia Illustri Rege Hungarie super reuocandis et restituendis terris, a castris videlicet alienatis, per totam nostram Dyocesym judex siue inquisitor essemus constitutus, inter cetera mandata eiusdem domini Rele Regis uiua uoce primitus, et postmodum in litteris suis recepimus speciale, ut terram Stephani et Petri tubicinariorum ipsius, Oblanch nomine, sitam in Comitatu Castri Ferrei, inspecta quantitate et qualitate eiusdem statueremus Georgio filio Olper, ac post eum suis heredibus, ex donacione Regia per-

petuo possidendam. Verum nos mandatis ipsius domini Regis obtemperantes in hac parte, magistrum Vglinum Archidiaconum de Rabacuz dilectum et fidelem socium nostrum transmisimus super ipsam terram, qui ad nos rediens, sicut nobis dixit, conuocatis omnibus commetaneis, et constitutis in ea, ipsam terram diligenter inspectam ac fideliter mensuratam inuenit quatuor aratrorum usui sufficientem, et nouas metas iuxta veteres erexit in eadem, et sic nos ipsam terram supradicto Georgio mandato et auctoritate Regia statuimus sibi ac suis successoribus pacifice possidendam. Cuius mete hoc ordine distinguntur : Prima meta incipit ab occidente, vbi sunt tres mete iuxta magnam uiam, quarum una separat terram uille Mezlen, secunda terram Johance filij Salomonis, in tercia uero inchoatur eadem terra Oblanch; deinde per eandem uiam uadit uersus septemtrionem ad quendam locum, qui Megezorm nominatur, et ibi sunt due mete antique iuxta riuulum Oblanch, et per eundem riuulum uadit uersus orientem, et peruenit ad quandam uallem, que Ozyoblanch nominatur, et ibi sunt due mete; et per eandem uallem uadit uersus septemtrionem, et ibi sunt tres mete, quarum una separat terram Chepereg, altera terram castri Luchman; deinde uadit ad quandam arborem nomine *ghumulchyn,* ubi est meta; deinde uenit ad arborem pomi, ubi sunt due mete; deinde uenit ad quandam ylicem, ubi sunt due mete; deinde ad duas ylices, et ibi sunt mete; deinde descendit ad arborem, que dicitur *nyr*, et ibi sunt mete; deinde digreditur uersus meridiem ad metas antiquas, que distingunt filijs Demetrij et uille Cheykad; deinde uadit ad duas metas antiquas; deinde uenit ad riuulum Oblanch antedictum, et ibi in pomo sunt mete antique; deinde transiens eundem riuulum ascendit uersus meridiem ad metas antiquas, que sunt sub ylice distinguentes terram Achad et filiorum Demetrij; deinde uadit uersus occidentem ad unam magnam metam diuidentem terram Achad, Mezlen et Oblanch; deinde uadit ad unam metam antiquam distinguentem terram Mezlen et Oblanch; deinde uadit ad unam magnam metam, que distinguit terram Mezlen et Oblanch; deinde protenditur et uenit ad metas priores; et sic terminatur. In cuius rei memoriam presens scriptum contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum in Sabaria in

octauis Purificacionis Beate Virginis anno Domini M. CC. quinquagesimo quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsétje már elveszett, a Meszléni közbirtosság levéltárában Vas vármegyében; közölte Tek. Ajkas Károly ügyvéd úr.)

285.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Guge Péternek fia és László Adorjánnak fia Sarovi birtokuknak részét Lukács Bugard fiának eladták. 1255.

Philippus Prepositus et Capitulum Strigoniensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod constitutis in presencia nostra personaliter Guge filio Petri de uilla Balan, et Ladizlao filio Adriani fratre suo ex vna parte, Luca filio Bugard de Sarov ab altera; dicti Guge et Ladizlaus terram suam hereditariam ad sex aratra sufficientem, quam habebant in terra Sarov, cum duobus molendinis in eadem terra sitis, et cum insula, nemore et feneto ad eandem terram pertinentibus vendiderunt prefato Luce et eiusdem heredibus ac heredum successoribus iure perpetuo possidendam pro quatuordecim marcis argenti, quas ipsi Guge et Ladizlaus confessi sunt plenarie recepisse coram nobis; et obligauerunt se iidem Guge et Ladizlaus, ut ipsum Lucam et eiusdem successores ab omnibus racione memorate terre impetere seu molestare volentibus defendere et expedire modis omnibus tenebuntur. Hoc eciam adiecto, quod prefatus Luca ipsam terram nulli alii vendere vel obligare sub titulo pignoris poterit, nisi Guge et Ladizlao supradictis, si ipsum Lucam necessitas vrgeret vel vtilitas induceret, seu voluntas. Vt igitur huius vendicionis ac empcionis series salua semper et inconcussa perseueret, nec possit ab aliquo hominum in posterum retractari, ad peticionem G.

et L. prefatorum presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Syxti Lectoris Ecclesie nostre anno Dominice Incarnacionis M° CC° L° quinto, nono kalendas Octobris.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-kék selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

286.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy ugyanazok Rugas comesnek Sarovi birtokuknak egy másik részét eladták. 1255.

A B C D

Philippus Prepositus, et Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Guge filio Petri de willa Balan, et Ladizlao filio Adriani fratre suo ab una parte; item Comite Rugas de willa Saag proximo eorundem parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit et relatum per eosdem Guge et Ladizlaum in hunc modum, quod de terra ipsorum, quam habent in Sarov ad quatuor aratra sufficientem, videlicet incipiendo a loco, vbi fluuium Goron vnatur cum ryppa Compa, versus plagam occidentalem adiacentem, et inde transeundo flumien (így) Goron ad partem similiter occidentis usque riuulum Nogsar vocatum sitam; cuius quidem terre a parte septemtrionis iacet residua terra eorundem Guge et Ladizlai, cum feneto et nemoribus inter Compa et Goron fluminibus ad latitudinem dicte quantitatis terre adiacentibus, pro duodecim marcis argenti plene habitis predicto Comiti Rugas, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, perpetuo et irreuocabiliter confessi

sunt wendidisse; tali tamen obligacione adiecto (igy), quod si processu temporis iam dictus Comes Rugas ipsam particulam terre sibi wenditam occurrentibus sibi necessitatibus, uel causa maioris vtilitatis vendicioni exponerent uel pignori obligare, nulli alteri poterit, nisi prefatis Guge et Ladizlao. Vt igitur huius vendicionis series perpetuam obtineat firmitatem, presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis M° CC° L° quinto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről sárga-violaszinű selyemzsinóron a káptalan pecsétje függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

287.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Zydov nemzetségbeli Péter sógorának, Aba nemzetségbeli Kompothnak elhúnyt nővérének hozományát és hitbérét elengedte. 1255,

A B C D

Uniuersum Capitulum Budensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in Domino Jesu Christo. Vniuersorum noticie tam presencium quam posterorum harum serie uolumus peruenire; quod cum Petrus filius Hellynus de genere Zydov dotem sororis sue, nec non pecuniam cum eadem deportatam a suo genero nomine Compolch filio Compolch de genere Aba ordine iudiciario diu requisisset; tandem in nostri constitutus presencia proposuit uoce uiua, vt dictam dotem vna cum pecunia cum sua sorore deportatam Comiti Compolch memorato causa consanguinitatis penitus relaxasset; ita ut nec ipse, nec aliquis suorum cognatorum racione qualicunque interposita inposterum requirere ualeret. Vt igitur lapsu temporum relaxacio dotis prenotate nequeat in irritum reuocari, presentes litteras munimine nostri sigilli fecimus roborari. Anno Domini M° CC° L° quinto.

Aron Cantore, Thoma tercio Custode, Matheo sacerdote Decano, Gurk, Hysce, et aliis Canonicis existentibus.

(Eredetie börhártyán, melynek függő pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

288.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy IV. Béla király rendeletének folytán Hermann nemzetségbeli Antoleus comes számára Mesces birtokában határjárás történt. 1255.

Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Scripture testimonium memorie suffragatur, et futurorum mandat noticie presentis temporis acciones — — — — — — — — — — — — — — — — — — —, quod accedens ad nostram presenciam Comes Antoleus frater Mathie Prepositi de Scepus, exhibuit nobis litteras Bele Illustris Regis Vngarie continentes in hec verba:

Bela Dei gracia stb. (következik Béla királynak 1255. parancsa, mint fentebb 272. sz. a.)

Nos igitur preceptis eiusdem domini Bele Regis obedire cupientes, vt tenemur, vna cum prefato Stephano filio Cadar de Tholchwa homine domini Regis vnum ex nobis, videlicet Magistrum Marcum socium nostrum Archidiaconum de Vngh ad exequendum premissa duximus destinandum; qui demum pari — — — deuntes nobis concorditer retulerunt, quod sabbato proximo post quindenas eiusdem Beati Jacobi Apostoli super — — — — — possessionis Mesces vocate accedentes conuocatis — — — — nobilibus de Tholchwa, Prud de Kereztwr Buq — — — — — Comitibus et Magistris specialiter ibi adherentibus, nec non alijs vniuersis vicinis et commetaneis eiusdem iuxta Regni consvetudinem reambulassent eandem et distinxissent certis metis a vicinis, erexissentque no-

uas metas, vbi opus fuisset, ordine infrascripto, reamblatamque et distinctam nullo penitus contradicente statuissent et reliquissent ipsi Comiti Antholeo de genere Hermanni fratri Mathie Prepositi de Scepus perpetuo possidendam, vicinis et commetaneis suis presentibus. Cuius quidem possessionis mete et distincciones hoc ordine annotantur; quod prima meta eiusdem terre seu possessionis Mesces incipit ex parte septemtrionali iuxta montem Magita ex parte meridionali, iuxta quandam viam ex parte orientali, que via veniet de Benye et vadit in Mesces, ubi sunt tres mete lapidee pariter posite capitales, que distingunt et separant terram Mesces de terra Benye; deinde vadit directe versus orientem estiualem, et perueniet ad quandam arborem ilicis cum signo crucis signatam, sub qua sunt due mete terree, vna ad orientem et alia ad occidentem; exinde vadit ad orientem, et cadit in vallem Burtamas, et in ipsa valle descendendo peruenit ad viam, que venit de Patak, et vadit versus Kereztur, iuxta quam viam ex parte septemtrionali iuxta duas arbores piri est meta lapidea capitalis, que separat terram Mesces de terra Tholchwa et de terra Lyzka Olazy; deinde descendit in eadem valle Burtamas, et cadit in fluuium Budrug, quem fluuium salit vltra directe ad duas arbores ilicis cum signo crucis signatas, quarum vna stat ad meridiem, et alia ad australem meridiem; exinde procedit ad orientem iemalem per syluam, et de ipsa sylua exiendo ad campum perueniet ad quandam arborem ilicis non magnam cum signo crucis signatam, sub qua ex parte orientali est meta terrea; exinde transit per campum et per piscinam *piscarustou* nuncupatam ad partem orientalem estiualem; et (inde veniet) ad piscinam *arustou*, ad (partem) occidentalem est meta terrea capitalis, que separat terram Mesces de terra Lyzka Olazy et de terra Chenke — — — — ad partem australem meridionalem super litus eiusdem *arustou* (vadit) ad quandam venam *pasagaere* nuncupatam, que exit de — — — — vadit versus meridiem in locis syluosis, et de ipsa sylua ex(iendo veniet ad) ipsam venam, ex parte orientali est meta super arbore ilicis cum signo crucis signata; deinde exiendo et eundo ad partem australem meridionalem perueniet ad vnam metam terream; deinde vadit versus meridiem, et inter piscinas *fequetetou* et — — — nuncupatas sunt tres mete lapidee pariter

posite capitales, que distingunt et separant terram Mesces de terra Chenke, et de terra Zolkod; posthec vadit versus occidentem, perueniet ad quandam venam *veter* nuncupatam, que exit de *fequetetou* et vadit versus meridiem, que scilicet vena non remote eundo de ipsa *fequetetou* diuiditur in duas partes, vna earum vadit versus meridiem, et alia versus occidentem — — — — eiusdem vene est meta terrea; exinde eundo per vnum ramum prefate vene ad occidentem per syluam, et de ipsa sylua exiendo ad campum per bonum spacium eundo, et eadem vena salit extra ad occidentem, perueniet ad vnam metam lapideam capitalem, que separat terram Mesces de terra Kereztur; deinde vadit versus occidentem in eodem campo perueniet ad fluuium Budrug, et iuxta fluuium ex parte meridionali est meta super arborem populi iuncta sibi meta terrea; deinde salyt vltra directe per ipsum fluuium, et ibi prope ipsum fluuium ex parte occidentali est meta super arborem ilicis cum signo crucis signata, sub qua ex parte occidentali est meta terrea; deinde transit per syluam ad occidentem, et perueniet ad campum, et in medio ipsius campi est meta lapidea capitalis sub quadam arbore ilicis ex parte occidentali iuncta sibi meta terrea, que distinguit terram Mezes de terra Kereztur; posthec vadit directe ad occidentem per loca syluosa, perueniet ad viam, que veniet de Zegy et vadit ad Mesces, et in ipsa via eundo ad septemtrionem cadit in quendam riuulum *Dereżnekpataka* nuncupatum, in quo quidem riuulo eundo ad occidentem vsque ad originem eiusdem riuuli, et ascendendo per vallem eandem ad excelsum montis perueniet ad viam quandam, que veniet de Mad et vadit versus Mezes, iuxta quam ex parte meridionali est meta terrea, et ex parte septemtrionali est meta lapidea prope arborem ilicis cum signo crucis signatam; deinde reflectitur versus septemtrionem, et cadit ad vallem seu originem alterius fluuij *Feouenyespataka* nuncupati, in quo videlicet riuulo *Feouenyes* descendit de montibus et cadit ad fluuium Mescespataka, et in ipso fluuio eundo ad partes meridionales perueniet ad quendam locum, vbi quidam riuulus nomine Magitapataka veniens ex parte septemtrionali cadit in ipsum fluuium Mesces, in quo quidem loco salyt extra de fluuio Mesces ad partem orientalem, et cadit ad viam, que veniet de Benye et vadit versus

Mesces; in qua via parum eundo versus meridiem salyt ad orientem, et perueniet ad priores metas lapideas, de quibus inchoauimus, et eodem loso terminantur. Nos igitur ad instanciam parcium communi fratrum nostrorum consensu dedimus litteras presentes sigilli nostri munimine roboratas. Istis tamen presentibus Nicolao Preposito, Farcasio Cantore, Thoma Lectore, Petro Custode, Jacobo de Sumbun, Vrbano de Zobolch, Marco de Wngh, Magistro Johanne de Bursua, Johanne de Kemey Archidiaconis, et alijs multis, anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto. Regnante glorioso Bela Rege Hungarie, Benedicto Archiepiscopo Strigoniensi, domino et patre nostro Lamperto Agriensis Ecclesie Episcopo existente.

(XVI. századi másolat a budai kir. kamarai levéltárban.)

289.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Langeus comes és érdektársai Tuchua nemzetségből Petri birtokukat Mihály sárosi főlispánnak eladták. 1255.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod constituti coram nobis Langeus Comes, Zovlat et Kenez de genere Tulchua ab una parte, Bolosoy Comes officialis Michaelis Comitis de Sarus pro ipso Michaele Comite ex altera; proposuerunt predicti Langeus, Zoulat et Kenez, quod quandam terram eorum nomine Petri iuxta Horrad iacentem, que de Cheb clerico ad ipsos fuerat deuoluta, sub eisdem certis metis, sub quibus ipsi possederant, ex consensu Kazmerij fratris ipsius Kenez, cuius consensum idem Kenez nobis exposuit, uendidissent prefato Michaeli Comiti pro octo marcis argenti perpetuo possidendam, et pecuniam plene se ab eodem recepisse

sunt confessi. Obligauerunt insuper se, ut Michaelem Comitem et suos heredes racione terre predicte contra omnes molestantes defendere tenerentur. Ad cuius rei robur tradidimus presens scriptum communi fratrum nostrorum consensu; presentibus tamen Nicolao Preposito, Farcasio Cantore, Thoma Lectore, Petro Custode, Jacobo de Sumbun, Vrbano de Zobolch, Marco de Vng, Magistro Johanne de Bursua, Johanne de Kemey Archidiaconis et aliis multis. Anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto; regnante glorioso Bela Rege Hungarie, Benedicto Archiepiscopo Strigoniensi; domino et patre nostro Lamperto Agriensis Ecclesie Episcpo existentibus.

A B C

(Eredetie börhártyán, melyről a káptalan pecsétje sárga-vörös-violaszinü selyemzsinóron függ a budai kir. kamarai levéltárban.)

290.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Beche comes Nagyolaszi Egyednek a Suita és Ratka peres javaknak három negyedrészét átengedte. 1255.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris Capitulum Ecclesie Agriensis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod constitutus coram nobis Beche Comes filius Mokyan ex una parte, Egidius filius Thome de villa Nogolozy ab altera; proposuit predictus Beche Comes, quod cum Egidium racione terre Suita et Ratka, quam idem Egidius de Petred filio Georgij emerat, et litteris nostris confirmarat, de voluntate fratris sui Bukén, et eciam filiorum Opuz, videlicet Buken et Chaba traxis set in causam, tandem mediantibus probis viris talis inter ipsos fuisset facta composicio. Quod retenta quarta parte terrarum predictarum pro suo vsu, ex superiori fine tres partes earun-

dem Egidio memorato et suis heredibus de consensu fratris sui et consanguineorum suorum predictorum reliquisset perpetuo possidendas; ita quod si quis de cetero siue consanguineus eius, siue quicunque alius extraneus racione trium parcium terrarum predictarum Egidium et suos heredes molestare niteretur, ipse contra omnes molestantes in possessione eorum conseruare teneretur. Et illas tres partes a quarta, quam pro se retinuit, talibus metis Beche Comes asseruit fuisse distinctam (igy), Egidio hoc idem protestante. Prima meta incipit iuxta magnam stratam, que venit de Ker a duabus metis; hinc venit inferius per eandem stratam conterminando cum Talya ad Radtapotaka, et ibi transit *potak* in eadem strata, et protenditur parumper, et venit ad metam capitalem, que est prope eandem stratam; hinc venit versus occidentem ad aquam Zeremch, et transit aquam Zeremch, et ibi sunt tres mete; hinc protenditur aliquantulum per angulum, et redit ad aquam Zeremch; hinc per eandem aquam tendit superius, et venit ad vnam magnam pirum, que est in meta; hinc redit ad primam metam, et sic terminatur. Et ut huius rei memoria perpetuam capiat firmitatem, nos ad peticionem partis vtriusque dedimus presens scriptum communi fratrum nostrorum consensu; presentibus tamen Nicolao Preposito, Farkasio Cantore, Thoma Lectore, Petro Custode, Vrbano de Zabouch, Marco de Vng, Magistro Johanne de Bursua, Johanne de Kemey Archydiaconis, et alijs multis. Anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto. Regnante glorioso Bela Rege Hungarie, Benedicto Archyepiscopo Strigoniensi, domino et patre nostro Lamperto Agriensis Ecclesie Episcopo existentibus.

(Az egri káptalannak 1348. „in octauis festi Assumpcionis Beate Virginis" kelt átiratából, melyet kért „Magister Paulus filius Johannis de Luka", s mely kiadatott „presentibus Nicolao Preposito, Johanne Lectore, Jacobo Cantore, Johanne Custode dominis; item Johanne de Borsod, Dauid de Zabouch, Petro de Heues, Dominico de Borsuua, Andrea de Pankata, Johanne de Zemlyen, Georgio de Tarcha, et Ladizlao dicto Kato de Patha Archydiaconis stb.; regnante Lodovico Dei gracia Illustri Rege Hungarie, Chanadino Strigoniensi, Stephano Colocensi Archyepiscopis, et domino nostro venerabili in Christo patre N. Dei et Apostolica gracia Episcopo Agriensi existentibus." A budai kir. kamarai levéltárban.)

291.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Konstantin kanonok Muhai birtokát Aladár comesnek eladta. 1255.

Capitulum Ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Uniuersitati uestre tenore presencium uolumus fieri manifestum, quod Magistro Constantino karissimo Concanonico nostro ex una parte, et Aladario Comite filio Comitis Chete ex alia, coram nobis personaliter constitutis, predictus Magister Constantinus confessus est uiua uoce, quod totam terram suam emptam ab Ypolito et Paulo filio Turka, cognatis Comitis Chete antedicti, et ab aliis quibuscunque, quam habebat in villa Muha, cum omnibus pertinencijs suis, videlicet domibus, fenetis, molendino et alijs vtilitatibus, preter seruos et ancillas et alia mobilia, uendidisset Aladario Comiti supradicto pro quadraginta quatuor marcis argenti, iure perpetuo possidendam; et ipsam summam pecunie idem magister Constantinus plene et integraliter se recepisse ab eodem affirmauit coram nobis, et restituit omnia priuilegia, que habebat super dicta terra confecta, tali condicione interposita, quod si alique littere uel priuilegia casualiter forent reseruata, si unquam exhiberentur, uires aliquas non haberent. Ut igitur huius rei series robur perpetue firmitatis optineat, nec possit in posterum ab aliquo retractari, ad peticionem utriusque partis presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° L° quinto, sexto kalendas Junij, Magistro Smaragdo Ecclesie nostre Electo aule Regie Vice-Cancellario, Jacobo Cantore, Mathia Custode, Micha Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje vörös-sárga zsinóron függ; a főmélt. herczeg Batthyáni család levéltárában.)

292.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy a Lörincz Hedrichnek fia és Nana comes közti peres ügy elintéz'etett. 1255.

A B C

Yurko Prepositus Quinqueecclesiensis eiusdemque loci Capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam tenore presencium uolumus deuenire, quod Jacobus quondam filius Hedricy nostra confessus est in presencia, quod quicquid Laurencius uterinus frater ipsius cum Nana Comite super causa, que inter eos uertebatur pro ipsis duobus sexta feria ante Dominicam in Ramispalmarum, et in secunda inmediate subsequenti, nec non in crastino Sancti Georgij ordinauerat, ratum habebat et firmum. Confessus est eciam pro se et pro ipso Laurencio in octaua Pentecostes, quod cum ipsi dotem sue sororis, relicte nobilis viri Pouse Comitis, patris Nane Comitis ibidem presentis, cum hominibus XI Jacobo, Nycholao, Petro, Chenkuez, Crachino, Boda et Dominico maribus, Rusa, Pucha, Mycha et Elisabet mulieribus, et rebus alijs secum ad dictum Pousam traductis, necnon eciam alijs, que ipsa domina de Bozna, suo cum filio Kartherio nomine, fratre ipsius Nane Comitis, ipsi Nane Comiti transmiserat, ab eodem Nana Comite repeterent, ipse Nana Comes secundum composicionem proborum virorum inter eos mediatorum, viginti septem marcas persoluens de argento, aureos mantelli taxillos, sertum et affixorium, duos anulos de auro, et chortinam, restituendo dictis fratribus, et super iamdictis XI capitibus hominum ita ordinando, quod solutis XIII marcis de argento Nane Comiti ab ipsius seruicio erunt libera, dum quilibet eorum pro sua rata soluat quandocunque poterit de illa pecunia suam partem, eisdem fratribus ita plenarie satisfecerunt, quod nec ipsi fratres, nec alius de generacione ipsorum, presens uel futurus ipsum Nanam Comitem, uel eius heredes et cognatos ualebit in posterum super iam dictis conuenire.

Et si aliquis ipsum Nanam Comitem, uel eius heredes aut cognatos super memoratis infestare presumeret, ipsi fratres Laurencius et Jacobus tenentur eosdem ab impetente quolibet liberare. Quod ut ratum et firmum permaneat, ad instanciam precum eorundem fratrum presentem paginam nostri sigilli appensione roboratam conscribi fecimus rei geste memoriam continentem, anno Domini M° CC° L° quinto, mense Mayo; Tristano Cantore, Theodoro Custode, Wencczlao Decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus Magistri Petri Lectoris Quinqueecclesiensis.

(Eredetie börhártyán, melyről a káptalan pecsétje sárga-violaszinü selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

293.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Poch comes Luciát Pouse comesnek leányát az anyja Erszébet után neki járó örökségére nézve kielégitette. 1255.

Jurko Prepositus Quinque-Ecclesiensis, ejusdemque loci Capitulum, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire: quod secunda feria proxima post Dominicam Judica, domina Lucia filia quondam Pouse Comitis filij Nanc, nota nobis persona, per quosdam homines nostros, videlicet per Venceslaum Decanum nostrum, et alios, relicta Wechsh filij Weich de genere Csanad, una cum Johanne filio suo, coram statuta in nostra presencia confessa est, super dote matris sue domine Elizabeth filia quondam Poch Comitis, et rerum omnium secum addictum Poch Comitem transportarum, nec non et super quarta ejusdem domine Lucie, a nobili viro Nana Comite filio condam Pouse Comitis ibidem presenti undecim marcis de argento jam receptis ita plenarie fuisse sibi

satisfactum, quod nec ipsa domina Lucia, nec Johannes filius eius prenotatus, nec alius de generacione eorundem, dotem, quartam, et res supradictas poterunt de cetero requirere. Nos autem ad instanciam dicte domine Lucie et filij ejusdem supradicti, litteras presentes nostri apposicione sigilli roboratas conscribi dignum duximus in supradicte satisfaccionis testimonium et munimen; anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. Tristano Cantore, Theodore Custode, Romualdo Decano, ceterisque quam pluribus ibidem existentibus. Datum per manus Magistri Petri Lectoris Quinque-Ecclesiensis.

(Néhai Rajcsányi Ádám kézirati gyűjteményéből.)

294.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, a Pál Saari comes es Barnabás Geregének fia közti birtokcseréről. 1255.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium vniuersis; quod constitutis coram nobis ab una parte Comite Paulo filio Comitis Secch de Saar, et Comite Barnaba filio Gerege ex altera; in possessionibus eorum hereditarijs tale inter se concambium fecisse retulerunt: Quod Comes Paulus prescriptus vniuersas porciones suas, quas habuit in possessionibus Fanchka, Kuzepfolw, Gekynus, Pynche, Pozuba vocatas cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis iuxta fluuium Saar uocatum dedit et reliquit ipsi Comiti Barnabe et ipsius heredibus heredumque suorum successoribus in perpetuum et irreuocabiliter possidendas; adeo plene, ut a dominio predictarum possessionum se et suos successores retraxit omnino. E conuerso uero idem Comes Barnabas similiter vniuersas porciones suas, quas dicebat se habere in possessionibus Mikche, Puclustelek, Laz, Dyenus et Santusy vocatis in partibus ultra Tychiam iuxta Berykiou cum omnibus vtilitatibus suis (et pertinencijs) vni-

uersis consimili modo reliquit prefato Comiti Paulo et suis heredibus perpetualiter possidendas. Hoc tamen interposito, quod partes coram nobis personaliter constitute taliter se in alteruterum obligarunt; vt si que parcium presens concambium non seruaret, et retractare uellet idem seu conaretur, non poterit, nisi centum marcis ante litis ingressum parti tacenti prius persolutis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras ad peticionem partis utriusque sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindenis Beati Michaelis Archangeli anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. Magistro Bonauentura Preposito, Oliuerio Cantore, Ombud Custode, Mikou Decano Ecclesie nostre existentibus.

(A győri káptalannak 1280. körüli átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

295.

A somogyvári konventnek bizonyságlevele, hogy Heym comesnek fiai Radban lévő birtokukat a pannonhalmi apátságnak három ezüstgiráért átengedték. 1255.

B. Diuina miseracione Abbas Monasterij Sancti Egidij de Simigio et Conuentus eiusdem loci, vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in eo, qui est salus omnium. Ad noticiam vniuersorum uolumus peruenire; quod Heym, Paulus et Dionysius filij Heym Comitis coram nobis constituti uiva uoce asseruerunt, quod triginta iugera terrarum cum uno feneto et duabus uineis in villa Rad existentibus, pro remedio anime patris eorum, et insuper pro tribus marcis argenti Monasterio Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie contulissent perpetuo possidendas. Preterea dictus Heym cum fratribus suis prenominatis obligauit se, quod si aliquo tempore predicta triginta

iugera terrarum et fenetum seu vinee ab aliquo inpetereutur, sepedicti filii Heym Comitis propriis sumptibus et laboribus suis liberare et expedire tenerentur. Vt autem huius rei series firma et stabilis permaneat, ad instanciam et peticionem supradictorum filiorum Heym Comitis litteras nostras sigillorum nostrorum munimine concessimus roboratas. Datum anno gracie M. CC. LV.

(Eredetie a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

296.

Esztergam város hatóságának bizonyságlevele, hogy Jóbnak neje orvosi költségek megszerzése tekintetéből külvárosi birtokát eladta. 1255.

Nos Jakmynus Maior Ville ceterique ciues de vico Strigoniensi tenore presencium significamus vniuersis, quod filia Mathei, uxor Job, de Sancto Paulo extra fossatam, dum infirmitate uexaretur exoptans curam medicorum, pro necessariis expensis terram suam extra et prope eandem fossatam, terre Capituli Strigoniensis Ecclesie contiguam et conterminalem, sub nostro testimonio perambulatam et iniuratam, cuius longitudo est centum viginti quatuor ulnarum, et latitudo eius nonaginta duarum ulnarum cum ulna de vico, que uulgo *reyf* uocitatur, de uoluntate et consensu omnium cognatorum suorum, necnon omnibus conterminalibus seu vicinis dicte terre consencientibus et nullo contradictore existente, uendidit prefato Capitulo, perpetuo iure possidendam, pro duabus marcis et fertone, quas plene et integre persoluit Capitulum memoratum. Vt igitur huius uendicionis ac empcionis series salua semper et inconcussa permaneat, nec possit per quempiam hominum in irritum reuocari, in perpetuam stabilitatem rei geste presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri

munimine roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 682. l. Rövid kivonatát lásd Fejérnél Cod. Diplom. IV. köt. 2. r. 362. l.)

297.

Boleszló krakói és szandomiri lengyel herczeg, s neje Kunegunda, IV. Béla magyar királynak leánya, a krakói egyháznak birtoka iránt intézkednek. 1255.

In nomine Domini Amen. Quoniam, ut ait auctoritas, omnes moriuntur, et quasi aque dilabuntur, ne mortalium gesta celebri et perpetua memoria semper digna temporum decursu queant in dubium adduci, et eorundem mutabilitate ambiguitatis discrimen imposterum aliquatenus possint pati; opere precium est ea, que huiusmodi sunt, instrumentis et expressione testium perhennari. Hinc est, quod nos Bolezlaus Dei gracia Cracouiensis et Sandomiriensis Dux, per oppositum nos gerere uolentes Bolezlao quondam Polonorum Regi, reo mortis et sanguinis preclari Christi martyris et Pontificis Stanizlaj; et anima ducentes, quomodo in suis miraculis et dictis sanctis miris virtutum prodigijs dignatus est eundem mirificare plus quam admirabiliter sanctum suum; et ideo cupientes ipsum honorare in terris, quem Deus glorificauit in celis, pro remedio felicis anime patris nostri clare memorie Craconie et Sandomirie Ducis Leztconis, et incolumitate generose nostre genitricis Ducisse Grunizlaue, et nostra, et i n g e n u e c o n s o r t i s n o s t r e C u n g u n d i s p r e c o r d i a l i s f i l i e R e g i s I n c l i t i H u n g a r o r u m, intuitu beneficiorum et seruiciorum, que nobis venerabilis in Christo pater dominus Prandota Episcopus et Capitulum Ecclesie Cracouiensis impenderunt, et sunt in futurum auctore Domino prestituri, omnes uillas Capituli Cracouiensis Ecclesie, cui

memoratus sanctus, dum adhuc ipse uita potiretur presenti, presedit in eadem Pontificali officio digne functus, interuentu venerabilis sponse Christi, germane nostre sororis, uidelicet Salomee quondam Galacie Regine plena in perpetuum gaudere concedimus libertate. Id ex nostra deuocione racionis arbitrio decernentes, ut omnes liberi homines Capituli supradicti, predictarum coloni et inhabitatores uillarum, eam libertatem habeant, que ascripticijs Sacre Cracouiensis Sedis indulta esse dinoscitur ab antiquo, et per nos eciam postmodum roborata. Qui utpote liberi homines Capituli supradicti a nostro, et nostrorum posterorum, et Palatinorum, et Castellanorum, et quorumlibet judicum aliorum presencium et futurorum judicijs penitus in perpetuum sunt immunes, et prorsus liberi a strosa, et stan, et pouoz, et alijs seruitutibus et solucionibus ordinarijs et extraordinarijs, quocunque eedem nomine censeantur, preuod militari excepto. Quos volumus dominorum suorum dumtaxat utilitatibus et seruicijs perpetuo mancipari. Adicientes, quod si quis hanc donacionem et concessionem nostram uoluerit infirmare, uel ei ausu temerario contraire, indignacionem Omnipotentis Dei, et Beati eius martiris Stanizlay, et nostram, cum excommunicacionis nostre sentencia nouerit se incursurum. Datum in Cracouia per manum fratris Bartholomei Ordinis Minorum, mediatoris inter nos ex una parte, et Capitulum Cracouiense ex altera parte; anno ab Incarnacione Domini M. CC. quinquagesimo quinto, Indiccione XIII., XV. kalendas Junij; et postmodum confirmatum et publicatum in colloquio habito apud Bansouam eodem anno Domini nonis Septembris. Presentibus his testibus, quorum nomina sunt hec : Venerabiles patres Fulco Dei gracia Gneznensis Archiepiscopus, Prandota Cracouiensis Episcopus, frater Albertus Ordinis Minorum, Dominus de Zauichost, Adam Castellanus Cracouiensis, Sengneus Palatinus Sandomirie, Sulco Castellanus de Lublin, Bronisius Castellanus de Beych, Nicholaus Judex Cracouiensis, Petrus Judex Sandomirie, Smil Pincerna Cracouiensis, Sulco Subagazo Cracouiensis, Albertus Subagazo Sandomiriensis, Petrus Subuenator Sandomiriensis, Char Camerarius domini Archiepiscopi, Petrus Dapifer domini Episcopi Cracouie, et alij quamplurimi. Ad robur autem omnium premissorum presens scriptum nostro

sigillo, venerabiliumque patrum supradictorum F. Archiepiscopi, et P. Cracouiensis Episcopi sigillis duximus muniendum.

(Eredetie börhártyán, melyen három pecsét vörös-sárga zsinóron függött, de a középső már elveszett, a krakói káptalan levéltárában.)

298.

IV. Béla király Péter honti várjobbágynak, viski reszbirtokáert csere fejében a honti várhoz tartozó Ság földnek felét adományozza. 1256.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Regalis benignitas erga statum subiectorum pia sollicitudine promouendum, manum consueuit porrigere adiutricem, ut subiecti quiete uiuant, Regie Serenitatis gracia fomentati. Proinde ad uniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum harum insinuacione uolumus peruenire, quod cum nos petiuissemus a Petro filio Mochwrka de Wysk, jobagione Castri nostri Hunthensis, ut porcionem suam hereditariam, quam habet de terra Wysk vocata, videlicet dimidiam partem tocius terre Wysk, ab alijs cognatis suis recisam et separatam, ad se solum pertinentem in Comitatu Honthensi, circa fluuium Ipol sitam, nobis daret et conferret pro concambio alterius terre; idem Petrus de bona sua uoluntate et propria fidelitate, pro nostra dileccione et ob remuneracionem nostre gracie, cupiens satisfacere Regie uoluntati, et desiderans impendere Regali Corone fidelitatem; prefatam suam terram Wysk nobis concessit, permisit et dedit possidendam, et conferendam, cuicumque uellemus, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, quibus ipse possidebat. Et quia nobis et Corone tantam fecit fidelitatem, nos e conuerso pro concam

bio medietatis dicte terre sue, medietatem cuiusdam terre Castri nostri Hunthensis Saag uocate, circa fluuium Corpona adiacentis, quam homo noster dixit ad octo aratra esse sufficientem, et ad nostram collacionem de iure spectantem, cum eisdem metis, terminis, utilitatibus et pertinencijs suis, quibus ad nos pertinebat, absque porcione cognatorum suorum, tam sibi, quam eius heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus, iure perpetuo et irreuocabiliter ad habendum et quiete possidendum, a nemine successore nostre posteritatis, seu aliorum, post elapsum longi temporis aliquis (igy) repetendam aut requirendam. Nos autem insuper Regia inducti benignitate, visa et cognita ipsius grata, et magna fidelitate, quam nobis prebuit in hac parte; et quia tante fidelitatis exhibitorem Regiam decet Maiestatem diligere et remunerare; supradictum Petrum et omnes successores sue posteritatis excepimus et exemimus a seruicio et condicione jobagionatus Castri nostri Hunthensis, collocando, constituendo et ordinando ipsum et eius heredes, heredumque successores in collegium et numerum Regalium seruientum (igy) nostrorum, ad nostram recipiendo graciam et proteccionem specialem. In cuius terre possessionem eundem Petrum per dilectum et fidelem hominem nostrum Magistrum Bach, auctoritate Regia fecimus introduci. Cuius prima et capitalis meta inchoatur sub scissura cuiusdam montis Hradyscha uocati, ubi est eciam alia meta Ecclesie de Saag, tercia vduornicorum; deinde procedit supra uersus aquilonem sub eodem monte, per spacium duarum sagittarum, et ibi est una meta; postea circuit eundem montem per quoddam fossatum, que dicitur fossa gigancium, et in capite illius fossati sunt due mete; abhinc descendit de eodem monte directe ad unum locum, in quo uadit supra, et circuit unum pratum, et in fine illius prati est meta; posthec uadit ad quendam ualociorem portum fluuij Corpona, et ibi transit, et iuxta unam viam est meta; et per eandem viam uadit supra uersus orientem ad magnam viam, que venit de Saag, iuxta quam est una meta inter paruas spinas; deinde ascendit per spacium unius jugeris, et similiter inter spinas est meta; posthec uadit ad quandam arborem piri, sub qua est una meta circa magnam viam; deinde intrat siluam per modicum spacium ad quandam arbo-

rem vlmi, que wlgari nostro dicitur *magolffa,* et ibi est meta; postea ascendit per unam viam, circa quam sub arbore quercus est meta; deinde uadit per eandem uiam, et cum ascendit montem, exit de ipsa via, et descendit in uallem Lypolchpathaka, et ibi sub quadam arbore tylie est meta; posthec descendit uersus villam Olwar, et exit de ualle ad dexteram partem, et circa uiam sub arbore ilycis scilicet *twlffa* est meta; deinde descendit uersus terram Ecclesie de Saag, sub quadam arbore vlmi est meta; postea descendit uersus occidentem in uallem siccam, in cuius capite est una meta; post hec descendendo ad magnam viam, iuxta quam sub arbore ilycis est meta; deinde descendit directe ad quoddam nemus, juxta Kwrthws pathaka, sub arbore laticis *scylffa* est meta; et ibi intrat in pothok, et descendendo per modicum spacium, exit et uadit ad aquam Corpona, ultra quam sub salicis arbore *fyzffa* est meta; postea in uno nemusculo sub arbore acis seu *juhor* est meta; deinde iuxta pratum sub arbore piri est ultima meta; posthec peruenit ad priores tres metas, unde processerat, et ibi terminatur. Vt igitur hec nostra donacio et constitucio, tam sepedicto Petro, quam ipsius successoribus robur obtineat perpetue stabilitatis, in argumentum maioris firmitatis litteras nostras concessimus, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farkasij Prepositi Albensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, quinto idus Januarij, Regni autem nostri anno vicesimo septimo (így).

(Gróf Ujláki Lőrincz országbírónak 1520-ki átiratából; Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 683. l.)

299.

IV. Béla király a Chak comes és a Gara-i várhoz tartozó hat nemzetség közti egyenetlenségeket elintézi. 1256.

(B)Ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Excellencia Regia remedijs inuigilans subiectorum solet ea litterarum testimonio roborare, que legitime terminantur, ne hijs processu temporum in irritum reuocatis ueritati preiudicet falsitas, et iniquitas preualeat equitati. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum post recessum Tartarorum pro reuocandis iuribus Castri indebite occupatis per totum Regnum nostrum diuersos iudices misissemus; inter ceteros Chak Comes de Gara ensifer noster dilectus noster et fidelis, sex generaciones de Comitatu Gara ad nostram presenciam euocauit, et terras earundem nomine terrarum Castri Castro restitui repetebat. Eedem autem generaciones ex aduerso responderunt, quod ille terre ipsorum (így) essent hereditarie, et quod quondam per Moys Comitem de Gara in nostra presencia racione Castri in iudicium ipse terre fuissent deducte, ac in presencia Stephani Bani tocius Sclauonie, cui in hac parte commiseramus vices nostras, quod ille terre ad eos iure hereditario pertineant, testibus ydoneis conprobassent; super quo eciam nobis curauerunt nostrum priuilegium exhibere. Verum quia per idem nostrum priuilegium constitit nobis, relacioni ipsarum sex generacionum ueritatem plenissime suffragari, liti finem imponere cupientes ipsas sex generaciones ab impeticione dicti Comitis Chak in hac parte duximus absoluendas. Sed cum in priuilegijs, que ipse sex generaciones presentarunt, solummodo trium generacionum nomina haberentur, specialiter inter alias terras generacionis Bracon eidem tanquam suas hereditarias presencium testimonio reliquimus quiete, pacifice et perpetuo possidendas, sicut dinoscuntur hactenus tenuisse sine iuris prefu-

dicio alieni. In cuius rei perpetuam firmitatem presentes litteras dari fecimus sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Electi aule nostre Uicecancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, nono kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno vicesimo primo.

(Eredetie börhártyán, melyről a háromszinű vörös-fejér-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

300.

IV. Béla királynak Ság Nyitramegyei birtokra vonatkozó adománya Agari Sándor számára. 1256.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod ueniens ad nostre Magestatis presenciam Alexander filius Zoch de Agar dilectus et fidelis noster, seruiciaque sua, que nobis diuersis locis et temporibus, et specialiter in partibus Ultra Drauanis et Coruacie post exitum Tartarorum de Regno nostro, ubi plurima mortalia wlnera pro nobis pertulit, rememorans et proponens, quandam terram et possessionem reciatorum nostrorum Sag uocatam in Comitatu Nitriensi existentem possessioni sue similiter Sag vocate, per nos sibi collate, uicinam et contiguam instantissimis suplicacionibus sibi dari petiuit et donari. Nos igitur supplicacionibus ipsius Alexandri fauorabiliter annuentes predictam possessionem Sag, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs ab eisdem reciatoribus auferentes, eisdemque pro ipsa ubi uoluerint similem in Regno nostro dare assumpmentes, eidem Alexandro dedimus et donauimus, ac per Symonem filium Vyda de Sancto Johanne statui fecimus in

filios filiorum perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Mete eciam ipsius possessionis, sicut nobis idem Symon sub testimonio Capituli Nitriensis exhibuit, hoc ordine distinguntur: Incipiendo in parte orientali in quoddam (igy) monte a quadam meta circa uiam existente, que separat a Kelechent et Dychy, et descendendo de ipso monte in quodam ualliculo transit quandam uiam ad quoddam *mege,* et per eundem et agros tendit ad uiam antiquam, quam transit in monte quodam; abinde descendit uersus uillam in quodam *mege* et agros circa arbores fructum (igy) procedendo peruenit ad uillam, quam transit per latitudinem; abinde in parte meridionali tendit ad montem ad quandam viam, ubi in quodam *mege* est meta, circa quam in uallem quoddam (igy) flectitur ad occasum, et peruenit transeundo circa arbores fructuum ad alliam (igy) uiam, et transeundo per agros descendit per siluam, in qua est meta ad quandam vallem, in qua circa uiam est meta, ibique flectitur ad aquilonem in via predicta, que separat duas uillas Sag a Boymuch; et in eadem uia procedendo peruenit ad aliam uiam, et transeundo ipsam uicinatur Sag cum Dychy et Boymoch; abinde uicinando Dychy ascendit montem et transit uiam in ipso monte, que tendit per planiciem Regis Kyralmezey dictam; abinde in descensu cuiusdam monticuli tendit uersus uillam Dychy; abinde descendit ad uiam magnam, et per eandem procedendo reuertitur ad metam primam. Et ut presens nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes eidem Alexandro dedimus litteras dupplicy sigillo nostro sigillatas. Datum per manus discreti uiri Magistri Farkasij Prepositi Albensis dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto, quinto kalendas Septembris, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

301.

IV. Béla király a Somogy megye főispánya és várnépei, s Garyg vár jobbágyai közti határvillongásokat elintézi. 1256.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Officij nostri debitum nos ammonet inuigilare remedijs subditorum; quia dum eorum excutimus honera, dum scandala remouemus, nos in ipsorum quiete quiescimus, et pacis eorum commodo gratulamur. Proinde ad uniuersorum presencium posterorumque noticiam harum serie volumus peruenire; quod cum inter dilectum fidelem nostrum Herricum Comitem Symigiensem, et Castrenses de Garyg ex vna parte, ac jobagiones eiusdem castri in ipsa Garyg existentes ex altera, qui a tempore Regis Colomani karissimi fratris nostri pie recordacionis, et ante, in Garig (terras) possederant, super terminis terrarum suarum in nostra presencia questio uerteretur; volentes scandalum seu discordiam tollere de medio eorundem, ne in antea grauentur laboribus et expensis; predictum Herricum Comitem, qui vice sua Pangracium officialem suum de Garyg ad hoc deputauit, et Magistrum Benedictum Quinque-Ecclesiensem fidelem hominem nostrum pro metis eorundem distinguendis duximus transmittendos, ne processu temporum prefati jobagiones de terra castrensium valeant occupare, vel castrenses contra eosdem jobagiones occasionem seu materiam habeant querulandi. Ex quibus uidelicet jobagionibus castri predicti mete terrarum Martini Comitis filij Tusk, ac fratris ipsius nomine Gord, que uulgariter Borsonouch nuncupantur, prout dictus homo noster Benedictus nobis retulit, prout eciam prefatus Pangracius per suas litteras intimauit, hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit a partè occidentali sub vna arbore, que uulgo *scylfa* dicitur, circa quam est meta terrea antiqua, separans limites Grassancha a Garyg super vineam sacerdotis; deinde tam per

vineas, per valles et colles eundo peruenitur ad metas sub arbore *berekenefa* super quandam vineam in monte; abhinc eciam per valles et colles vergit directe per magnum spacium ad duas arbores *tulfa* dupplicatas, sub quibus est meta iuxta magnam viam in monte, euntem ad castrum Garig; per ipsam itaque viam eundo satis longe in *berch* peruenitur ad locum, ubi exit de ea ad vnam semitam, et per eam, eundo similiter in *berch* exit ad quandam metam, et ab ea cadit in caput vallis nomine Horoustouch, et ulterius tenet metam cum filijs et cognatis Pestuani; de capite autem dicte vallis descendens parum ascendit in *berch* ad partem orientalem; inde per colles et valles eundo peruenitur ad metam sub arbore *tulfa* triplicata; deinde ad caput minoris Desniche, et per ipsam eundo inferius cadit in maiorem Desnicham, et in ea eundo exit ad metam terream in planicie, ibique relictis filijs Pestuani incipit tenere metam cum Wlcoy filio Borisa, et ibi cadit in paruam vallem, que ducit in riuulum Desnicha, et per eam eundo inferius exit ad quandam vallem ad partem orientalem, que similiter ducit superius ad *berch* ad metam terream; ibique cadit in magnam vallem, et in ipsa eundo inferius exit ad quandam vallem paruam, et per illam eundo exit ad *berch* uersus meridiem ad metam sub arbore *nyrfa*, iuxta terram Coyani descendit in vallem — —, et in ea eundo parum exit in vna modica ualle ad *berch*, et inde directe vadit ad metam sub arbore *berekenefa;* deinde iuxta terram Vde cadit in vallem nomine Predelech, et in ea eundo exit per quandam vallem paruam ad metam terream iuxta uiam, ibique per uiam eundo in *berch* peruenitur ad locum, ubi reflectitur uersus orientalem partem ad duas metas, quarum vna est Martini Comitis, altera Vde, ibique relicto Vde tenet metam cum Mortunus, et per planiciem directe eundo cadit in Desnicham in meta sub arbore de piro; et transeundo riuulum uadit inter duas antiquas sessiones directe ad montem ad duas metas, quarum vna est Martini Comitis, altera Mortun; deinde descendit in siccam vallem, et ibi tenendo metam cum Othmich procedit inferius usque ad locum, vbi exit in vna valle ad duas metas, quarum vna est ipsius Martini, altera Othmich iuxta viam; per viam autem eundo peruenitur iterum ad duas metas, quarum vna est Gordus fratris sui, altera predicti Otmich; inde cadit in

quandam vallem, et per eam descendens cadit id riuulum Desnicha, et per ipsam eundo exit in vallem nomine Hymellinna (?), et vadit ad caput eiusdem, ibique sunt due mete, quarum vna Gordus, altera Stephani Vngari; inde ad uiam itur iterum ad duas metas; abhinc per uiam eundo uersus meridiem peruenitur ad duas metas, quarum vna est Gordus, altera Stephani; deinde iuxta siluulam per paruam uallem descendit ad metam sub arbore *gertanfa;* abhinc iuxta fenetum ipsius Gordus per metas in nemore eundo cadit in Grusench, qui distingit limites Grassanicha et Garig; per Crussench autem eundo peruenitur ad caput eiusdem iterum ad metam ipsius Martini Comitis, ibique sub quadam vinea progrediens cadit in magnam viam, et per ipsam eundo longe in *berch* peruenitur ad metam sub arbore *tulfa;* et abhinc per vallem cadit in Lesnam, et per aliam vallem ascendit ad magnam viam ad metam antiquam communem inter Grassanicham et Garig, ibique transeundo viam per vnam vallem ex parte occidentis descendit in Cotynnam, et transeundo eam ad duas arbores de cerasis vadit ad montem ad metam sub arbore nucum; inde per *berch* progrediens per longum in latere vnius montis descendit ad metam sub arbore *buzfa;* abhinc ad arborem *berckenefa;* deinde per valles et colles prope sessiones ipsius Martini vadit ad vineam Jelk, et inde directe ad priorem metam, vbi fuit incepta, ibique terminatur. Vt igitur predictus Martinus, et frater ipsius Gordus, ac eorum heredes; et sepedicti castrenses, qui contra ipsos agebant, pace perpetua gratulentur, presentes litteras in testimonium perpetue firmitatis dari fecimus, sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° LVI° quarto Idus Nouembris, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Eredetie börhártyán, melyről a kettős pecsét töredéke vörös-sárga zsinóron függ, a főmélt. hg. Batthyáni levéltárában.)

302.

IV. Béla királynak más ugyanazon egyenetlenségekre vonatkozó intézkedése. 1256.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Officij nostri debitum nos ammonet inuigilare remedijs subiectorum; quia dum eorum excutimus honera, dum scandala remonemus, nos in ipsorum quiete quiescimus, et pacis eorum commodo gratulamur. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum inter Henricum Comitem Symigiensem dilectum fidelem nostrum, et castrenses Castri Symigiensis de Garyg ex una parte; ac iobagiones Castri Symigiensis in Garig existentes ex altera, qui a tempore Regis Colomani karissimi fratris nostri bone memorie, et ante, in Garig terras possederant, super terminis terrarum suarum in nostra presencia questio uerteretur; uolentes scandalum seu discordiam tollere de medio eorundem, ne in antea grauentur laboribus et expensis; dictum Henricum Comitem, qui vice sua Pangracium officialem suum de Garig ad hoc deputauit, et Magistrum Benedictum Quinqueecclesiensem fidelem hominem nostrum pro metis eorundem distinguendis duximus transmittendos, ne processu temporum prefati iobagiones de terra predictorum castrensium ualerent occupare, uel castrenses contra eosdem iobagiones occasionem seu materiam habeant querulandi. Ex quibus uidelicet iobagionibus castri predicti mete terre Kokot dicte Morci (így) filij Zelk, prout dictus Magister Benedictus nobis retulit, et prefatus Pongracius per suas litteras intimauit, taliter distinguntur. Prima meta incipit iuxta Camariam in meta terrea; inde uadit iuxta Camariam ad duas metas, quarum una est ipsius Kokot sub arbore *tulfa;* inde per Cherit eundo exit ad metam sub arbore *gurtanfa,* ibique intrat uallem Hemelinna, et uadit in ea superius usque ad locum, ubi per quandam semitam uertitur ad mon-

tem ad metam angularem; deinde per planiciem iuxta siluulam in quadam semita uadit iterum ad metam angularem sub arbore *jurtanfa;* abhinc iuxta terram Zulre descendens cadit iterum in Hemilinnam in meta sub arbore *tulfa;* deinde ad caput ipsius Hemelinna, et inde iuxta terram castri uadit ad arborem *jurtanfa;* abhinc ad metam terream in planicie, et inde ad arborem *bykfa,* sub qua est meta terrea separans a filijs Chakani; deinde per uiam uadit ad metam sub arbore *narfa;* inde incipit ire uersus septemtrionem in alia uia, et peruenit ad locum, ubi reflectit se ad caput Choromisnik; et per Choromisnik descendens peruenit ad metam communem inter filios Chakani et Kokot sub arboribus *tulfa* crvce signatis; deinde per siluam, que communis est filijs Chakani et dicto Kokot, peruenitur ad priorem metam terream iuxta Camariam supradictam. Vt igitur dictus filius Zelk, et heredes ipsius, ac castrenses, qui agebant contra ipsum, pace perpetua gratulentur, presentes litteras in testimonium perpetue firmitatis dari fecimus sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Uice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° L° sexto, IIII. idus Nouembris, Regni autem nostri anno uicesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-violaszinű selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

303.

IV. Béla király a Chanád nemzetségbelieknek birtokosztályozását helyben hagyja. 1256.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constitutis coram nobis Comite Pangracio pro se et filijs suis, Ladizlao videlicet et Thoma, item Chumur pro se et Stephano filio suo, item Isac pro se et Mako filio suo, item Elek similiter pro se et filijs suis Donkws et Gregorio, filijs Kelemenus Bani filij Belinyk ex vna parte, ex altera vero Comite Chanad pro se et filijs Dionisio et Gregorio, item Barlaba pro se et filijs suis Michaele, Barlaba et Dominico; item Philippo similiter pro se et filijs suis Zuna et Benedicto filijs Comitis Woffa similiter filij Belenyk, relatum extitit concorditer per eosdem, quod in possessionibus eorum hereditarijs infrascriptis talem inter se diuisionem ordinassent et fecissent; quod predictis filijs Kelemenus Bani filij Belenyk in proprietatem eorum cessissent ville prope Tyciam, Halaz cum Harangadtue et Mortua Magna, item Podwey; item Keer, item terra Agar cum piscatura; item Swth eum Feyrthow, item Wrs, item Rasan cum piscatura, item Zent Miklos cum sua tota piscatura et Potoktou in longitudine et latitudine; item Chaka similiter cum piscatura; item Temerken cum piscatura Tycie in recta medietate; item Zanath cum tota sua piscatura; item Wosyan; item Teryen et medietas ville Rabey in Comitatu Chanadiensi existentes; item prope Themesium medietas wille Chawas cum duobus locis molendinorum et medietate tributi; item medietas ville Kalanthelwk juxta Borswa cum una rota molendini; item Zentlewrynch, Kisfalwd, Molumzugh, Feluelnuk, Zent Lazlo, Zumbur, Ladan, Palatha, Bodogazzunhaza, Paradamunustura, et in campo versus Zarazer Zent Margitha et Kwztelwk vocate cum tribus sessionibus villarum

in Comitatu Chanadiensi existentes; item Pangrachfaia et Chenkewreme similiter prope Morusium in Comitatu Orodiensi adiacentes filijs et nepotibus Kelemenus Bani pertinerent. Item filijs Waffa, Chanad videlicet, Barlaba et Philippo, et eorum filijs predictis prope Morusium sunt ville pertinentes Thembes scilicet cum tribus ecclesijs et tribus sessionibus villarum, item monasterium Beate Virginis in insula Thembes cum piscatura de foris versus campum existentibus, item Dedemzug, item Olwelnwk, item Wossontho, item Borumlok, item in campo versus Zarazer Zemekhaza, item Zwdas, item Boluhkerek cum duabus sessionibus villarum, item Therimthelwk cum quinque sessionibus villarum, item Beeb cum tributo et piscatura suis, item Kewkener alio nomine Woffayllesse, et medietas ville Rabey, item Kywolkau, item Weghwolkan, item Weresdub, item Zwrakrew, item Kwtheghaz, item Dwbeghaz, item Zechien, item Feyreghaz, item Nadasd, item Fekettewfa, item Puklussy, item Feyrwh, item alia medietas ville Chawas similiter cum duabus rotis molendinorum et medietate tributi a parte ecclesie Sancti Petri cum eadem ecclesia, et medietas ville Kalanteluk iuxta Borsua cum una rota molendini. Possessiones vero, que cesserant seu prouenerant in porcionem Magni Philippi filij Belenyg maioris fratris eorundem filiorum Belenigh, qui sine herede decessit in partibus Transiluanis sunt hec; scilicet Zentkyral cum villis ad se pertinentibus, item Nagkechkes cum villis ad se pertinentibus, item Philwpkwue similiter cum villis ad se pertinentibus, item Duburdun cum pluribus villis infra suas metas existentibus, item Hwdus et Theyes similiter cum pluribus villis pertinentibus ad easdem infra suas metas; quas filij ac nepotes Kelemenus Bani, et filij Woffa inter se sine diuisione dimiserunt possidendas tali ordinacione, quod fructus et prouentus omnium possessionum predictarum et pertinenciarum ad easdem per duos familiares, quos temporibus progressiuis vno consensu ad hoc deputauerint, colligantur, et equanimiter inter ipsos filios et nepotes Kelemenus Bani et Comitis Woffa diuidantur. Item monasterium Kanisa cum villis ad se pertinentibus, item aliud monasterium Kemenche vocatum similiter cum omnibus vtilitatibus ad se pertinentibus in duas partes equales diuidendo, inter filios et nepotes Kelemenus Bani ex vna parte, et ex

altera inter filios et nepotes Comitis Woffa in duas partes equales dimiserunt possidendum; monasterium vero Orozlanus vocatum toti generacioni eorum commune esse asseruerunt. Item Chanad similiter pro se et filio suo Weche, Thoma pro se et filio Wgud, filijs Kechele, item Michaele pro se et filio suo Dominico, ac fratre suo Weyteh filijs Theodori; item Laurencio et Gregorio filijs Chemu similiter pro se, nepotibus Boguzlo fratris Belenyg, cesserunt totidem possessiones numero, sed fructuosiores prouentibus in Comitatibus infrascriptis, scilicet Chanadiensi, Thimisiensi, Syrimiensi, in Districtu de Mako, vltra Zawa, in Comitatu de Woswar, in Comitatu Jauriensi et in Comitatu Musuniensi, quarum quidem possessionum no mina in eorum priuilegijs diuisionalibus plenissime continentur; sub tali vinculo et condicione penali interiecta, quod si qua parcium de eisdem supra id, quod sibi in porcionem cessisset, sibi appropriaret, vel occupare niteretur, sua porcione priuaretur eo facto; cuius porcionis estimacio media pars Regio Fisco, alia vero medietas iniuriam pacienti et diuisionem obseruanti applicetur. Hoc eciam declarato, quod superstes parcium predictarum in alterius porcionem protelatis temporibus non subintret sub pena prenotata, partibus hoc assumentibus eciam vno ex eis remanente; si vero aliquis eorum de porcionibus suis aliquid alienauerit aut perdiderit, eciam altera parcium possit recuperare, et restitutis semper expensis, et non aliter possit rehabere; nisi per potenciam vel iniquum processum, forma iuris non observata fuisset exclusus de eisdem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti nostri et fidelis Magistri Smaragdi Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarii, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, decimo sexto kalendas Januarij, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Báthory István erdélyi vajdának, 1572. Thordán a „feria quinta proxima post Dominicam Rogacionum" tartott tizenötödik törvénynapon készült átiratából, mely egészben véve 26 régi okmányt tartalmaz, a budai kir. kamarai levéltárban.)

304.

IV. Béla királynak Secek (Slatvina) birtokát tárgyazó adománya File számára. 1256.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Quod Regia Celsitudo ad remedium subiectorum prouide duxerit ordinandum, litterarum consueuit testimonio confirmari, ne processu temporum in irritum aliquatenus reuocetur. Proinde ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum nos considerantes fidele seruicium Fylo filij Filey, contulimus sibi in Secek terram ad tria aratra sufficientem, de qua fidelis noster Aba, quem pro ordinandis terris in Scepus miseramus, retulit nobis, quod in aliqua parte esset nemorosa, lapidosa, nec piscinis habilis, nec molendinis; dictus iam File tali condicione eam assumpsit, quod pro tribus aratris de ea seruiret, et quod racione eiusdem terre nobis teneatur ad exercitum proficisci, ac per omnia idem seruicium exhibere, quod alij jobagiones de Scepus facere consueverunt, sicut in ipsorum communi priuilegio super libertate sua habita, plenius continetur. Cuius terre prima meta, prout in litteris Magistri Abe vidimus, incipit a prato, veniendo de Foro Sabbathi in semita vadit per montem Cost transeundo riuulum Scunk, ascendit ad montem usque ad viam; ibidem transit alium montem Cost, cadit in riuulum Melpotok; inde transit versus Saxones de Poprad ad quoddam pratum, et in eiusdem prati riuulo descendit ad quandam paludem; inde tendit ad fontem, et redit ad metas antedictas. Vt igitur nostra confirmacio fidem roburque perpetue firmitatis obtineat, presentes litteras nostras dedimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo

sexto, decimo septimo kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno vicesimo primo·

(A szepesi káptalan 1341-ki átiratából, kelt feria secunda proxima post festum Beate Lucie virginis, kiadva „Christianus filius Filo de Secek" kérésére, mely Poprad város levéltárában őriztetik.)

305.

IV. Béla királynak engedelme, hogy Elek Miklós comesnek fia Dyenis birtokát a pannonhalmi apátságnak hagyományozhassa. 1256.

Bela Dei gracia Rex Ungarie fidelibus suis Albensi Capitulo salutem et graciam. Noueritis, quod nos permisimus, ut Elec filius Nicolai Comitis possessionem suam nomine Dyenis in Comitatu Posoniensi existentem dare possit seu relinquere Ecclesie Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie pro remedio anime sue ac pro pecunia, in qua eidem Ecclesie tenetur obligatus. Datum in Zolun in festo Sancti Sixti.

(A székesfehérvári káptalannak 1258-ki bizonyságleveléből mint alább, a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

306.

IV. Sándor pápának a pannonhalmi apátság szabadalmait tárgyazó intézkedése. 1256.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus vniuersis Archiepiscopis et Episcopis per Regnum Vngarie constitutis salutem et Apostolicam benedictio-

nem. Religionis domum Domini decorantis desiderantes augmentari, si nostro in hac parte affectui contrarius quomodolibet succedat effectus, uehementer dolendum est nobis, et salubrem circa hoc debemus adhibere medelam solicitudine oportuna. Sane sicut accepimus dilecto filio Abbate Sancti Martini supra Pannoniam ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Jauriensis Diocesis referente, Beati Benedicti excellentissimus ordo in Regno Vngarie tum propter ipsius Regni depopulationem a Tartaris olim factam, tum propter Abbatum et monachorum in monasteriis eiusdem Regni degentium insolentiam ad tantam dissolucionis miseriam iam deuenit, quod omnino peribit ibidem, nisi celeri eidem remedio per Diuinam clementiam et Apostolice Sedis prouidentiam succuratur. Vnde nos de eodem Abbate plenam in Domino fiduciam obtinentes, eligendi tres Abbates ipsius Ordinis zelum habentes, ipsius cum consilio et assensu Capituli dicti Ordinis generalis, ac una cum eisdem Abbatibus regulariter uisitandi, corrigendi et reformandi auctoritate nostra in prefatis monasteriis tam in capite, quam in membris, que uisitationis, correctionis et reformationis officio uiderint indigere, plenam sibi concessimus hac uice per nostras litteras facultatem. Quocirca Vniuersitati uestre per Apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus Abbates, Priores seu monachos, quos incorrigibiles inuenerit, et eorum sic exigentibus culpis dictus Abbas cum eisdem tribus Abbatibus sibi iuxta tenorem concessionis Apostolice adiungendis regulariter punierint seu constituerint justicia exigente juxta ipsius Ordinis instituta, nullo modo in sua foueatis rebellione, seu etiam defendatis. Datum Anagnie VI. Idus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

(Eredetie a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

307.

IV. Sándor pápa a pannonhalmi apátot a sz. Benedek rendének magyarországi szerzeteseire nézve különös jogositványokkal felruházza. 1256.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio ... Abbati Monasterii Sancti Martini supra Pannoniam ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Jauriensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Religionis domum Domini decorantis desiderantes augmentum, si nostro in hac parte affectui contrarius quomodolibet succedat effectus, uehementer dolendum est nobis, et salubrem circa hoc debemus adhibere medelam solicitudine oportuna. Sane sicut te referente accepimus Sancti Benedicti excellentissimus Ordo in Regno Vngarie tum propter ipsius Regni depopulationem a Tartaris olim factam, tum propter Abbatum et monachorum in monasteriis eiusdem Regni degentium insolentiam ad tantam dissolutionis miseriam iam deuenit, quod omnino peribit ibidem, nisi celeri eidem remedio per Divinam clementiam et Apostolice Sedis prouidentiam succurratur. De tua itaque circumspectiones plenam in Domino fiduciam obtinentes, eligendi tres Abbates eiusdem Ordinis zelum habentes, ipsius cum consilio et assensu Capituli dicti Ordinis generalis, ac regulariter uisitandi, corrigendi et reformandi auctoritate nostra cum eisdem tribus Abbatibus in prefatis monasteriis tam in capite, quam in membris, que visitationis, correctionis et reformationis officio videritis indigere, plenam tibi hac vice concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Anagnie VI. Idus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

(Eredetie a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

308.

Tamás kalocsai érsek és társai mint kiküldött királyi biráknak Zounuc, a Bodrogi várhoz tartozó birtokra vonatkozó itélete. 1256.

Nos Thomas Dei gracia Archiepiscopus Colocensis, Oliuerius eadem gracia Episcopus Sirmiensis, et Andreas Comes Bachiensis significamus presentem inspecturis litteram, quod cum Roraldus Palatinus, Comes Posoniensis, ex speciali mandato domini Bele Illustris Regis Vngarie, castrenses a castro Budrug, et terras castri indebite alienatas reuocaret, et inter cetera terram Zounuc, que castri de Budrug fuit, et eandem Alexander filius Comitis Deninius ex donacione gloriose memorie Regis Colomani possederat, castro Budrug restituisset antedicto; conquerente predicto A. Regie Excellencie, idem dominus B. Rex supranominatus nobis dedit firmiter per litteras in mandatis, ut terram IIII-or aratrorum de terra prenominata, super qua monasterium eiusdem Alexandri fuit constructum, predicto A. mensurando et certis metis circumdatam restituere debemus perpetualiter possidendam. Verum quia Regio mandato occurrere debuimus, ut decebat, dictam terram IIII-or aratrorum a terris dicti castri per metas separatam sepe dicto A. statuimus in pace perpetuo possidendam; hominibus nostris presentibus, videlicet Demetrio, Andrea et Johanne, ac ceteris jobagionibus castri Bachiensis, qui eandem terram in causam traxerant, uidelicet Petku, Septimus, Rynecz, Ruda et Gercone. Et vt hec, que per nos acta sunt, perpetualiter ualeant. stabiliri, litteras nostras dedimus nostris sigillis firmantes. Anno gracie M^{o} CC^{o} L^{o} VI°.

(Eredetie börhártyán, a három, lenfonalon függő pecsét közül kettő elveszett, a harmadiknak csak töredéke van meg; a mélt. báró Révay család levéltárában.)

309.

Rogeriuss palatoi érseknek kettős pénzbeli kölcsönről szólló kötelezvénye. 1256.

In nomine Domini Amen. Ego Rogerius Dei gratia Spalatensis Archiepiscopus confiteor per hoc scriptum, quia recepi a te Thoma Archidiacono Spalatensi sexaginta libras denariorum de pecunia domini Papae, pro quibus tradidi tibi quatuor vasa argentea sex marcas ponderantia; ita quod si praetaxata pecunia extra civitatem tradenda fuerit, tu assignabis eadem vasa ad manus Grucii vel alicuius amicorum eorum, et recipies pecuniam memoratam. Si vero non fuerit, qui nomine meo vasa redimat supradicta; tunc licitum tibi sit tradere ipsa praecise pro pecunia saepedicta, nec tenearis exinde mihi vel alicui reddere rationem. Actum in praesentia domini Prodani et fratris sui Grucii, et mei P. dicti Romani Clerici de Palianis, qui scriptum praesens scripsi.

Anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto Indictione quartadecima die quinto exeunte Februarii. Regnante domino nostro Bela Serenissimo Rege Ungariae, tempore domini Rogerii venerabilis Archiepiscopi Spalatensis, Stephani Illustris Bani Sclauoniae, Comitis Duymi Kasari, Miche Madii, Nicolai Desse Judicum. Nos suprascriptus Rogerius Dei gratia Archiepiscopus Spalatensis, per hoc praesens instrumentum confitemur et facimus manifeste, nos recepisse a vobis Thoma Archidiacono et fratre Jesse de Ordine Fratrum Praedicatorum Conventus Spalati nomine Ecclesiae Romanae de mandato domini Papae tredecim libras et quinque soldos et medium bonorum denariorum grossorum Venetorum, quos denarios mutuo nos habere dicimus; renuncians omni exceptioni non datae et numeratae pecuniae tempore contractus. Ad securitatem autem vestram huic instrumento nostrum sigillum pendens fecimus apponi. Actum in camera ipsius domini Archiepiscopi in presentia et testimonio Nicolai Pharensis Episcopi, Nicolai Duymi, Marini

Symeonis, Leonardi de Pessine Spalatensis et aliis. Ego Dobre Duscize examinator conscius scripsi.

Ego Amicus Capellanus, Communis Spalatensis Juratus Notarius his interfui, et de voluntate ipsius domini Archiepiscopi rogatus scripsi, et consueto signo roboraui.

(Farlati, Illyricum Sacrum III. köt. 279. l.)

310.

Lőrincz országbírónak bizonyságlevele, hogy Miklós bánnak fiai elötte osztozkodtak. 1256.

Nos Magister Laurencius Judex Curie domini Regis et Comes Zaladiensis, damus pro memoria significantes vniuersis, quod Sebastianus Comes, Petrus, Nicolaus Comes, Salomon ac Woywodà fili (igy) Nicolai Bani, constituti personaliter coram nobis, conposicionaliter ad robur perpetue pacis talem perpetrarunt in possessionibus eorum diuisionem, quam diuisionem ex consensu fratrum Comes Sebastianus et Petrus ordinarunt. Ita videlicet, quod ab una parte uillam Neuprit uocatam, uillam Draguan, fundum Bon, uillam Saag cum ecclesia et molendino, et cum — — — centum marcis constructa et estimata, Gradiscam quandam possessionem cum portu, uillam Borcek, uillam Bozun, possessionem Ebrus uocatam, cum silua sua nomine Lippo, cum pisscina, cuius prouentus usque reuolucionem anni quinquaginta marcis est estimatus, quas numeratas possessiones pro tribus partibus ipsarum suarum possessionum diuidendarum diuidendo ordinarunt. Item ab alia parte uillam Bakdassa possessionem Kustan nomine, possessionem Toti uacatam, et possessionem Tarnuk uocatam, cuius suo Monasterio (igy) pro duabus partibus suarum possessionum diuidendo ordinarunt. Itaque facta coram nobis tali diuisione inter partes, Nicolaus, Salomon et Woynoda, primo nominatas et numeratas possessiones pro tribus

partibus possessionum diuisarum spontanea uoluntate eligendo receperunt. Item secundo numeratas possessiones pro duabus partibus diuisarum possessionum Sebastianus et Petrus in suam porcionem acceptarunt. Ne igitur in procesu temporis series et factum huius diuisionis possit cassari seu deprauari, ex peticione parcium ad robur et firmitudinem perpetuam huiuscemodi diuisionis litteras concessimus munimine nostri sigilli roboratas. Datum in Aranas in vigilia Strennarum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

(Az eredeti után Ráth Károly, Hazai Okmánytár IV. köt. 36. l.)

311.

István szlavoniai bán és Styria kormányzójának Graboscelo birtokára vonatkozó bírói ítélete. 1256.

Nos Stephanus Banus tocius Sclauonie et Capitaneus Styrie significamus tenore presencium vniuersis, quod cum Pautyn, Wogrifa, et generacio eorundem super terra Grabroscello Jacov filium Gordizlov conuenissent litis ordine coram nobis, idem Jacov exhibuit litteras Magistri Alexandri Vicebani nostri, in quibus inuenimus eandem causam coram eo fuisse inter ipsos diucius uentilatam, et tandem de eiusdem Magistri Alexandri Vicebani iudicio processisse, quod Jacov cum Bratko, Ztoyzlov filio Branisa, Wlkodrug Claudo, Wlkowoy filio Zlobymerij, et Cvplen filio Kvlcs prestiterat sacramentum super eo; quod Jacov non fecerat maliciose, quod hactenus suppresserat, et non presentauerat coram nobis priuilegium Salomonis Bani habitum super ipsa terra Graboscelo, sed propterea, quod idem detentus fuerat in captiuitate per Abbatem Toplicensem, et non poterat prosequi suum factum; quam terram postmodum dictus Magister Alexander Vicebanus ordine iudiciario obseruato secundum continenciam priuilegij Salomonis Bani statuerat dicto Jacov. Vnde et quia

in priori iudicio Pauty — — — — — Magistro Alexandro Vicebano priuilegio predicto non contradixerant, et iudicium ipsius Magistri Alexandri Vicebani de iusticia processerat, Pautynum, Wogrisam et generacionem eorundem iudicio condempnantes, quia iterato inchoauerant causam iuris ordine terminatam, eisdem super facto ipsius terre perpetuum silencium imponendo, dictam terram Graboscelo Jacov sepedicto reliquimus et statuimus iure perpetuo possidendam. Prima igitur meta huius terre, sicut in eodem priuilegio Salomonis Bani uidimus contineri, incipit a quodam puteo, et tendit per quendam fluuium ad partem orientalem, et uenit superius ad terream metam, et conterminatur terre Gurgys, Wratech ac Gordizlay, ubi est meta terrea in arbore nomine *harost;* deinde uenit ad partem meridionalem ad magnam uiam exercitualem, et per eandem uiam uenit ad unam arborem, que uulgo uocatur *harozt*, et ibi conterminatur terre Gurgys, Dragsan et Gordyzlay; deinde uenit ad partem occidentalem ad metam Waratha; abinde uenit ad quasdam uineas; et inde ad tres metas terreas, videlicet Dragsani, Halapone, et Gordyzlay; et inde ad fluuium Granschech; et deinde inter duas vineas ad metam terream; abinde uenit ad priorem metam, ubi est puteus, ibique terminatur. Vt autem huius rei series robur optineat perpetue firmitatis, nec ullo umquam processu temporum possit uel ualeat in irritum reuocari, presentes litteras contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a háromszinü fejér-vörös-zöld selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

312.

István szlavoniai bán és Styria kormányzója a goss-i zárdának vámszabadságát fenntartja. 1256. körül.

Stephanus Banus tocius Sclauonie et Capitaneus Styrie dilectis suis mutarijs de Rotmane salutem et graciam. Significauit nobis domina Abbatissa de Gusse conquerendo, quod cum de hiis, que per uestram stratam pro suis et sororum suarum uite necessarijs in eundo et redeundo deferri et referri consueuerunt mutam siue toloneum soluere non deberet, uos contra iusticiam extorquatis. Quare si a temporibus Ducum Leopoldi et Frederici muta ab eis dari minime consueuit, nec uos eam aliquatenus exigere presumatis.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszott, a grätzi Joanneumnak kézirati gyűjteményében.)

313.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Elek Miklós comesnek fia Eörs Somogymegyei birtokát a pannonhalmi apátságnak elzálogosította. 1256.

Nos Capitulum Ecclesie Albensis damus pro memoria: Quod anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto constitutis in nostra presencia domino Fauo Abbate Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, Laurencio Decano, Elia Cantore et fratre Henrico monachis dicti Monasterij ex vna parte; Elexio filio Nicolai Comitis, Johanne filio Gregorii consanguineo ejusdem, nec non Abbate Monasterii Jaz ex altera, propositum fuit coram nobis ab eisdem; quod cum dic-

tus Elexius Henrico Comiti Simighiensi Judici Curie domini Regis pro redempcione cujusdam possessionis sue nomine Moninchel teneretur in ducentis marcis, nec haberet in ipso instanti paratam pecuniam, de qua satisfacere posset Comiti Henrico supradicto, dominus Abbas precibus scepedicti Elexii inclinatus de pecunia Monasterii sui predictas ducentas marcas in denariis Regalibus cum pondere — — eidem, quas eciam dominus Abbas ei dedit coram nobis, pro quibus idem Elexius quandam possessionem suam nomine Vrs sitam in Comitatu Simighiensi cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis, terris uidelicet arabilibus, fenctis, piscaturis, syluis, seruis et libertinis ac insulis, nec non aliis appendiciis idem Elexius dicto domino Abbati et Monasterio eius impignorauit in festo Sancti Laurencii tali modo : Vt in principio tercii anni eandem redimere teneretur, medio autem tempore omnes fructus et vtilitates ipsius possessionis dominus Abbas et Monasterium ipsius percipere, nec idem Elexius ante lapsum duorum annorum poterit redimere, in principio vero tercii anni restituere tenebitur domino Abbati ducentas marcas eodem modo cum pondere sicut ei sunt solute. Si autem in ipso termino redimere nollet aut non posset, partes coram nobis nominabunt personas ad estimandam possessionem memoratam, facta autem estimacione quicquid vltra ducentas marcas superfuerit, justo precio dominus Abbas soluere tenebitur Elexio sepedicto, si eandem uoluerit comparare, alioquin ipsa possessio apud dominum Abbatem et ipsius Monasterium oppignorata remanebit. Hoc eciam nolumus pretermittere, quod si dictus Elexius in termino solucioni faciende assignato nec ad faciendam solucionem, nec eciam ad eligendum estimatores uellet accedere, ipsa possessio dicto Abbati et ejus Monasterio perpetuo remaneret possidenda. Hoc eciam adjicimus, quod si aliquis consanguineorum ipsius Elexii vel quiuis alius ipsum dominum Abbatem uel Monasterium suum medio tempore vellet impetere super ipsa possessione, vel aliquis molestare, sepedictus Elexius propriis laboribus et expensis expedire tenebitur, ac in jure possessionis memorate Abbatem et monasterium suum conseruare. Supradictus eciam Joannes filius Gregorii et Abbas de Jaz confessi sunt coram nobis, quod idem Joannes et monasterium de Jaz nullam in

predicto Monasterio haberent pretensionem. In cujus rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas.

(A fehérvári káptalannak 1258-ki átiratából mint alább.)

314.

A posegai káptalannak bizonyságlevele, hogy Bilota Bolknak fia Lusan birtokát Demeter Predrag fiának, és Dragota Dragan fiának eladta. 1256.

A B C D

Capitulum Ecclesie Beati Petri de Posaga omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Bylota terram tenens filius Bolk ex una parte; ex altera uero Demetrius filius Predrag, Dragota filius Dragan terram tenentes, in nostra presencia astiterunt. Idem Bylota confessus est, se coram nobis terram quandam suam Lusan nuncupatam precio comparatam de Wulkota jobagione Castri nostro testimonio mediante, quam terram idem Wulcota ante aduentum Tartarorum optinuerat, ex consensu Bele fratris sui et uoluntate Wulcota supradicti, Demetrio et Dragota supradictis vendidisse pro triginta tribus pensis ad compotum frisaticorum in argento, equis et bobus, coram nobis integraliter persolutis, imperpetuum pacifice possidendam. Cuius terre processus talis est, quod incipit ab Oriaua de terra Remunt versus aquilonem; et abinde tendit in sicca valle ad siluam, que sicca vallis est pro meta supradictis Demetrio et Dragota cum Bylota in Scelca; item tendens in magno spacio per ipsam siccam vallem, et peruenit ad magnam stratam Regalem, et transit ipsam viam Regalem versus meridiem in fine cuiusdam planiciei; deinde tendit versus orientem, et sic peruenit in Oria-

uam, in qua eundo superius ad priorem metam, vbi est Nenina mlaka. In cuius rei memoriam et certitudinem pleniorem presentes litteras ad peticionem dicti Bylote supradictis Demetrio et Dragota munimine nostri sigilli contulimus roboratas. Actum anno gracie M° CC° quinquagesimo sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melynek zöld-fejér selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

315.

A zágrábi káptalan Pertlin comesnek Glavnicha birtokát tárgyazó iktatását bizonyítja. 1256.

Capitulum Ecclesie Zagrabiensis vniuersis presencium noticiam habituris salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersitatis noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Magister Bernaldus phisicus domini Bele Regis Hungarie cum litteris preceptorijs eiusdem domini Regis, vt nos vna cum ipso hominem nostrum ydoneum, coram quo prescriptus homo Regius possessionem Glaunicha vocatam, que quondam Velizlay sine heredum solacio sexus virilis decedentis fore dinosscebatur, simul cum possessionibus castrensium in eadem Glaunicha existentibus, collacioni Regie pertinentes, Comiti Pertlino Capitaneo Graciensi per ueteres metas et antiquas, conuocatis commetaneis et vicinis rite et legitime reambulatam, prout in dictis Regalibus continebatur, perpetuo possidendam assignaret, si non foret contradictum; contradictoribus autem ydem homo Regius presente homo nostro in eiusdem domini B. presencia comparendi terminum competentem assignaret. Cumque nos precepto et mandato Regio obtemperantes vnacum prescripto Magistro Bernaldo phisico domini Regis et Concanonico Ecclesie Budensis, Nycolaum et Paulum Magistros Concanonicos Ecclesie nostre predicte transmisissemus; prescriptus tandem homo Regius cum predictis socijs

nostris et Concanonicis, nec non Comite Nicolao Vice-Comite de Morowcha per Stephanum Banum tocius Sclauonie ad hoc specialiter deputato, ad nos redeuntes, vnanimiter nobis et concorditer retulerunt, quod ipsis feria quinta proxima post octauas Passce Domini super faciem dicte possessionis Glaunicha accedentibus, eandem rite et legitime omnibus vicinis et commetaneis conuocatis, et ipsis non contradicentibus, ymmo pocius assensum beniuolum eidem Comiti Pertlino prebentibus in hac parte et consensum, per cursus harum metarum: Incipit enim prior et principalis meta a parte aquilonis in monte Feketew dicto; vnde in supercilio monticuli wlgariter Beerch dicti inter fluuios Glaunicha vocatos, Maiorem scilicet fluuium Glaunicha et Minorem, qui quidem mons extenditur ab aquilone orientem uersus; secundoque in supercilio eiusdem montis longo spacio venitur ad quandam arborem castanee in tergo eiusdem montis, sub qua est meta terrea; abhinc adhuc tendit in eiusdem monticuli tergo longo spacio, et venitur ad arborem ilicis, vbi est meta terrea; abhinc eundo per spacium longum descenditur de monticulo, veniturque ad arborem populeam, vbi fluuius Glauniche Minor coniungitur Maiori fluuio Glauniche, vbi est meta terrea; quarum omnium metarum pars remanens ex parte fluuij Minoris Glauniche, pertinet ad nobiles, parte vero ad fluuium Maioris Glaunice existente, cedente et remanente Comiti Pertlino antedicto, in palude nempe Maioris Glauniche; paulisper contra cursum aque eundo exitur de palude, et uenitur ad arborem nucis, vbi est meta terrea; exhinc adhuc tendit per quandam planiciem; deinde asscendit in monticulum, qui est inter fluuios Glaunicha et Blagusa vocatos; eundoque per tergum eiusdem montis venitur ad arborem piri siluestris, vbi est meta terrea; deinde per longum spacium uersus aquilonem eundo venitur ad metam terream; adhuc tendit aquilolonem versus per siluam spacio longo, et venit ad quandam metam secus metam principalem erectam sub arborem abiei; et ibi terminantur possessionis antedicte mete. Quarum omnium metarum pars existens ex parte fluuij Glaunicha pertinet Comiti Pertlino antedicto, reambulatam idem homo Regius presentibus dictis socijs et Concanonicis nostris, nec non dicto Comite Nicolao Vice-Comite de Moroucha statuisset et assi-

gnasset cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis quibuslibet, terris arabilibus, siluis, pratis, fluuijs et locis molendinorum, in perpetuum et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, contradiccione quorumlibet commetaneorum et vicinorum dicte possessionis, vt premisimus, non obstante, Comiti Pertlino et posteritatibus descedentibus ab eodem. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concesimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindenis Passce Domini anno eiusdem M° ducentesimo quinquagesimo sexto.

(Eredetie börhártyán a káptalannak zöld selyemzsinóron függő pecsétje alatt a budai kir. kamarai levéltárban. Ugyanott őriztetik az okmánynak a székesfehérvári káptalan által készült 1330 „secundo die festivitatis Beate Marie Magdalenae" kelt átirata is, melyet kért „Georgius Officialis Magistri Andree filij Merlyn, Castellani de Symunturnya, vice et nomine Magistri Johannis filij Hench Rectoris Noui Montis Pestiensis, et predicti Magistri Andree Domini sui.")

316.

A zágrábi káptalannak a Gurk Buzad bán fia és Mihály comes ugyan Buzad bán testvére közti birtok cserét tárgyazó bizonyságlevele. 1256.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod constitutis in nostra presencia ab una parte Gurk filio Ochuz quondam Bani, et ab altera Egidio officiali Comitis Michaelis fratris magni Buzad pro ipso Comite Michaele; idem Egidius secundum quod eciam littere domini sui, quas nobis exhibuit, sub sigillo notorio astruebant, dominum suum, Comitem scilicet Michaelem, terram Zebusce cum octo uillis, quam terram ibidem Michael Comes receperat de genero suo Gurk antedicto in

concambio pro terra Nedeliche cum quinque uillis; item uillam (? talán „terram“) Sancte Crucis cum tribus uillis, quas ab eodem Gurk titulo possederat empcionis, confessus est reddidisse predicto Gurk iure perpetuo possidendas in concambio pro quatuor uillis Comor sub una meta constitutis; et quod addidisset eidem Gurk racione concambij et precipue dileccionis, qua sibi tenebatur, nonaginta et quatuor marcas. Quod concambium idem Gurk assistens personaliter approbauit, insuper taliter (se) obligando, quod si per aliquam questionem uillas antedictas, quas Gurk dedit Comiti Michaeli, amitti contingeret, idem Gurk tantum de terra sua hereditaria aliunde ipsi Michaeli Comiti dare teneatur, et nichilominus predicte pecunie refundere quantitatem. In cuius rei testimonium presentes litteras contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Michaelis Lectoris Ecclesie nostre anno Domini M° CC° L° sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecsétje vörös selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

371.

Ugyanazon Miklós comes és testvére Lőrincz közti birtokcsere.
1256.

Nos Comes Micahel significamus omnibus presens inspicientibus, quod cum karissimo fratre nostro Comite Lancereto tale fecimus concambium, quod nos dedimus eidem quatuor terras Comor sub una meta constitutas, et duas terras Welyka eciam sub una meta existentes, quas omnes a Jurkone filio Ochuz Bani nostro genero eciam pro concambio optinueramus, cum eodem priuilegio Capituli Zagrabiensis, quo easdem terras tenebamus; et terram Pyancovc, ac terram Bykenc iure perpetuo possidendas ita, ut saluo in filios filiorum perpetuitatis priuilegio de terris supradictis debeat gratulari.

Hac eciam obligacione interiecta, quod si per aliquam questionem de terris iam nominatis amitti contingeret, tantum de alia terra nostra vbicunque ex ista parte Drawa preter castrum nostram habebimus, tenemur eidem sine lite restaurare. Quibus possessionibus si peccatis exigentibus carrere debemus; nichilominus de terra nostra propria, vbicunque nobis remaneret, tantam et equalem; iuxta sentenciam uenerabilium uirorum, uidelicet Abbatum de Simigio et Zaladia, eidem Comiti L. statuere tenebimur, preter castrum nostram supradictam. Verum eciam, si nos mori contingat, et ipsa causa questionis tempore filij nostri forsitan suscitabitur, ipse filius noster propter infanciam causam non debet prorogare, sed subplebit composicionem antedictam, sicut in litteris Andree tunc Comitis Warosdiensis continetur, qui inter nos ex speciali mandato Bele domini nostri Illustris Regis Ungarie super ipso concambio extitit ordinatum. Anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

318.

Raguza és Ancona városoknak bizonyos tengeri hatalmaskodásoknak kiegyenlítését tárgyazó egyezkedése. 1256.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem M. CC. L. VI. tempore domini Alexandri Pape quarti — — — — Carbonius Angeli, Jacobus de Patinianis, et alii infrascripti cives Anconitani haberent licenciam et potestatem a Potestate et Communi Ancone, capiendi — — — — — uitatis Ragusii usque ad valorem et quantitatem mille et sexcentum librarum Anconitanarum et septem pro rebus eis ablatis in banzone sive nave Sergii de Ragusio ad portum — — — — natorum a pyratis, sub dolo et fraude dicti Sergij et marinariorum suorum de eadem terra Ragusii, qui erant in dicta naue, secundum

quod in publicis represaliarum eorum (litteris)apertius continetur. Idcirco domini Michael Bongole et Johannes Ragnani cives et ambaxatores Ragusii, ex plenitudine generalis commissionis sibi facte a Comite et Judicibus et Consiliariis, cum laudacione populi dicte Ciuitatis Ragusij stb., cum predictis Carbonio Angeli et Jacobo de Patinianis ciuibus Anconitanis, nomine suo et aliorum ciuium Ancone, quos hec res contingit, qui fuissent vel misissent in dicta naue tunc temporis, quo huiusmodi amissio et ablatio facta fuit de omnibus et singulis supradictis, et de omnibus, que ipsi ciues Anconitani huiusmodi occasione contra homines et Commune Ciuitatis Ragusii petere vel demandare possent usque in hodiernum diem, ad talem pacem, concordiam, transactionem et amicabilen compositionem devenerunt, videlicet quod dicti ciues Anconitani predicta causa habeant et retineant sibi totam represaliam siue res, quas ipsi habuissent vel accepissent hominibus Ragusii usque modo, occasione dictarum represaliarum, que res habite uel accepte capiunt summam extimationem mille sexcentum et septem librarum Anconitanarum; quas res et extimationem predictam dicti ambaxiatores Ragusini dictis civibus Anconitanis reliquerunt de Deo, et liberaliter concesserunt. Insuper predicti ambaxiatores Ragusini nomine Communis ipsius Civitatis Ragusii et hominum eiusdem terre per stipulationem promiserunt dare et soluere predictis Carbonio et Jacobo recipientibus pro se et omnibus supradictis sive infrascriptis de Ancona tercentas libras Anconitanas et Ravennatenses in Civitate Ancone usque ad medium mensis Septembris proxime venturi, sub pena dupli, et sub obligatione bonorum hominum et Communis ipsius Civitatis Ragusii. Que bona constituerunt se pro eis precario nomine possidere, et omne dampnum et expensas reficere et integraliter resarcire, hoc in modo et pacto inter eos servando; ut si dicte tercente libre in dicto termino solute non fuerint dictis civibus Anconitanis, liceat et libera potestas sit ipsis civibus Anconitanis et cuilibet eorum sua auctoritate capere et retinere de bonis Communis et hominum dicte Civitatis Ragusii usque ad dictam quantitatem tercentarum librarum sortis, et totidem preterea. Obligantes se dicti Ambaxiatores nomine dicte Communitatis Ragusii, se facturos et curaturos, quod Commune et homines.

Civitatis Ragusii, et maxime illi, quibus res dicte fuerunt accepte a predictis civibus Anconitanis occasione dictarum represaliarum, hanc compositionem et omnia supradicta firma et rata habebunt. Alioquin stb. (biztosítási záradékok.) Actum stb. (tanuk) anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mensis Martii tertio astante Ragusii ordinata Curia sonitu campane.

Nos Andreas de Auro Comes Ragusii cum Consiliariis, et Nos Commune Ragusii, et cum laudatione totius populi Ragusii stb. (a raguzai két meghatalmazottnak megbízó levele.)

(A jegyzői okmányból, melynek eredetie a bécsi cs. titkos levéltárban.)

319.

Ancona város meghatalmazottat rendel a Raguzával kötendő egyezkedés végett. 1256.

(Marcus Florentiae, Syndicus et actor Communis Anconae constitutus) „ad faciendum et recipiendum compositionem et promissionem cum Ambaxiatoribus Communis Ragusii — — ad renovandum capitulum pacis dudum composite inter Commune Ancone et Commune Ragusii, et ad renovationem pactorum et pacis recipiendam, que pacta sive capitula continentur in instrumento scripto manu Jacobi Notarii a me Notario viso et lecto" stb. Datum die 2. Maji 1256.

(Eredeti a bécsi császári titkos levéltárában.)

320.

Splato város törvényszékének bírói ítélete. 1256.

Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, Indictione quarta decima, die octavo exeunte Marcio, regnante domino nostro Bela Serenissimo Rege Ungarie; temporibus domini Rogerii venerabilis Archiepiscopi Spalatensis, Stephani illustris Bani Sclauonie, Comitis Duymi Kasari, Miche Madij, Picole Dese Judicum; coram nobis Judicibus Spalatensibus supradictis questione suborta inter Judicem Duymum Kasari et Lampredium Sagarelle de sedecim pecudibus, de quibus idem Duymus fideiusserat eidem Lampredio Sagarelle de rebus mobilibus aut de immobilibus ipsius Lampredii Destize, cum bocaro Curie usque ad summam ualoris ipsarum pecudum. Et cum per ipsum Lampredium Sagarelle responderetur, quod ipse volebat recipere predictam solutionem solummodo in pecudibus et non in aliis rebus; nos auditis hinc inde propositis, et super premissis cum Consiliariis habito consilio diligenti duximus iudicandum: Quod ipse Lampredius Sagarelle reciperet solutionem ab ipso Duymo de rebus sui debitoris secundum iustam extimationem ipsarum pecudum. A qua sententia dictus Lampredius appellanit, sed secundum statutum Ciuitatis Spalatj appellationem suam exequi infra terminum editum non curauit; unde eundem Judicem Duymum Kasarium duximus absoluendum de fidejussione ipsarum pecudum ab impetitione eiusdem Lampredii Sagarelle; et idem Lampredius se tenere ad suum debitorem debeat. Actum in ecclesia Sancti Laurentii. Testes Gregorius Grube, Petrus Cernecche, Come Petri Kamurcij et alii.

Ego Geruasius Grubesce Examinator precepto Curie scrpsi.

Ego Amicus Capellanus Communis Splatensis Juratus Notarius his interfui et de mandato Judicum rogatus scripsi et consulto signo roboraui.

(Három pecsétnek helye.)

(Hitelesített másolata a bécsi császári titkos levéltárban.)

321.

IV. Béla király Heym és Cheyd fiait, s a Zala-i vár más jobbágyait, Karka birtokában megerősíti. 1257.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Excellencia Regia inuigilans remedijs singulorum solet alienata iniuste in statum pristinum reuocare; quia sicut iustum est optenta legitime comfirmare, sic est racioni consonum alienata indebite in statum debitum reuocare. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum post recessum Tartarorum pro reuocandis iuribus Castri indebite alienatis per totum Regnum nostrum diuersos iudices misissemus, inter cetera filios Heym, et filios Cheyd, ac alios congnatos eorum de uilla Zelch de Comitatu Zaladiensi, qui se de iobagionibus Castri Zaladiensis translatos esse asserebant in numerum seruiencium, in iobagiones Castri duximus religendos. Qui nobis postmodum suplicarunt, quod cum ipsi non habeant terram sufficientem, in qua possint Castro seruicia exhibere, terram ipsorum hereditariam, quam habent iuxta Karka, que quidem Castro tunc fuerat assignata, cum se gerebant nomine seruiencium, eis reddere dignaremur. Nos igitur ipsorum precibus inclinati, Chak Magistro Tauarnicorum nostrorum Comiti Zaladiensi, et Feliciano Preposito Colocensi, inquisitoribus seu iudicibus per nos deputatis dedimus in mandatis, quod super terra ipsorum hereditaria inquirerent diligencius ueritatem, et inquisita ueritate terram ipsorum eis redderent iusticia mediante. Iidem autem filij Heym, et filij Cheyd, ac ipsorum cognati, litteras dictorum Magistri Chak et Feliciani Prepositi sub pendentibus sigillis super terra sua hereditaria, que est per prefatos Magistrum et Prepositum ex nostro mandato restituta, confectas nobis postmodum detulerunt, suplicantes, ut easdem nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem tenor talis est:

Nos Chak. Magister Tauarnicorum domini Regis stb. (mint alább 328. sz. a.)

Cum igitur iustis peticionibus subditorum sit Principis animus fauorabiliter inclinandus, ut ijdem filij Heym, et filij Cheyd, ac cognati eorum Castro possint honestius deseruire, terram ipsorum hereditariam existentem iuxta Karka, secundum tenorem presriptarum litterarum Magistri Ch. et F. Prepositi restituendam duximus, et nostris litteris sigillo nostro duplici impressis perpetuo confirmandam. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij, Electi in Archiepiscopum Colocensem dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, octauo idus Julij, Regni autem nostri anno uicesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király pecsétjének töredéke zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

322.

IV. Béla király Márton comes, a Gerzence-i vár jobbágyának birtokára nézve határjárást tartat. 1257.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus, quibus presentes ostendentur, salutem in omnium saluatore. Officij nostri debitum remedijs inuigilat subiectorum, quia dum concedimus quod postulant, dum confirmamus quod optineut (igy „optant" helyett), nos in ipsorum quiete quiescimus et fouemur in pace. Proinde ad uniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum post recessum Tartarorum ad quoslibet Comitatus pro reuocandis iuribus Castri indebite occupatis, diuersos iudices misissemus; inter cetera ad Comitatum de Gerzenche fidelem nostrum Magistrum Chak Ensiferum duximus transmittendum, dantes sibi in mandatis, ut et terras, ac

alia iura predicti Castri indebite occupata reuocarent, et iobagionum Castri terras, super quibus non est contencio, et quas a Castro hactenus pacifice tenuerunt, a terris castrensium reambularent, et eisdem iobagionibus Castri relinquerent, nouas metas iuxta uetéres eleuando, ne de cetero questio moueri possit aliquatenus de eisdem. Igitur, sicut idem Magister Chak post hec ad nos rediens retulit, terras Desniche, Bursonoch, Pukur et Lunheta nuncupatas inuenit per Martinum Comitem filium Tusk, iobagionem dicti Castri, ab antiquo pacifice possideri; super quas, prout mandatum a nobis habuerat, nouas metas fecit eleuari iuxta ueteres. Quarum eciam terrarum mete, prout idem Magister Chak sub sigillo Chasmensis Capituli nobis in scriptis presentauit, hoc ordine distinguntur: Incipit enim prima meta terre Desnicha in capite riuuli Pribyn; inde asscendit ad uiam ad metam sub tribus arboribus *gertanfa;* et per eam uiam iuxta terram Gordus uadit uersus orientem usque ad metam terream; inde declinans cadit in uallem, que ducit riuulum Desnicha in meta terrea iuxta aquam; inde per eandem aquam uergit inferius usque ad locum, ubi exit ad magnam uiam in meta; per ipsam autem uiam, quo discernit limites Garig et Gressencha, uadit ad montem ad metam sub arbore *tulfa*; inde descendit in caput riuuli Ripan, ubi est meta ex parte meridionali; per eundem riuulum descendit uersus occidentem, et uadit usque ad locum ubi exit ad siccam vallem, que ducit ad montem ad metam terream; de monte descendit per unam vallem in riuulum Pribin, per quem reuertitur ad caput eiusdem, ubi prima meta fuit inchoata, ibique terminatur. Item prima meta terre Pukur incipit super ripam fluminis Zoploncha in ualle, que ducit in aliud flumen nomine Pekur; et per illum uadit inferius usque ad locum, ubi predicta aqua Zopuncha cadit in Pukur; et per Zopuncham reuertitur in predictam uallem, ubi prima meta fuit incepta ex parte terre Michaelis. Item prima meta cuiusdam particule terre, que Lonatu uocatur, incipit per quendam cursum aque, qui de flumine Lunha exit, et separat a piscatoribus Castri Gresseniche, qui et parum terre circuit in campo pro sessione piscatorum suorum, et iuxta siluam reuertitur in fluuium supradictum. Item prima meta terre Bursonouch incipit in monte Garig in una meta sub arbore *tulfa*; et deinde

descendit tam per ualles quam per colles usque ad arborem *burcolcha,* sub qua est meta; et abinde descendit per medium uinearum ad arborem, que *zylfa* uocatur, sub qua est meta; abhinc descendit ad arborem *ceresnafa,* ubi est meta; inde tam per ualles quam per colles uenitur ad metam sub arbore *bereknefa;* et inde ad aliam metam sub arbore *buzfa;* et abinde ad metam sub arbore nucum; inde descendit ad riuulum Katinna in meta sub arbore *cheresnefa;* et transeundo Katinnam in ualle ascendit ad montem ad metam antiquam; exinde descendit ad riuulum, qui Lysna uocatur; et in eo parum eundo exit ad aliam vallem, que ducit ad montem ad metam terream iuxta uiam; inde per uiam descendens cadit in Waratnam, ubi descendit Katinna in eundo, ibique est meta; et per Varatnam uadit superius usque ad locum, ubi exit ad metam terream iuxta uallem, que uadit superius ad metam; inde per montem ad metam sub arbore cherasorum; inde eundo descendit in riuulum, qui Bursonouch uocatur in meta sub arbore *yarfa;* et per riuulum uadit superius ad metam sub arbore *bereknefa;* inde descendit in Zeregnam, et per eum uadit superius usque ad caput eiusdem; et inde ad montem ad metam sub arbore *tulfa;* inde descendit in Scemeta, et per eum uadit superius usque ad metam sub arbore cherasorum; inde per uiam descendit ad priorem metam, ubi fuit incepta, ibique terminatur. Ut igitur premissa robur optineant perpetue firmitatis; presentes eidem Comiti Martino dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine communitas. Datum per manus dilecti fidelis nostri Magistri Smaragdi Albensis Prepositi aule nostre Vice Cancellarij, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Eredetie bőrhártzán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

323.

IV. Béla király Chonuk birtokát Wigmáni Endre comes és a királyi lovászok közt rendezi. 1257.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus quibus presentes ostenduntur tam presentibus quam futuris salutem in omnium saluatore. Licet munificencie Regalis inmensitas ad quoslibet manu largiflua se habere debeat; illos tamen vberioris et amplioris gracie beneficio fouere tenetur et amplecti, quorum inmense fidelitatis constanciam per experimenta didicit et morum honestatem iugiter comprobari. Proinde ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum terram nomine Chonuk prope Wigman existentem, que agazonum nostrorum fuerat, cum vacua et desolata post Tartaros remansisset, dilecto et fideli nostro Comiti Andree de Wigman pro seruicijs et fidelitatibus, quas nobis indesinenter exhibuerat, pro quibus remuneracione ampliori merito fuerat attollendus, de plenitudine nostre gracie contulissemus; tandem cum quidam postmodum de ipsis agazonibus, qui primo ipsam terram inhabitabant, dispersi per Tartaros redijssent nostram Excellenciam imploraturi, vt predictam terram ipsis restituere di gnaremur; Regia benignitate inducti terciam partem eiusdem terre ipsis agazonibus per fidelem et dilectum nostrum Magistrum Smaragdum Albensem Prepositum aule nostre Vice-Cancellarium assignari fecimus; duas partes Comiti Andree, et per eum suis heredibus, heredumque successoribus perpetuo relinquendo, vtramque terram, videlicet quam agazonibus restituimus, et quam Comiti Andree reliquimus, certis metis vndique separari fecimus. Quarum quidem duarum parcium terre mete, quas ipsi Comiti Andree reliquimus hoc ordine distinguntur; prout idem fidelis noster Albensis Prepositus nobis in scriptis presentauit. Incipit enim in capite cuiusdam fosse, vbi contingnatur terre Abe jobagionis Regine; inde vadit in terram incultam, que *gep* vocatur, ad caput

cuiusdam fosse, et ibi diuidit terram cum agazonibus domini Regis, quibus cessit tercia pars ipsius terre; et inde tendit ad plagam meridionalem per binas metas vsque vallem Tengerdfev, vbi sunt due mete; et transiens vallem venit ad duas terreas metas, ubi ab oriente terram tenent agazones, ab occidente vero est terra Comitis Andree; et inde venit ad rotundum stagnum, iuxta quod sunt due mete; et inde per binas metas venit ad viam magnam, et ibi commetatur cum terra Chep nomine, que est hereditaria Comitis Andree; et inde per eandem magnam viam ad occidentem per binas veteres metas vsque pratum, per quod transiens venit per veteres metas ad terram domine Regine, que Chep vocatur, et iuxta idem pratum ad aquilonem per binas veteres metas venit ad aggerem magnum, et ibi commetatur cum terra Wlwed, que est terra domine Regine; et inde tendit fere ad occidentem, et venit ad vallem, supra quam condam erat forum Choldkuedde in terra magni Chonuk; et ibi commetatur cum terra ipsius magni Chonuk; et inde tendit ad aquilonem; et inde per veteres metas ad orientem vsque vallem, et transiens vallem venit ad viam erbosam; et abhinc venit ad pratum supradictum, et ibi commetatur cum terra Wathachonuk nomine, que est terra empticia Comitis Andree; et inde per binas metas versus meridiem venit ad combustionem laterum; inde venit iterum ad terram Abe, ubi primo fuerat inchoata, ibique omnino terminatur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras dedimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Smaragdi Albensis Prepositi aule nostre Vice-Cancellarii Electi in Archiepiscopum Colocensem, anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo septimo, tercio nonas Junij Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(A győri káptalannak 1416-ki átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

324.

IV. Béla király a Pál comes Eachynak fia és több Chanád nemzetségbeli közti határpert elintézi. 1257,.

Nos Bela Dei gracia Rex Hungarie damus pro memoria, quod in causa, quam Ladizlaus et Thomas filij Pangracij de genere Chanad super metis et limitibus ac distinccionibus terrarum seu possessionem Berchem, Sunkulus, Thelegd et Zobolch vocatarum, et super tributo de Berchem contra Comitem Paulum filium Eachy movebant coram nobis, mediantibus Baronibus nostris, videlicet Mauricio Magistro Thauarnicorum nostrorum, Rorando Palatino, Stephano Bano tocius Sclauonie, taliter concordauimus: Quod predictus Comes Paulus cum duobus filijs suis, scilicet Nicolao et Stephano, in octauis Sancti Georgij martiris coram Capitulo Waradiensi super sepulchrum Sancti Ladizlai Regis, tactis nihilominus Sacrosanctis Euangelijs, prestabit sacramentum super eo, quod prenominatas terras seu possessiones antedictorum Ladizlai et Thome filiorum Pangracij, sicut certo cercius sciuerit, vel scire poterit, certis metis et limitibus ac signis iuste et recte distinctas a terris et possessionibus suis coram Comite Belws homine nostro, et coram idoneo testimonio predicti Capituli, secundo die juramenti ad faciem predictarum accedendo restituet, remittet ac resignabit prefatis filijs Pangracij, sicut pater eorum possederat ab antiquo; pars autem de hac ordinacione resiliens centum marcas argenti parti aduerse composicionem predictam toleranti soluere teneatur, sicut se partes ad hoc obligarunt. Post hoc autem cursus metarum et distincciones ac limites terrarum predictarum in Capitulo registrentur. Datum in Oronos in octauis medij quadragesime.

(A váradi káptalannak ugyanazon 1257-ki bizonyságleveléből, mint alább.)

325.

IV. Béla király a György földbirtokos és a cseperegi vendégek közti birtokcserét megerősíti. 1257.

Bela Dei gracie Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis — — — — — — — — — — — — — — — — tis suis — — — — ndem, vt et illas in concambio consulat cempetenti — gam harum — — — — — — — — — — — — quam pro seruicijs et fideliatibus nobis impensis Georgio — — — — — — — — — — — contuleramus, — — pum d — — — — — — ta hospitibus de Chepereg — — — — — — — — — ipsam terram nostris hospitibus dictis de Chepereg assignant — — — — — — — — — — lentes, terram Erunsd in confinio existentem sufficientem — — — decem aratrorum — — — — — Georgio perpetuo duximus statuendam in ipsius et heredum suorum — — — — — — — — — am. Cuius quidem mete, prout in litteris Nicolay Comitis Castri Ferrei dilecti et fidelis nostri contineri vidimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit iuxta Loponch super duas arbores, videlicet *nyr* et silicem; et abhinc egreditur ad partes orientales, et peruenit ad fluuium Eztermeg, iuxta quem sunt due mete super duas silices; inde transiens ipsum fluuium venit in valle ad quendam pomum, ubi sunt due mete; abhinc ascendens montem uadit ad silicem vnam, et ad fruticem *rakatya*, ubi eciam sunt due mete; deinde tendens ad partes meridionales peruenit ad duas silices, ubi sunt due mete; deinde tendit ad vnam magnam silicem super vnam metam; abhinc iterum vadit super duas magnas silices, ubi sunt mete; abhinc eciam reflectitur ad partes occidentales, et uenit ad quendam fontem, ubi sunt mete sub arbore *keurus;* deinde rediens ad predictum fluuium Eztermeg, ubi sunt due mete sub duabus arboribus *egur* vocatis; vbi eciam transiens ipsum fluuium reuertitur ad duas

magnas silices iuxta aquam Loponch supradictam, et ibi terminatur. Ut igitur huius facti series robur optineat perpetue firmitatis, ad peticîonem dicti Georgij presentes concessimus litteras dupplicis sigilli munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Prepositi Albensis Ecclesie, Electi Colochensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° quinquagesimo septimo, Regni autem nostri anno vicesimo tercio.

(V. István királynak 1270-ki megerősitö privilegiumából, melynek igen megrongált példányát velem t. Ajkas Károly ügyvéd úr Szombthelyen 1864. közölte.)

326.

IV. Sándor pápának intései Dániel galiczai királyhoz, hogy a katholika egyház közösségéhez visszatérjen 1257.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Danieli Regi Russie timorem Divini nominis et amorem. Inter alia, que nobis ex injuncto Apostolatus incumbunt officio, animarum nos convenit precipue invigilare saluti, ut eas Regum Regi, qui nos illarum, licet immeritos, voluit preesse regimini, lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Verum quia non est Deo acceptum obsequium, quod sine fide prestatur, nec pervenitur operum edificio ad salutem, quod supra firmitatem fidei non consurgit, ad propagandam eam et corroborandam in mentibus omnium, et specialiter Regum et Principum, intentione tota omnique sollicitudine, ac verbi et operis efficacia laborare debemus, ut Christiana religione latius diffusa per orbem, patris eterni filius multiplicatis servitoribus plenius honoretur. Sane tu olim cupiens de infidelitatis tenebris, que postquam etiam renatus fuisti fonte baptismatis, oculos tue mentis involverant, ad lumen Catholice fidei, sine qua nemo salvatur, et ad obedientiam Ecclesie Romane, non

sine Divina inspiratione redire, juramento prestito promisisti, Ecclesie predicte tamquam fidelis ejus filius obedire, ac fidem Catholicam, sicut alii Orthodoxi mundi Principes obseruare. Propter quod Ecclesia eadem volens te in sui deuotione congruis firmare favoribus, et condignis gratiis confovere, personam tuam ad Regalis dignitatis apicem sublimavit, faciendo te inungi Sacri Crismatis oleo, tuoque imponi capiti Regium diadema. Sed tu, sicut ad audientiam nostram non sine cordis turbatione pervenit, tam spiritualium, quam temporalium beneficiorum ipsius Ecclesie immemor, tanteque gratie prorsus ingratus, prestiti juramenti religione contempta, id, quod circa obedientiam ejusdem Ecclesie, ac predicte obseruationem fidei promisisse dinosceris, observare postmodum non curasti, in anime tue periculum, ipsius injuriam fidei, Ecclesie predicte contemptum, et obprobrium Jesu Christi. Super quo tanto vehementius contristamur, quanto faventius super omnia cordis nostri desiderabilia cupimus, ut cultus ejusdem fidei per orbem longius latiusque diffusus, continuum auctore Domino suscipiat incrementum. Volentes igitur Apostolicis apud te super hoc insistere monitis, et ad veritatem, que Christus est, paternis te persuasionibus revocare, ac sperantes, quod te graviter contra Deum et ejus Ecclesiam deliquisse considerans, condigne peniteas, et errorem tuum corrigere studeas per te ipsum, Magnitudinem tuam monendam duximus attentius et hortandam; quatinus ad tuam memoriam revocans, quanto studio, quantaque sollicitudine circa exaltationem tuam Sedes Apostolica laboravit, considerans etiam, quod non Ecclesiam; sed te ipsum decipis, tuum in hac parte promissum dampnabiliter non servando, perditionis viam, qua graderis, non differas abjurare, et id, quod de ipsius observatione fidei, et predicte Ecclesie obedientia juramento prestito promisisti, inviolabiliter observare procures. Ita, quod nos tuorum laudabilium operum odore percepto, multa exinde perfusi letitia, dulcia ipsius Ecclesie ubera, que copiose dudum in multorum beneficiorum perceptione suxisti, tibi tuis exigentibus meritis affectuosius porrigamus. Alioquin venerabilibus fratribus nostris ... Olomucensi et ... Wratislaviensi Episcopis litteris nostris injungimus, ut te ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant; non obstan-

tibus aliquibus litteris Apostolicis, cuiuscunque tenoris existant, per quas effectus presentium impediri valeat vel differri, et constitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali. Datum Laterani idibus Februarij, (Pontificatus nostri) anno tertio.

(Turgenev A. I., Historica Russiae Monumenta I. köt. Sz. Pétervár 1841 84. lap.)

327.

István szlavonian bán bizonyos Louka nevű birtokot tárgyazó peres egyezményt hágy helyben. 1257.

Confirmationales litterae Bani Sclauoniae super transactione in causa ratione certae terrae nomine Louka juxta fluvium Odra jacentis, inter Naudragh, et Martinum filium eius, Karachum filium Ulek jobagiones Castri Zagrabiensis, et totam generationem eorum, Lucach ac fratres eius filios Endrey Comitis coram Comite Zagrabiensi vertente, 1257. coram jure inita; vi cuius eadem terra filiis Endrey pro duabus marcis ratione pacis ab ipsis levatis remissa extitit, pro parte filiorum Endrey Comitis elargitae et extradatae.

(A budai kamarai levéltárnak lajstromából.)

328.

Chák kir. tárnokmester és Felician kalocsai prépost a király meghagyásából a Zelchi nemesek birtokviszonyairól vizsgálatot tesznek. 1257.

Nos Chak Magister Tauarnicorum domini Regis et Comes Zaladiensis, Magister Felicianus Prepositus Colocensis, iudices per dominum Regem ad reuocandas terras a Castro Zaladiensi alienatas constituti, significamus omnibus, quibus presentes ostendentur; quod cum dominus Rex nobis dedisset in mandatis, ut nos in fide Deo et Corone Regie debita sciremus ueritatem, si filij Heym, et filij Cheyd, ac alij cognati eorum de Zelch, de seruientibus domini Regis in iobagiones Castri Zaladiensis restituti, iuxta Karka haberent terram hereditariam, et si scire possemus, eisdem ex mandato et auctoritate Regis restitueremus possidendam. Nos mandato Regio obtemperantes, huius rei ueritatem ab omnibus nobilibus et ignobilibus, a quibus expediebat et expedire poterat, tacite et manifeste per subtiles inquisiciones sciuimus ueraciter, (quod dicti) filij Heym et filij Cheyd, ac alij de Zelch, iuxta Karka terram haberent hereditariam, et possederunt ab antiquo, et eciam eadem terra ipsis de Zelch tempore reuocacionis perpetuitatum per duodecim iudices a domino Rege (deputatos ab Oguz) Bano, qui eandem terram ab eisdem uiolenter acceptam detinebat, predictis de Zelch fuerat restituta. Quam nos utpote de iure facere tenebamur, ex speciali mandato domini Regis et auctoritate sepedicitis filijs Heym et filijs Cheyd, (ac alijs) de Zelch restituimus et reliquimus iure hereditario perpetuo possidendam, contradiccione aliqua non obstante. Cujus siquidem terre prima meta incipit de plaga orientali in fluuio Karka, et exeundo de nemore Karka directe ad occidentem iuxta nemus in prato sunt due mete terre; a quibus adhuc ad occidentalem plagam in dumo *egur* sunt due mete; et procedendo iterum ad occidentem in dumo *egur* sunt dur mete; abinde directe ueniendo ad occidentem iuxta uiam

inferius sunt due mete; a quibus ueniendo adhuc ad occidentalem plagam inter uineam Sancti Georgij et inter uineam Stephani sunt due mete; adhuc abinde uergendo ad montana ad occidentem directe uenit ad uallem ad metas Panus Comitis; de quibus proceditur ad plagam aquilonis, et uadit continue in ualle in uicinitate Comitis Panus usque caput uallis, et ibi sunt due mete; deinde uadit eciam ad aquilonem in monte in terra arabili, et ibi iuxta uiam in angulo sunt due mete; de quibus protenditur ad partem orientis, et in latere montis in ilice sunt due mete Zagur; abinde bis ueniet ad arbores piri, sub quibus sunt mete; item iuxta Rakatya directe ueniendo ad orientem, sunt due mete, a quibus eundo iuste ad orientem, ubi intrat in Karka, sunt quatuor mete; et ab illis intrat in nemus Karka, et uenit ad fluuium Karka sub molendino Duclysa; et sic eundo in fluuio in uicinitate Comitis Panus ueniet ad priorem metam, et sic mete terre supradicte terminantur. Vt igitur huius facti series robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam ualeat irritari, sed pocius prefati de Zelch terram metis distinctam, et presentibus intersertam iure hereditario possideant in filios filiorum, presentes eisdem nostras concessimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum in crastino festiuitatis Beati Johannis Apostoli et Euangeliste, per manus Magistri Leustachij Cancellarij nostri, anno gracie M° CC° L° septimo.

(IV. Béla királynak 1275-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 321. szám allatt.)

329.

Chák királyi tárnokmester és zalai főispánnak birói határozata, melylyel Kuppan, Hada és Lászlónak birtokát szabályozza. 1257.

Chak Magister Tauarnicorum domini Regis et Comes Zaladiensis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Vniuersorum noticie tenore presencium duximus declarandum, quod cum dominus noster Bela Illustris Rex Vngarie et Dux Stirie ad Comitatum Zaladiensem vice persone sue auctoritate pleniori pro factis terrarum et alijs iuribus Castri indebite occupatis seu detentis nos misisset, dando in mandatis, ut sicut iura Castri sui per alios nollet detineri, sic et aliorum iura non pateretur, nec nos permitteremus per Castrum, seu populos ad Castrum pertinentes, aliquatenus occupari, sed pocius inquisita plenius ueritate finem debitum in negocijs talibus racione preuia faceremus; inter cetera Kuppan, Hada et Ladizlaus ad nostram accedendo presenciam nobis querimoniam porrexerunt in hunc modum: Quod cum tempore Tartarorum propter paucitatem eorum et guerram nimiam, ac timorem, que corda fere omnium hominum incusserat, se cum terris suis speculatoribus Zaladiensibus de Karka adiunxissent, ut coadunati se possent sustentare commodius et tueri, ijdem speculatores ipsis, et ipsi dictis speculatoribus vicissim in omnibus affuissent; postmodum autem per Diuinam pietatem Regno ad statum meliorem reformato et in tranquillitatem posito, cum se cum terris eorum ab ipsorum speculatorum consorcio separare voluissent, cauentes, ne libertati ipsorum aliquid impingatur propter tanti temporis prolixitatem, et consequenter ipsorum heredibus in futurum; ijdem speculatores et fratres sui nobis litteras domini Regis presentarunt, ut sciscitata plenius ueritate de ipsorum iuribus et statu finem debitum faceremus. Verum (quamuis rece)ptis litteris domini Regis et inspectis de ipsorum statu libero nobis manifesta et euidens racio patuisset; tamen ad maiorem rei euidenciam cum seri(atim domino) Regi factum ipsorum reci-

tassemus, idem pia consideracione inductus singula, que sibi dicebamus, corde recolligens pleniori, ne per ipsum cuiquam preiudicium fieret, a quo graciam prestolantur vniuersi, ipsos a tali nota cum suis terris eximendo, maxime pro meritis et seruiciis Magistri Benedicti Notarij karissimi filii sui domini Regis Stephani fratris eorundem, qui quidem seruicia ipsi domino Regi St. a temporibus sue puericie fideliter exhibuerat, per que remuneracione ampliori merito fuerat attollendus, in numerum seruiencium suorum restituit cum ipsorum posteritate, ac perpetuo collocauit. Quorum eciam terrarum mete, prout Blasius Comes filius Detrici, iobagio Castri Zaladiensis, qui ad circueundas easdem terras a domino Rege specialiter, et Sankud iobagio eiusdem Castri ex parte nostri missi fuerant, nobis recitarunt, hoc ordine distinguntur: Incipit enim ab oriente supra molendinum Suyk, ubi est meta terrea; dehinc versus meridiem venit prope pirum quendam ad metam terream; deinde in uia directa uadit ad Kysegurd, ubi est meta terrea; deinde superius in quadam *mega* ascendit ad metam terream ad collem quendam; deinde in via ad vallem; dehinc in magna uia, que uadit ad domum Buza usque ad Bud gepwe, circa quem locum declinat in *mega* quadam ad occidentem ad vallem, que dicitur Wasardwelge, ubi est meta terrea; abhinc vadit ad finem Chichov gepwe; dehinc uersus meridiem in quadam *mega* uadit ad siluam *nir*, ubi est meta; deinde declinat uersus occidentem, et in eadem silua uadit per tres metas terreas, et exit de eadem silua ad metam terream, et in quadam *mega* uadit superius ad aquilonem, et exit ad uiam ad metam terream, in qua uia itur ad ecclesiam Sancti Georgij; deinde in eadem via uadit usque ad locum, ubi eadem terra separatur a terra Dionisij filij Comitis Georgij, et eadem uia separat ipsam terram per metas antiquas a terra predicti Dionisij usque ad locum, qui dicitur *Bokonhyda,* ubi cadit in aquam Karka, et in eadem aqua uadit superius usque ad metam priorem, et sic terminatur. In cuius rei memoriam presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek zöld selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

330.

Eynard mester, a királyné lovászmestere és galgóczi főispánnak egy Móricz mester, es Moyk a királynénak praedialis jobbágya közti peres földet szabályozó itélete. 1257.

(N)os Magister Eynardus Agasonum domine Regine et Comes de Golgoch significamus omnibus litteras presentes inspecturis: Quod cum Magister Mauricius Judex Curie domine Regine et Comes Nitriensis petiuisset a domina Regina iudicem sibi dari super causa terre sue, quam habebat cum Moyk iobagione prediali domine Regine de Vereucha, ipsam causam domina Regina nostre sentencie commisit decidendam. Igitur cum predictus Moyk per Wyllanth uillicum de Vereucha pristaldum huius cause, datum per dominam Reginam, in termino assignato coram nobis comparuisset, Magister Mauricius contra Moyk proposuit antedictum, quod idem Moyk, cum sit ipsius conterminalis, quandam particulam terre sue, pertinentem ad Sanctum Georgium de Lochuna predium suum, sibi subtraxisset, et apud se detineret indebite occupatam. Contra quem dictus Moyk respondit, quod ipsa terra, quam Magister Mauricius ab eo requirit, esset sua empticia de Paulo et fratre suo filijs Petri, et eam sicut ius empticium possedisset. Super quo nos auditis proposicionibus parcium ordine iudiciario decreuimus, quod idem Moyk, quia empticiam suam esse dicebat dictam terram, super hoc expeditores suos, Paulum scilicet et fratrem suum predictos adduceret. Adueniente autem termino adduccionis expeditorum suorum, memoratus Moyk iterato coram nobis comparens, expeditores suos, sicut debebat, non adduxit, dicens, quod adducere eos nullatenus potuisset. Et licet iudicare uoluissemus, eo quod iuris erat, quod dictos expeditores suos citatos, si uellet, adduceret; dixit, quod nollet ad presens se intromittere super hoc cum eis ad accionem, nisi quod postea, si uideretur sibi, eos pro pecunia sua conueniret. Propter quod ipsam terram eidem Magistro Mauricio uoluntate sua propria sub nomine

juris Magistri Mauricij libere et pacifice permisit possidendam, et nos eodem modo decreuimus iusticia debita postulante, quod ipsa terra in ius Magistri Mauricij deuolui debeat pleno iure; mittentes predictum pristaldum, ut ipsam terram Magistro Mauricio debeat assignare certis metis vndique circumpositis. Cuius terre mete, prout per eundem pristaldum didicimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit iuxta quandam uiam super duabus arboribus ilicis, super quibus sunt signa crucis posita; et inde procedit uersus orientem iuxta eandem uiam, et ueniet ad unam arborem ilicis; et exhinc similiter ad arborem ilicis antedictam; et abhinc eciam ad arbores ilicis, ubi est pratum quoddam paruum; inde uero ad arbores ilicis magnas, que sunt recte in aqua Chemernicha, et ex illa aqua reuertitur ad priorem uiam, ubi recte iuxta uiam sunt due arbores ilicis; inde uero directe super eandem uiam tendit uersus meridiem, et uenit ad metam terream, ubi iuxta ueterem metam, que est sub duabus arboribus ilicis, est noua meta iuxta eandem uiam, que de Sancto Georgio ducit ad ecclesiam Sancti Andree, et ibi illa uia relicta tendit uersus occidentem, et uenit ad arborem, que *has* uocatur, sub qua est meta; et exinde per arborem ilicis uenit iterum ad aquam Chemernicha, et transit illam aquam, et uenit ad arborem ilicis, iuxta quam est noua meta iuxta ueterem metam, que sunt iuxta quoddam stagnum, et iuxta illud stagnum uenit ad arborem, que *has* uocatur; et abhinc ueniens sunt signa inmediate super arbore, et uenit ad metam terream, que est sub arbore, que *has* uocatur; et inde ad magnam arborem ilicis, iuxta quam est meta terrea sub arbore, que eciam *has* vocatur prope domum Moyk predicti; et abhinc ad arborem ilicis; et inde ad arborem piri; inde uero ad metam terream, que est iuxta sata et ortum predicti Moyk; et exhinc super quadam uia uenit ad arborem pomiferi (igy), que est iuxta eandem uiam; et inde ueniendo parum transit illam uiam, et ad metam terream uenit, in qua uia est mactatum lignum ilicis; et exhinc ad metam terream, que est in rure; inde uero ad aliam metam terream, que est iuxta sata et arborem cerasi; abhinc autem per quandam planiciem uenit ad metam terream, que est recte iuxta fluuium Luchuna, et ibi adunatur terre eiusdem Magistri Mawricij, et sic terminatur. Vt autem

huius rei series robur perpetue firmitatis optineat, presentes eidem Magistro Mauricio litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Aurea Curia anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek egykor függő pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

331.

A fehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Princh comes Rénold comesnek fia, és Iván bánnak rokonai a sz. Margit nevű birtok és a kanisai erdőhatárai körüli egyenetlenségeiket barátságosan elintézték. 1257.

Capitulum Ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Princh Comes filius Comitis Renoldi ex vna parte, et ex altera Egidius, Tyburcius et Petrus filij Egidij fratris Juan Bani, nec non alter Egidius et Fulcus filij Fulcus fratris eiusdem Juan Bani, proposuerunt, quod cum super possessionibus ipsorum e uicinio adiacentibus, videlicet super terra Sancte Margarethe Princh Comiti iure hereditario pertinente, et super silua Kenesa possessione filiorum Egidij et Fulcus nobilium predictorum temporibus parentum suorum, nec non eorundem, controuersia et contenciones plurime super metis et terminis ipsarum possessionum fuissent exorte, tandem mediante sentencia nobilium plurimorum a partibus hinc inde electorum in talem conposicionis formam deuenissent, quod terra Beate Margarethe supradicta Princh Comiti pertinens, in qua ecclesiam in honore Beate Margarethe fundatam eciam dicebant, esset adiacens per longitudinem iuxta siluam nobilium predictorum nomine Kenesa, et a parte septemtrionali adiungeretur terre Bele, Kysemburd et Wolkoslou filiorum

Gordun nomine Potulen; et inde descenderet directe uersus partem occidentalem iuxta quandam viam, que via Regis nuncupatur ad fluuium Kenesa. Cuius terre mete, sicut ab utraque parte intelleximus, hoc ordine distinguntur: Incipit prima meta in quodam feneto prope terras arabiles iuxta metas filiorum Gordun predictorum, et uadit ad quoddam nemus, in quo sub arbore pomi sunt mete terree; et inde procedens uadit ad ripam fiuuij Kenesa predicti, et iuxta eandem in arboribus *egur* et *wenuz* sunt mete; et ibi intrat in dictum fluuium Kenesa, per quem descendit ad partem meridionalem usque ad quoddam molendinum, quod est vicinum ville Kerektou, et prope illud molendinum exit de fluuio ad quandam insulam, ubi est ipsum molendinum, et sunt mete terree; inde procedens vadit ad quandam arborem piri existentem prope paludem, sub qua sunt mete terree; inde procedens iuxta eandem paludem uadit ad duas metas terreas, que sunt in quibusdam fructicibus existentibus in insula antedicta; inde declinans uersus orientem, transeundo ipsam paludem uadit ad antiquas metas Princh Comitis memorati, ubi tenet metas cum terra ville Gug nomine Kerektou, et ibi terminatur. Preterea confessi sunt ijdem filij Egidij et filij Fulkus, quod non haberent facultatem faciendi aliquod opus in ipso fluuio, preter molendinum supradictum, usque ad ultimas metas terre Princh Comitis supradicte, nec ipsum molendinum mouendi superius, nec inferius, si sibi videretur, sed omnes vtilitates eiusdem fluuij idem Princh Comes uel sui heredes per longitudinem terre sue libere et pacifice possiderent, faciendo clausuras, molendina, et alia opera, que sibi uiderentur. Qui si facta opera per quempiam amitterent, dicti nobiles de ipsis operibus satisfacere tenerentur. Adicimus eciam, quod idem Princh Comes propter bonum pacis, ut omnis materia questionis sopiatur, et fauor dileccionis pocius augeatur, filijs Egidij et Fulkus supradictis soluit decem et septem marcas argenti ponderati coram nobis. Tali obligacione subiuncta, quod si per quempiam cognatorum suorum filij Egidij et Fulcus sepedicti super composicione facta impeterentur, ipse Princh Comes et sui heredes defendere tenerentur; qui si negligentes existerent in tuendo, decem et septem marcas persolutas, additis insuper tribus marcis, amittere deberent. Ad hec

filij Egidij et Fulcus sepedicti obligauerunt se, ut si per quoscunque de linea sue generacionis descendentes ipse Princh Comes et sui heredes super composicione prenotata impeterentur, ipsi et sui heredes heredumque successores defendere et penitus expedire tenebuntur. Et si negligentes uel tardi in protegendo existerent, et decem et septem marcas refundent, et pene viginti marcarum subiacebunt. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem vtriusque partis presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° L° septimo, tercio nonas Maij. Magistro Smaragdo Ecclesie Preposito aule Regie Vice-Cancellario, Gregorio Cantore, Mathia Custode, Ambrosio Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melynek barna-zöld selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

332.

A fehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Elek, Miklós comesnek fia, Favus pannonhalmi apátnak 280 girdig adósa maradt. 1857.

Nos Capitulum Ecclesie Albensis damus pro memoria, quod cum Elec filius Comitis Nicolai primo in festo Sancti Laurencii in presencia nostra, Abbate de Jaz et Johanne filio Gregorii consanguineis suis presentibus et consencientibus ducentas marcas denariorum Regalium cum pondere a Fauo Abbate Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie mutuatas postmodum in tercio die Pentecostes post festum Sancti Laurencii proxime consequens idem Elec in nostri presencia octoginta marcas in redempcionem cujusdam possessionis sue apud Princh — — — — — — — obligate sibi iterato mutuari supplicauit, obligans sibi dictam possessionem Vrs nuncupatam sub pena caucionum et obligacionum ac terminorum

decisione, que in prioribus litteris nostris super mutuacione ducentarum marcarum continentur. Cujus supplicacionibus idem Fauus Abbas fauorabiliter inclinatus ducentas octoginta marcas in denariis Regalibus cum pondere memorato Elek mutuauit coram nobis, ut prediximus, ipsas octoginta marcas superaddens ducentis marcis predictis. Et sic idem Elec domino Abbati in totali summa tenetur in ducentis et octoginta marcis, pro quibus omnibus, ut est pretactum, memoratam possessionem Vrs impignoratam obligauit sub pena obligacionum et caucionum in litteris prioribus insertis seriatim. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

(A fehérvári káptalannak 1258-ki átiratából, mint alább.)

333.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Chorna nemzetségbeli István Chalad nevű földjének felerészét Endre Osl unokájának eladta. 1257.

Capitulum Ecclesie Jeuriensis vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Vniuersitati uestre declaramus presencium per tenorem, quod Stephano filio Stephani de uilla et generacione Chorna ex una parte, et Andrea filio Ihonis filij Osl ex altera coram nobis constitutis, idem Stephanus est confessus, quod medietatem terre Chalad, que ipsius porcionem iure hereditario immediate contingebat, cum siluis et omnibus aliis utilitatibus suis, uicinam et commetaneam terre predicti Andree Chalad nominate, uendidisset prefato Andree pro decem marcis denariorum perpetuo possidendam, et ipsam summam pecunie dixit se ab eodem Andrea plenarie recepisse. Adiecit eciam idem Stephanus, quod Joan frater ipsius et omnes alij consanguinei sui requisiti uendicioni predicte terre consensissent.

Ceterum obligauit se idem Stephanus, vt si quispiam predictam terram ab eodem Andrea repetere attemptaret, ipse eundem suis sumptibus deffendere et expedire teneretur. Vt autem huius rei series robur perpetue firmitatis optineat, ad peticionem eiusdem Stephani predicto Andree presentes concessimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Anno gracie M° CC° L° septimo. Chepano Ecclesie nostre Preposito, Johanne Cantore, Thoma Custode existentibus.

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, melynek fehér-vörös selyemzsinóron függő pecséte már lehullott, a nemz. Muzeum kézirattárában.)

334.

A vasvári káptalannak a monostor-jáki nemesek közti birtokosztályra vonatkozó bizonyságlevele. 1257.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis de Castro Ferreo notum facimus tenore presencium vniuersis, quod constituti coram nobis Benedictus fiilius Domou pro se et Petro fratre suo, Daniel filius Demetrij pro se et pro Thoma, Georgio filijs Ambrosi ex parte vna; Jak filius Symun, et Dominicus filius Kayan, nobiles de Jak Monasteriali ex altera; asseruerunt uiua uoce, in terra eorum hereditaria sita in Jak apud monasterium, talem inter se in modum pacis et concordie fecisse diuisionem. Ut a parte orientali cessisset Benedicto et Daniel cum cognacionibus suis uiris supra fatis; a parte uero occidentali dictis Jak et Dominico remansisset. Cui diuisioni Agabut filius Chom commetaneus eiusdem terre pro se et fratribus suis presencialiter consensum prebuit per omnia liberalem. Incipit autem meta porcionis Jak et Dominici prima a medio uille Jak, ubi sunt due mete prope pirum magnam; et inde uergens sursum uersus aquilonem in pruma, sunt due

mete; exinde procedens adhuc directe ad aquilonem per planiciem quandam, declinat in vallem unam, ubi sunt due mete, in una pirus, alia graminosa; abinde parumper progrediens in dicta valle, intrat virgultum, et in eodem virgulto sunt due mete, in una pirus, altera dumosa; hinc exit virgultum ad locum, qui Nogscel dicitur, vbi sunt due mete terree; post hec intrat uiam Naree, secus quam sunt due mete, vadit in eadem uia metis distinctis certis locis usque metas ville Naree, et ibi a terra Stephani filij Stephani separatur; deinde uenit ad quoddam pratum ad terram dictorum Benedicti, Daniel et Thome, vbi in dumis salicibus sunt due mete; et inde per metas antiquas eiusdem terre vbique binas, mete priori terminatur. In cuius rei memoriam pleniorem ad peticionem parcium in testimonium rei geste presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Luca Procuratore Prepositure Ecclesie nostre existente, Oliuerio Cantore, Ombud Custode, Andrea Decano. Anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo; sigilli nostri innouacione anno primo.

A B C D E

(Az eredeti után Ráth Károly, Hazai Okmánytár I. köt. 35. l.)

335.

A nagyváradi káptalan a Chanád nemzetségbeliek közti osztályt foganatosítja. 1257.

Nos Capitulum Ecclesie Waradiensis significamus quibus expedit, quod Comes Paulus filius Stephani ex vna parte, Ladizlaus et Thomas filij Pangracij de genere Chanad ex alia parte in octauis Sancti Georgij coram nobis constituti, litteras domini Bele Illustris Regis Hungarie nobis obtulerunt in hec verba:

Nos Bela Dei gracia Hungarie stb. (következik IV. Béla királynak 1256-ki okmánya, mint fentebb 303. sz. a.)

Igitur predictus Comes Paulus in octaua supradicta cum antedictis duobus filijs suis iurauit, vt debebat, presentibus filijs Pangracij supradictis, et postea secundo die cum prefato homine Vestro et nostro, scilicet Andronico Custode Ecclesie nostre viro fidedigno, predicte partes ad faciem sepius nominatarum terrrarum accedentes et circumeuntes ad nos reuersi dixerunt, quod mete et distincciones sepe dictarum terrarum hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab oriente in loco, qui Kysmezewd dicitur iuxta riuulum Derges vocatum, vbi est terrea meta; exinde vadit directe ad occidentem ad quemdam montem Felsytethey vocatum, vbi quondam fuit vinea; posthac iterum ad occidentem directe venit ad locum, qui *mogosholom* vocatur, iuxta campum cuiusdam vallis, que Vlnozowfey nuncupatur, vbi sunt lignee mete, et ibi illas ligneas metas prescriptus Comes Paulus versus aquilonem intra terras Thelegd et Zabolch predictorum filiorum Pongracij, dicens idem Comes Paulus eas esse falsas, et per semetipsum quondam eas esse factas; et exinde per predictam vallem Vlnozoun directe similiter ad occidentem vadit infra vsque riuulum Kegek vocatum, et postea per riuulum Kegek declinat ad aquilonem, et venit ad illum locum, vbi quedam antiqua via cadit in Kegek, et inde exit ad campum Zakadath vocotum, et illic in capite illius campi sunt lignee mete, et terrea meta super arboribus ilicijs et populeis; et postea per medium predicti campi Zakadath similiter ad aquilonem venit ad magnam viam transeuntem ad partes Transsiluanas, que est in medio ville Jenw et Zabolch, vbi iuxta ipsam magnam viam et arbores iliceas securi mactatas in signum mete est terrea meta; et exinde, sicut directe exit de syluis ad predictam viam inter memoratas villas transeuntem, eodem modo tendit versus aquilonem ad quandam vallem juncosam, que *sasweolgy* vocatur, vbi est terrea meta; adhuc per eandem vallem vadit ad aquilonem ad quandam aquam, que Koppankwnek nuncupatur, et exinde eodem modo uersus aquilonem transit campum Sumuzigeth vocatum, et venit iuxta flumen Crysij ad locum, qui Lopuhuslaz vocatur, vbi predictus campus Sumuzigethe per appropinguacionem Crysij et Koppankwnek valde con-

stringitur, vbi meto terrarum predictarum Thelegd et Zabolch tam lignee quam terree terminantur. Et dixit idem Comes Paulus, quod omnes mete siue terree siue lignee, que ex parte terrarum Thelegd et Zabolch sunt inter metas et limites prescriptas, false essent, et quod quondam ipse eas fecisset; et contestatus est, eas esse annichilandas; posthec autem flumen Crysij est meta, et vadit sursum ad orientem, et peruenit per meatum eiusdem Crysij ad terram Chetka, et ad eandem pertinentes, que est Comitis Lamperti filij Nicolai de genere Hunt Paznan; et exinde per meatum eiusdem Crisij vadit supra ad predictam terram Berthem et transit adhuc superius per eundem meatum Crysij inter medios montes et alpes, et peruenit ad illum locum, vbi quidam riuulus, qui Mehsedpothoka vocatur, defluit in Crysium, et ibi terminatur meta in Crysio; et postea per riuulum predictum, qui Mehsedpothoka vocatur, exit in terram, et vadit per eundem riuulum ad locum, vbi idem riuulus diuiditur in duos ramos; et posthec super illum ramum eiusdem riuuli, qui est a parte orientis, vadit supra vsque ad quendam montem, qui Vamusreze vocatur, vbi predictus riuulus terminatur; et posthec transit illum montem, et vadit ad finem cuiusdam campi, qui Vamus nuncupatur, et ille campus totus remanet ab oriente, et ibi in fine eiusdem campi Vamus vocati terminatur, et hoc modo terra Berthem distinguitur, sicut prefatus Comes Paulus et duo filij sui antedicti, videlicet Nicolaus et Stephanus proprio ore nobis contestati affirmarunt. Confessus est eciam sepius nominatus Comes Paulus et filij sui prenotati, quod dimidia pars tributi de Berthem, quod in portu Crysij exigebatur, quia flumen Crysij commune est, siue via de Kalatha patuerit, siue non pateat, cedet pleno iure Ladizlao et Thome antedictis, et eorum heredibus, sicut pater eorum et alij antecessores sui ante tempus Tartarorum possederant ab antiquo. Item adiecerunt prefate partes, quod quecunque littere et priuilegia contra hanc ordinacionem et cursus ac distincciones metarum, vbicunque et quandocunque presentate fuerint, penitus casse habeantur et annichilentur. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

(IV. László királynak 1284-ki megerősítő privilegiumából.)

336.

A somogyvári konventnek bizonyságlevele, hogy Teul helységben lakozó Husvét bizonyos földet Ivánkának eladott. 1257.

Nos Conuentus Monasterij Sancti Egidij de Simigio memorie commendantes significamus vniuersis, quod anno Domini M° CC° quinquagesimo septimo constitutus coram nobis Husuet — — — de uilla Teul una cum cognatis et conciuibus suis, uidelicet Orhi — — — — et Cherche de eadem dixit uiua uoce, quod ex consensu et permissione — — cognatorum suorum ac tocius uille sex iugera empticiarum terrarum suarum — — — et Paulus comparauerat, que iacent in loco Nyur uocato, que protenduntur ab oriente uersus occidentem iuxta terram Vrbani iobagionis Ecclesie nostre (in) parte meridionali, uendidisset sponso suo Ivanka pro una marca in perpetuo possidendas. Vt autem talis uendicio uel empcio firmum sit et stabile litteras nostras supradicto I. concessimus sigillo nostro roboratas.

(Régi minuta bőrhártyán a nemz. Muzeum kézirattárában.)

337.

Raguza és Spalato városok közti kibékülés 1257.

Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mensis Martii nono die astante Ragusii. Cum per voluntatem domini Guydo — — — Spal — — — — — Consiliatorum; nec non ejusdem terre universorum Civium, Johannes Vitalis et Gregorius Grube viri — — discreto nobili et preclaro viro domino Jacobo Contarino de

mandato Incliti Ducis Venetiarum Comiti Ragusii et ejusdem terre — — — — — nuntii mitterent, ut per cujusdam commissionis virtutem ipsi potestatem haberent tractandi, componendi, — —, concordandi et terminandi, ac in preclaro viro domino Jacobo Contarino Comite antedicto, Judicibus et Communitate Ragusii super omnibus causis, negotiis et questionibus, que quondam incubuerunt, et nunc ad presens incumbunt inter Cives Spalati et Communitatem universam, et inter Ragusii Cives et Communitatem, propter que aliquod scandalum inter utramque Civitatem posset oriri, siue antea fuisset ortum. Cujus vero antedicte commissionis tenor talis est:

Anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, Indictione decima quinta, die quarta decima intrante Martio. Regnante domino nostro Bela Serenissimo Rege Vngarie; temporibus Rogerii venerabilis Archiepiscopi Spalatensis, Stephani Illustris Bani Sclavonie, Comitis Guidonis Comitis Modrusse et Vindolii Potestatis, Desse Michaelis, Petri, Ceneche, Dobre, Dusaze Judicum. Vir nobilis dominus Guydo Potestas et Judices supradicti, cum Consiliariis et universa Communitate Spalati per hoc presens instrumentum fecerunt, constituerunt et ordinauerunt viros providos Johannem Vitalis et Gregorium Grube presentes suos nuntios, procuratores et actores in Ragusio, ad tractandum componendum, paciscendum, concordandum, et terminandum cum Egregio et Illustri viro domino Jacobo Contarino Comite, Judicibus et Communitate Ragusii, super omnibus causis et negotiis, que incumbunt inter Cives Ragusii et Spalatenses, propter que aliquod scandalum inter utramque Civitatem posset oriri, sive hactenus fuisset exortum, et ad omnia alia faciendum, que veri et legitimi procuratores facere possent et deberent; promittentes ratum habere et firmum, quicquid iidem procuratores circa predicta cum predicto domino Comite et Communitate Ragusii duxerint faciendum. Actum Spalati in palatio domini Potestatis. Testes Johannes Cicayda, Andreas Michaci, Micha Madii et alii. Et ego Operssa Dabralis Examinator manum meam misi. Ego Amicus Capellanus Comitis Spalati Imperialis Notarius his interfui, et de mandato domini Potestatis judicium Consiliatoris et Communitatis rogatus scripsi et consueto signo roboravi.

Qui vero antedicti Nuncii et Procuratores virtute et potestate supradicte commissionis cum nobili viro domino Jacobo Contarino Ragusii Comite antedicto, Judicibus, Consiliariis et Communitate universa Civitatis ejusdem, cum sonitu campane per laudationem populi Ragusini ad talem concordiam devenerunt. Scilicet, quod ex Civitate Spalati quatuor boni homines eligantur, et etiam totidem de Ragusio, qui sint Judices ad locum constitutum, scilicet ad Stammum ad medium mensem Madium primo venturum, ad omnia represalia, robarias, debita — — — — et questiones tractanda, terminanda, et etiam restituenda, que scilicet inter utramque Civitatem, vel quondam fuerunt — — — — — aut aliquod Commune predictarum Civitatum ad locum constitutum termino antedicto noluerit — — — — — iustum impedimentum sit culpabile alteri Communi. Homines vero predictarum Civitatum, qui — — — — aliquibus, et coram constitutis Judicibus ad dictum locum termino antedicto noluerit parere — — — — — iustum impedimentum, in discretione utriusque Civitatum predictorum Judicum debeat remanere — — — —, qui in predictis Civitatibus tunc non fuerit, non sit per judicium nec gravamen. Et homines — — — — in rebus et personis possint venire Ragusium pro suis utilitatibus faciendis; et e converso possint homines Ragusii usque ad terminum antedictum. De hoc autem concordio sunt due carte similes, hec et alia — — — —. Actum est hoc Ragusii ordinata Curia cum sonitu — — — — — — (a tanúk és a jegyzőnek nevei olvashatlanok.)

(Eredetie igen megrongált állapotban, a bécsi császári titkos levéltárban.)

338.

IV. Béla királynak Glup, az Abauj várhoz tartozó földet tárgyazó adománya Andronikus, Mátyás szepesi prépost testvére számára. 1258.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in uero salutari. Justis petencium precibus fauorem impertiri beniuolum, uigor equitatis et ordo exigit racionis; dummodo id, quod petitur iuri non preiudicet alieno. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire: quod Andronicus frater dilecti et fidelis nostri Magistri Mathye Prepositi de Scypus nobis instantissime suplicauit, quod terram Castri nostri de Abauywar Glup uocatam, uacuam et habitatoribus destitutam, sibi conferre liberaliter dignaremur. Cum igitur iustis peticionibus subditorum Principis animus sit fauorabiliter inclinandus, peticionem dicti Andronici iustam attendentes, prefatam terram Glup eidem et suis heredibus contulimus perpetuo possidendam, sine iuris preiudicio alieni; et in possessionem eiusdem terre pacificam per Michaelem Comitem de Zana fidelem nostrum ipsum fecimus introduci; ita tamen, quod idem Andronicus, uel heredes sui, qui prefatam terram possederint, in nostro exercitu cum duabus nobis teneantur pancerijs deseruire. Mete autem eiusdem terre, sicut in prefati Micaelis Comitis uidimus litteris contineri, cuius inquisicioni qualitatem, et quantitatem, et metas eiusdem terre commiseramus, taliter distinguntur: Prima meta incipit a parte orientali super rippam Zeremch, ubi sunt due mete terree; et procedens uadit per arundinetum super arbores frvctiferas frvctuum diuersorum, et ibi sunt due mete terree, in quibus sunt due arbores merasi et *gymulchen;* per medium quarum transiens uadit ad metam antiquam prope uiam positam; et cadens in uiam uertitur ad aquilonem; de qua exiens non longe uertitur ad occidentem, et cadens in uiam erbosam, iuxta quam sunt mete

antique bine et bine posite, uenit usque ad locum, qui dicitur *kuzepberch*, et ibi sunt due mete, inter quas est unus lapis; et premisse mete diuidunt dictam terram a terra filiorum Comitis Mokyani; deinde reuertitur uersus aquilonem, et circuit tres montes, et uenit super unum monticulum, ubi sunt tres mete posite, et iste diuidunt de terris Monak et Ola; deinde reuertitur uersus orientem, et descendit iuxta uallem per metas, que dicitur Scomuc osofa; et uenit usque arundinetum dicti fluuij Zeremch, et iuxta *requetiarbukur* sunt mete, et ibi mete eiusdem terre terminantur. Ut igitur hec nostra donacio robvr perpetue optineat firmitatis, presentes litteras in testimonium dari fecimus sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Electi Ecclesie Colocensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri; anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, pridie kalendas Marcij, Regni autem nostri anno vicesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a királynak kettős pecsétje vörös-zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

339.

IV. Béla királynak Koos Dombró és Kendchapa helységeket tárgyazó adománya Kilét comes fiainak számára. 1258.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Vt Regalis sublimitatis inmensitas manum munificam porrigat ad sudoriferos famulatus subditorum, equitas suadet, racio postulat, ius requirit; presertim cum id inconcussum quippe permaneat atque firmum, quod Regio fuerat patrocinio communitum. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum Ladyzlaus, Philippus et Gregorius filij Comitis Clety fideles nostri a pri-

meuis adolescencie eorum temporibus gratum semper et acceptum indefesse fidelitatis studio, nostro semper lateri adherendo exhibuerunt famulatum, propter que nostre Corone Regie meruerunt multipliciter complacere; et licet tediosum esset per singula enarrare, quedam tamen de seruicijs eorundem memoriter habentes, ad informacionem presencium et memoriam futurorum presentibus iussimus annotari. Quod cum ferocitas et inestimabilis multitudo Tartarice gentis nostrum Regnum inuasisset, et nos cum quibusdam Regni nostri nobilibus ad partes maritimas pro habendo remedio et querendo subsidio peruecti fuissemus, ijdem Ladyzlaus, Philippus et Gregorius deuote fidelitatis famulatus ibidem laudabiliter inpenderunt. Et licet a Regia munificencia minima uiderentur, que ad presens agimus, respectu eorum que facere intendimus et merentur, quasdam terras Castri nostri de Wolkou, Koos videlicet cum suis pertinencijs, Dumbrou et Kendchapa vocatas, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, in eodem Comitatu existentes, sub hijsdem metis et terminis, quibus eedem terre ad predictum Castrum nostrum dinoscebantur pertinere, et limitate fuerant ac possesse, eisdem Ladizlao, Philippo et Gregorio, et per eos suis heredibus, heredumque suorum inposterum successoribus, dedimus, donauimus et contulimus, iure perpetuo et inreuocabiliter pacifice possidendas, a iurisdiccione et potestate ipsius Castri per omnia exhimendo. Vt igitur huius nostre collacionis seu donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec ullo umquam tempore possit per quempiam in irritum reuocari, presentes concessimus litteras, sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Smaragdy Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij, Electi Ecclesie Colochensis dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° quinquagesimo octauo, octauo idus Augusti, Regni autem nostri anno vicesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melynek vörös-sárga selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

340.

IV. Béla király a Dobicha vár több jobbágya és Hytynk közti Koztonicha nevü birtokot tárgyazó peregyességet hagyja helyben. 1258.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Spectat ad officium Regie Maiestatis, causas legitime terminatas litterarum testimonio roborare, ne processu temporis valeant in dubium reuocari. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Georgius filius Maladyn, Bogdan, Pozobuch, Farcasius pro Wlkina, Georgius filius Zeztup iobagiones Castri de Dobicha, terram Coztonicha repeterent a Hytynkone, asserentes eandem fuisse Castri de Dobicha, et post obitum Regis Colomani felicis recordacionis per dictum Hetynk occupatam; idem Hetynk ex aduerso respondit, vt ipsam terram Coztonicha viuente adhuc Rege predicto pacifice usque ad hec tempora possedisset. Volentes igitur litibus finem imponere; predictis, Georgio videlicet, Bogdano, Pozobuch, Farcasio pro Wlkina, et Georgio iobagionibus Castri prenotati super ipsa terra Coztanicha coram Capitulo Zagrabiensi adiudicauimus sacramentum; adueniente vero die sacramenti talis inter partes composicio interuenit, prout dictum Capitulum nobis in suis litteris intimauit, quod dictus Hytink vnam partem de ipsa terra Coztonicha dimisit Castro memorato, certis vndique metis distinctam. Cuius prima meta incipit de fluuio Vn apud metam terream; inde per quandam vallem procedit versus septemtrionalem, et per eandem vallem ascendit ad monticulum ad metam terream; inde descendit per metas ad fluuium Jeztrebnichicha, per quem venit in fluuium Tvtja, et per fluuium Tutia venit in fluuium Polozka, per fluuium Polozka usque ad terram Abbatis, vbi terra Castri a terra Hytinconis separatur. Nos igitur ordinacionem ipsam ratam habentes, ne idem Hytinco uel ipsius heredes in poste-

rum inquietari super ipsa terra valeant, presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij, Electi Colocensis, dilecti et fidelís nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octaho, quarto nonas Julij, Regni autem nostri anno vicesimo tercio.

(V. István királynak 1272-ki megerösítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

341.

IV. Béla király István szlavoniai bánnak bizonyos Zala megyei Dráván túli birtokot tárgyazó adományát Sceme, Pouche fia számára megerősíti. 1258.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Solet Excellencia Regia annuere precibus suplicancium in licitis et honestis. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod Stephanus Banus Sclauonie et Capitaneus Styrie, dilectus et fidelis noster, in nostra presencia constitutus proposuit, vt terram Gurbuse filij Miconis, existentem in Comitatu Zaladiensi vltra Dravam, que ad manus ipsius Stephani Bani fuerat deuoluta, eo quod idem Gurbuse culpis suis exigentibus finiuit in patibulo vitam suam, contulisset Sceme filio Pouche seruienti suo pro suis seruiciis; hac interiecta condicione, vt idem Sceme, uel fratres sui, aut heredes ipsorum, quamdiu eis placebit, ipsam terram tenebunt pacifice et quiete; si uero sine liberis decesserint, predicta terra ad Stephanum Banum, uel ad heredes ipsius sine difficultate qualibet deuoluetur; si uero eandem terram Sceme prefatus uel fratres ipsius vendere voluerint, ipsi Bano uel suis heredibus vendere tenebuntur, et non aliis, iusto precio persoluto;

donandi seu legandi in vita uel in morte, eidem Sceme, et fratribus suis ac heredibus ipsorum, potestate penitus interdicta. Mete eiusdem terre, sicut in litteris ipsius St. Bani vidimus contineri, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a fluuio Drawa, et vadit ad arborem populeam cruce signatam, sub qua est meta terrea; inde vadit ad aliam arborem populeam cruce signatam, sub qua est meta terrea; deinde vadit ad virgultum, vbi est meta terrea sub arbore *scilfa* cruce signata; deinde vadit ad meridiem ad uiam, secus quam est meta terrea; deinde transit ipsam viam, peruenit ad curuam arborem ilicis in introitu silue existentem, super qua est crux, et sub eadem meta terrea; deinde vadit ad silvam ad arborem *ihor* cruce signatam, vbi crux ponitur pro meta; inde vadit ad aliam arborem *ihorfa* cruce signatam; inde vadit ad arborem *gyrtian* cruce signatam; deinde peruenit ad fluuium Pliticbe, iuxta quem sunt due arbores *egur* et ilex cruce signate, sub quibus est meta terrea; deinde per Pliticham vadit superius ad metas terre Opoy Comitis, ibique terminatur. Suplicauit igitur Stephanus Banus pro ipso Sceme, et cum ipso, vt premissa nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius nos precibus inclinati presentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij Electi Colocensis anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, Regni autem nostri anno vicesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörös-zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

342.

IV. Béla király Chák főtárnokmésternek Benedek mester testvérei számára 1257. tett törvénykezési elintézését megerősíti. 1258.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Solet Regia Celsitudo statum illorum in melius reformare, qui calamitate temporis oppresi fuerunt seu grauati. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Cuppan, Hada et Ladizlaus fratres Magistri Benedicti, Notarij aule karissimi filij nostri Regis Stephani, optulerunt nobis litteras fidelis nostri Chak Magistri Tauarnicorum nostrorum et Comitis Zaladiensis, supplicantes instantissime, ut easdem nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem tenor talis est :

Chak Magister Tauernicorum stb. (következik Chák kir. főtárnokmester 1257-ki okmánya, mint fentebb 327. sz. a.)

Nos igitur eorundem supplicacionibus inclinati, et specialiter merita seruiciorum predicti Magistri Benedicti, que karissimo filio nostro Regi Stephano a tempore puericie sue exhibere studuit indefesse, pensantes ex animo, premissa ex nostra commissione et mandato speciali per iam dictum Magistrum Chak prouide facta pariter et discussa, auctoritate presencium duximus confirmanda. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Electi Colocensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo decimo VI° kalendas Augusty, Regni autem nostri anno vicesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről sárga-vörös selyemzsinóron a király pecsétjének töredéke függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

343.

IV. Béla királynak, Poth leányai negyedét tárgyazó törvénykezési határozata. 1258.

Nos B. Dei gracia Rex Vngarie memorie commendamus, quod cum Corrardus Comes filius Stephani Comitis, sorores suas filias Poth, dominam videlicet consortem Pauli Comitis filij Ekch, et dominam consortem Stephani Bani filij Chak Comitis coram nobis conuenisset, requirendo ab eisdem Ilswa et Bohocha uocatas possessiones nomine terre sue hereditarie. Quia nobis in figura judicij ex relacione utriusque partis patuit, dictas possessiones eisdem dominabus pro quarta esse assignatas, ne in eisdem possessionibus idem C(orrardus) Comes uel sui heredes sibi possint ulterius aliquod jus uendicare, eidem C. et suis successoribus perpetuum silencium super hoc duximus sentencialiter imponendum; decreuimus tamen, ut deinceps prefate domine seu heredes earundum ipsum Corrardum Comitem et suos successores non possint impetere aliquatenus racione quarte sepius memorate, cum eisdem satisfactum fuerit, sicut superius est expressum. Datum in Hydueg in festo Mathei Apostoli et Ewangeliste anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátán az oda nyomott pecsétnek nyoma látszik még. A mélt. báró Révay család levéltárában.)

344.

IV. Béla királynak Zelechen birtokát tárgyazó adománya Zochud comes in Serefeel Cunta fiai számára. 1258.

Nos B. Dei gracia Rex Vngarie memorie commendantes significamus vniuersis, quod accedentes ad nostram presenciam fideles nostri Comes Zochud et Serefeel, ac fratres eorundem filij Cunta nobis exposuerunt, quod ipsi instrvmenta seu litteras, quas habebant super facto terre Buguna, quam per Cuntam patrem ipsorum a Cosma et Petro filijs Hemyruh de villa Zelechen dicebant iusto empcionis titulo fuisse comparatam, super qua empcione nostrum priuilegium se habere asserebant, casualiter amisissent, petentes a nobis, ut hominem nostrum ydoneum super ipsam terram mitteremns, qui uideret, utrum predicti Zochud et fratres sui essent in pacifica possessione terre memorate. Nos igitur ad peticionem eorundem fidelibus nostris Capitulo Nitriensi dedimus in mandatis, ut duos ex ipsis, personas ydoneas, super ipsam terram transmitterent, qui uiderent, utrum prefati Zochud et fratres sui sint in pacifica possessione ipsius terre, et id nobis postmodum, ac cursum metarum eiusdem terre debeant remandare. Ijdem itaque fideles nostri Capitulum antedictum rescripserunt nobis, quod duos ex eis ydoneos super ipsam terram transmisissent, qui presentibus omnibus commetaneis et uicinis, nullo contradictore existente, inuenissent eosdem Zochud et fratres suos in pacifica possessione terre supradicte. Cuius quidem terre mete, prout in litteris eiusdem Capituli contineri uidimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte occidentali in aqua Baluva nomine, et ibi sunt due mete antique, et due de nouo erecte; et inde asscendendo transit magnam uiam descendentem a uilla Degce uocata; deinde uadit uersus orientem iuxta terram alterius Baguna, villam uidelicet crvciferorum; et inde transit per terram arabilem, et uenit usque aliam magnam uiam uenientem a Uitunche; quam transeundo intrat fructeccum, quod wlgo *harast*

dicitur, et ibi sunt tres mete antique et tres noue; postmodum descendit ad uallem, quam transit, et ascendit ad latus cuiusdam collis, et ibi conterminatur terre Sancti Viti; inde uersus partem meridionalem transeundo cum tribus metis antiquis et nouis tenet metam cum terra ville Swk Teutonicorum hospitum Castri Nitriensis; inde transit cum metis antiquis et nouis super vallem quandam, et conterminatur terre alterius Swk, que videlicet est villa Cruciferi de Manga; postmodum descendit iuxta terram Bund Zulga-Jauriensem uersus occidentem, et ad eandem aquam, unde inceperat, terminatur. Vt igitur huius rei series robur optineat perpetue firmitatis presentes eisdem Zochud et suis fratribus dedimus litteras nostro sigillo roboratas; prout prius eciam eisdem tempore reuocacionis perpetuitatis super facto dicte terre nostrum priuilegium dederamus. Datum anno Domini M° CC° L° octauo.

(Eredetie börhártyán, melynek hátán az oda nyomott királyi pecsétnek töredéke még megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

345.

IV. Sándor pápa Aleardust raguzai érseknek kinevezi. 1258.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Aleardo Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. Recte tunc Ecclesiarum utilitati prospicitur, et indempnitati salubriter precavetur, cum discretis et prouidis cura committitur earundem. Unde Romanus Pontifex, cui ex Apostolatus officio imminet de uniuersis Ecclesiis sollicite cogitare, hoc maxime circa ipsas attendit, et ad id propensius invigilat, ut per bonos et dignos gubernentur rectores, per duces perspicuos in suis gregibus dirigantur, per sacros et eruditos ministros in spiritualibus fulgeant, et per dispensatores prudentes temporalium proficiant incrementis.

Sane a venerabili fratre nostro J. Archiepiscopo quondam Ragusino Ecclesie Ragusine libera resignatione recepta, cum de ipsius Ecclesie ordinatione et populi Ragusini duritia cogitaremus attente, ad personam tuam ad eiusdem Ecclesie regimen propter multa favorabiliter assumendam intuitum considerationis nostre convertimus, sperantes, quod per datam tibi a Domino discretionem, consilii maturitatem, vite munditiam, religionis claritatem et litterarum scientiam apud populum ipsum dignum proficere debeas verbo pariter et exemplo. Unde te ipsi Ecclesie de fratrum nostrorum consilio et potestatis nostre plenitudine in Archiepiscopum preficimus ac pastorem, firmam spem fiduciamque tenentes, quod eadem Ecclesia et populus predictus tue diligentie studio spiritualia et temporalia, auctore Domino, suscipient incrementa. Quocirca mandamus, quatenus attendens, te in partem non modicam nostre sollicitudinis evocatum, sic iugo Domini, quod tibi per dispensationem nostram imponitur, humiliter subicias fortitudinis tue collum, de misericordia Dei et Apostolico favore confidens, quod exinde tibi proveniat in presenti meritorum gratia et premiorum gloria in futuro. Datum Viterbii V. idus Februarii, Pontificatus nostri anno quarto.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium historiam illustrantia I. köt. 86. l.)

346.

István szlavóniai bánnak Ebrys nevű földet tárgyazó törvénykezési határozata, Selk comes fiai és a varasdi várjobbágyok közt.
1258.

Nos Stephanus Banus toçius Sclauonie et Capitaneus Stirie, significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod cum dominus noster Bela Illustris Rex Vngarie nobis in tota Sclauonia, et specialiter in Comitatu Worosdiensi terras castri a tempore Colomani Regis felicis memorie alienatas indicare precepisset, tandem Andreas Comes Worosdiensis, et iobagiones castri eiusdem uniuersi, scilicet Damask, Martinus, Volpot filius Nezdasa, Wlcozlau et Demetrius filius eius, Folcumar, Paul filius Pouse, Renchet, Martyn filius Zulych, Iwahen filius Manche, Acuzlau filius Acha, et ceteri iobagiones castri, ex terra filiorum Selk nomine Ebrys aput Sanctum Elyam, ubi est commetaneus eius Martinus filius Zulych, quandam particulam ad alterum dimidium aratrum existentem nomine castri reambulantes proposuerunt coram nobis contra filios Selk, quod ipsa particula terre castri esset; ad quod filij Selk respondentes, ipsi particulam et alias terras adiacentes empticias esse suas a Zopina et Endre asseruerunt, et quandam aliam terram, contiguam sibi, eciam empticiam eotum dicebant, super hoc priuilegium Capituli Zagrabiensis nobis presentarunt. Vnde auditis parcium propositis, et tenoribus priuilegii Capituli intellectis, ipsam particulam terre ad alterum dimidium aratrum sufficientem castro Worosdiensi duximus relinquendam. Sed postmodum idem Andreas Comes et iobagiones castri ipsam particulam terre ad alterum dimidium aratrum sufficientem in Ebris, ex eorum beneplacito et consensu, eisdem filijs Selk reliquerunt in perpetuum possidendam. In cuius concambium in terra Zbelou prope ad Worosdinum a filijs Selk tantam terram receperunt, sicut in litteris Andree Comitis Worosdiensis, et ex assercionibus iobagionum castri cognouimus manifeste; tum pro eo,

quod terram in Zbelou prope Worosdinum utiliorem esse castro noscebatur, cum eciam pro eo, quod priuilegium Capituli, in quo eciam alie terre filiorum Selk continebantur, irritare non liceret, sicut dicebatur. Nos autem ipsam particulam terre ad alterum dimidium aratrum sufficientem in Ebris cum alijs terris in priuilegio illo continentibus (így) eisdem filiis Selk auctoritate presencium reliquimus in perpetuum possidendam; et terram ad alterum dimidium aratrum sufficientem in Zbeleu castro reliquimus similiter in perpetuum. Et quia ipsum priuilegium Capituli Zagrabiensis super facto illarum terrarum, quod filij Selk presentauerant, in manibus nostris nolentibus nobis contigit lacerari; tenorem ipsius priuilegij de uerbo ad uerbum transscribi in presentem paginam nostram fecimus, ne filijs Selk aliquod preiudicium per hoc fieri contingeret, presens priuilegium nostrum continens totum tenorem priuilegij Capituli Zagrabiensis eisdem filiis Selk reddidimus sigilli nostri munimine roboratum, ut deinceps eedem terre, que in presenti priuilegio continentur, per quempiam non possint in irritum reuocari; et eciam priuilegium ipsius Capituli, licet laceratum et a sigillo separatum, eisdem filiis Selk cum sigillo nostro munitum reddidimus propter maiorem caucionem. Tenor eciam priuilegii Capituli hic est:

Omnibus Christi fidelibus stb. (következik a zágrábi káptalannak 1236-ki bizonyságlevele, mint feutebb 11. sz. a.)

Vt autem huius rei series salua consistat, litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine communitas, anno Domini M° CC° L° octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét már elveszett a főmélt. hg. Eszterházy család levéltárában.)

347.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Elek Miklós comesnek fia Dijenes nevű peres birtokát Favus pannonhalmi apátnak átengedte. 1258.

Capitulum Ecclesie Albensis uniuersis Christiane fidei cultoribus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in eo, qui est salus omnium. Omne quod memoriam appetit, dignum est testimonio litterarum commendare, ne res temporaliter geste simul cum labente tempore e memoria succedencium elabantur. Quocirca Vniuersitati uestre tenore presencium declaramus, quod Elec filius Comitis Nicolai exhibuit nobis litteras domini Regis hec verba continentes:

Bela Dei gracia Rex Hungarie stb. (következik IV. Béla királynak 1256-ki okmánya, mint fentebb 305. sz. a.)

Et postmodum eodem die et hora dominus Fauus Abbas Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie exhibuit nobis litteras nostras memoriales sub hac forma:

Nos Capitulum Ecclesie Albensis stb. (következik ugyan a fehérvári káptalannak 1256-ki bizonyságlevele, mint fentebb 313. sz. a.)

Et iterum idem dominus Abbas coram eodem Elec exhibuit alias litteras nostras continentes hunc tenorem:

Nos Capitulum Ecclesie Albensis stb. (következik ugyan a fehérvári káptalannak 1257-ki bizonyságlevele, mint fentebb 332. sz. a.)

Igitur duobus annis supradictis finaliter decursis, in principio tercii anni idem Elec, ut est dictum, coram nobis constitutus, utpote uir discretus et undique circumspectus et anime sue remedio prouidere, et ab onere dicti debiti quo dicto Abbati et suo monasterio tenebatur obligatus se cupiens exonerare et absoluere, quandam possessionem suam Dijenis sitam in Comitatu Posoniensi cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis, nihil juris seu porcionis sibi in eadem reseruando,

totaliter cum eodem jure, quo pater et omnes progenitores ipsius possidebant, sub eisdem antiquis metis per suos progenitores circumquaque per ambitum et vallatum eleuatis, simul eciam porcione habita in Danubio et insulis ad eandem possessionem Dijenis pertinentibus, Monasterio Beati Martini de Sacro Monte Pannonie salubri deliberacione prehibita pure et perfecte nullo de sua cognacione contradicente contulit, tradidit et donauit jure perpetuo possidendam, ut prediximus, pro ducentis et octoginta marcis argenti sic ardenciori ac sinceriori deuocione inuitante pro eterne remuneracionis brauio obtinendo, ne in nouissimo die, tempore examinis districti Judicis cum villico iniquitatis subjaceat ulcioni. Et propterea et deuocione accensus et ex authoritate licencie domini Regis superius inserte ad perfectum securatius ita inuiolabiliter et irreuocabiliter dictam possessionem Dijenis sepe dicto Monasterio appropriare et perpetuare exoptauit, ut nullo unquam tempore alicui successori ipsius liceat remutare vel aliqua racione pretensa reuocare, scilicet ut hereditas et dotalicium pluries dicti Monasterii remaneat perpetuo munimine roborata. Nec hic sub silencio pretereundum duximus, quod idem Elek septem capita seruorum suorum, uidelicet Itev cum tribus filijs, et Beed cum duobus filijs, et unum libertinum suum nomine Andream, existentes in sepius memorata possessione Dijenis jam dicto Monasterio Sancti Martini pro viginti et quatuor marcis argenti vendidit jure perpetuo et irreuocabili possidendos, et eandem summam pecunie plenarie et integraliter recepit coram nobis. Vt igitur hujus donacionis, vendicionis seu satisfaccionis series robur perpetue firmitatis obtineat, ad peticionem sepedicti Elek pluries dicto Monasterio presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, decimo kalendas Septembris. Magistro Philippo Ecclesie nostre Electo aule Regie Vice-Cancellario, Gregorio Cantore, Feliciano Custode, Ambrosio Decano existentibus.

(Eredetie a pannonhalmi főapátságnak levéltárában.)

348.

A nonai káptalannak bizonyságlevele, hogy László Corbaviai gróf a Lapati nemeseknek Somilave helységet adományozta. 1258.

Nos Capitulum vniuersum Nonensis Ecclesie Sancti Asselli (Anselmi) significamus vniuersis et singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis. Ad vniuersorum noticiam et perpetuam rei memoriam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam nobilis vir Ladizlaus filius condam Comitis Jacobi de Corbauia Gusych parte ex vna, et Bogdan et Stanizlaus fratres, filij Chrelat, nec non Stipanus et Radouanus filij Bogdoslaui, simul et uicissim consanguinei omnes de generacione Laptaue nobiles de Lapat; quibus omnibus supradictis circa nos existentibus idem Ladizlaus in nostra presencia, et in dicta ecclesia protulit hec uerba dicens; quod ipse attendens multimoda ac crebra seruicia a predictis nobilibus de Lapat et suorum antecessorum sibi et suis antecessoribus a multis temporibus retroactis fideliter inpensa, et in futurum inpendenda, in reconpensacionem et retribucionem huiusmodi suorum seruiciorum, quandam terram seu possessionem suam desertam in Buxaue Somilaue dictam, existentem prope aliam villam suam Radoslaulauas, quas possidet dictus Ladizlaus ex dono Regie Maiestatis, prout nobis claruit ibidem per quoddam priuilegium Serenissimi domini nostri Bele Regis scriptum in M° ducentesimo quinquagesimo, septimo idus Februarij, et aliud Magnifici Stephani tocius Croacie Bani scriptum in M. II^{c} II. sub eorum sigillis pendentibus, predictam villam Somilaue dictam in Buxaue cum omnibus et singulis suis juribus, perpetatibus, vtilitatibus et pertinencijs vndique suis, predictus Ladizlaus per se suosque heredes heredumque suorum dedit, tradidit atque donauit perpetuo et inreuocabiliter predictis nobilibus Bogdano et Stanizlao, nec non Stipano et Radouano de Lapat, eis et eorum heredibus

heredumque suorum, ad habendum, tenendum, gaudendum, possidendum, quamdiu fedelia (így) seruicia iusta et honesta ipsi uel eorum heredes predicto Ladizlao et suis heredibus exhibere voluerint ex eadem. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem de rogatu et peticione parcium predictarum has presentes contulimus sigilli nostri de subtus pendentis munimine roboratas. Datum None in dicta nostra kathedrali ecclesia Sancti Assell sub anno Domini M. II^{c} L. VIII. mensis Septembris die tercio.

(A zágrábi káptalannak átiratából, mely kelt 1384. „feria secunda proxima ante festum Purificacionis Virginis Gloriose", s melyet „Stanizlaus filius Jurizlay et Mathe filius Priboy de Somlyan de generacione Hlapeth" kért; a budai kir. kamarai levéltárban.)

394.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Gergely Péternek fia Miske comesnek fiaival anyja hitbére iránt egyezkedett. 1258.

Nos Capitulum Wesprimiensis Ecclesie damus pro memoria, quod Gregorius filius Petri coram nobis constitutus pro se, et pro Petro Comite fratre suo, Felderico, Sur et pro Andrea fratribus suis asseruit viua voce, quod cum ipse et prenotati fratres sui mouissent causam contra Abram et Renoldum filios Miska Comitis, requirendo ab eisdem dotem et res parafernales domine Margarete sororis ipsorum, scilicet dicti Petri Comitis proximioris Miska Comitis coram domino nostro Z. Episcopo Wesprimiensi, eadem tamen secundum sentenciam predicti domini nostri Episcopi taliter extitit ordinata, quod filij Miska Comitis soluerunt uiginti et quinque marcas coram nobis pro dote et rebus parafernalibus domine Margarete supradicte, et sic idem Gregorius sibi et fratribus suis prenotatis pro dote et rebus parafernalibus dicte domine dixit fuisse satisfactum; ita, quod de cetero nec ipse Gregorius, nec

fratres sui predicti, nec quisquam de cognatis ipsorum predictos filios Miska Comitis racione dotis et rerum parefarnalium prefate domine poterit impetere seu molestare. Datum quarta feria proxima post octauas Sancti Michaelis anno Domini M° CC° L° octauo.

Kivül: Super expedicione dotis vxoris Miska Comitis.

(Eredetie bőrhártyán hátúl odanyomott pecséttel, a főmélt. hg. Batthyáni család levéltárában.)

350.

A bakonybéli apátság több noszlopi szolgáló embereit nemes jobbágyai közé felveszi. 1258.

Nos frater Jacobus miseracione Diuina Abbas Sancti Mauricij de Beel et Conuentus eiusdem significamus vniuersis tam presentibus quam futuris presencium per tenorem, quod quosdam populos Ecclesie de villa Nuztup pro quodam fidelitatis titulo pari consensu fratrum et jobagionum nostrorum ex priori condicione eximimus, tam ipsos, quam eciam eorum successores in ordinem et numerum nobilium jobagionum Ecclesie nostre statuendo. Quorum nomina sunt hec: Elias cum fratribus suis, Budou uidelicet et Jacobo, Ledekerus cum fratre suo Matheo, Petrus eciam et Nuzu. Ita tamen, ut quandocumque nos uel nostri successores ad exercitum Regalium (így) ire uel mittere tenebimur, vnum ex ipsis cum equo et alio necessario utiliter cum domino Abbate uel suo homine mittere tenebuntur; plures eciam, si qui ex ipsis equites fuerint, et dominus Abbas iuuare eos potuerit, non cum alijs, sed cum domino Abbate uel suo Judice equitabunt. Et si dominus Abbas uel Judex Ecclesie pro aliquo negocio Monasterij eos euocauerit, non se retrahant; sed conuenire teneantur, si qui uenire poterint. Vt autem hec ordinacio in posterum in irritum

non possit reuocari, litteras presentes eisdem contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas; presentibus tunc fratribus Gregorio Priore, Petro Cantore, Benedicto Custode, Marcello Clauigero, et ceteris fratribus; Comitibus autem Paulo et Geliano procurantibus; anno ab Incarnacione Domini M° CC° L° VIII°.

(Ugyan a bakonybéli apát és konvent 1342-ki átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

351.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Ursi Mátyás comes Ursi Myskénél elzálogított birtokát a kitűzött határnapon ki nem váltotta. 1258. körül.

Nos Capitulum Wesprimiensis Ecclesie damus pro memoria, quod cum secundum tenorem litterarum nostrarum memorialium in festo Beatorum Apostolorum Petri et Pauli Comes Mathyas de Vrs palacium suum ac triginta iugera terrarum eidem palacio adiacencia simul cum puteo, pomerio ac siluis Myske filio Renoldi de eadem impignorata, sicut in eisdem litteris memorialibus plenius continetur, cum duodecim marcis denariorum, item cum septem pensis et dimidia similiter in denariis persoluendis, sicut eciam in alijs litteris nostris memorialibus continetur manifeste, redimere debuisset ab eodem Myske coram nobis; adueniente ipso termino dictus Comes Mathyas non venit, nec misit ad ipsius sui negocij seriem exequendam, per ipsum Myske quatuor diebus continuis expectatas. Datum quinto die termini prenotati.

Kivül: Pro Myske de Vrs contra Comitem Mathyam omissio termini super redempcione palacii.

(Eredetie bőrhártyán a főmélt. hg. Batthyáni család levéltárában.)

352.

Manfred tarentoi fejedelem és siciliai helytartó a Busi, Lesina melletti dalmatiai szigeten lévő szent Szilvester és Miklós monostorát pártfogása alá veszi. 1258.

Manfredus Diui Augusti Imperatoris Federici filius, Dei gracia Princeps Tarenti, Montis Sancti Angeli Dominus, et Illustris Regis Conradi Secundi in Regno Sicilie Balius Generalis, per presens scriptum nostrum (notum) fieri volumus vniuersis, quod venerabilis Abbas et Conuentus Monasterij Sanctorum Siluestri et Nicolai de insula Buci Magnificentie nostre humiliter supplicauerunt, vt quia in eadem insula degunt deuote Domino famulantes, dictum Abbatem et Conuentum, ac ceteros fratres Monasterij, eiusdem quoque Monasterii homines, possessiones, animalia, res omnes, et bona eorum, que in presenciarum iuste possident ac in antea iusto titulo poterunt adipisci, sub Regia, nostraque protectione recipere misericorditer dignaremur. Nos ergo attendentes honestam vitam et religionem eorum, et vt in eadem insula possint quieta, et tranquilla mentium deuotione Domino famulari; eundem Abbatem, Conuentum, fratres suos, Monasterium, homines, animalia, et ceteras res, et bona eorum in presentiarum habita, vel in antea iusto titulo acquirenda, sub Regia nostraque protectione recipimus speciali, presenti prohibentes edicto, vt nullus quietem eorum perturbare presumat, vel ipsos in personis aut bonis eorum offendere, vel suis rebus, et suorum hominum violenter auffere. Quod qui presumpserit, Regiam et nostram indignationem se nouerit incursurum. Ad huius itaque protectionis nostre memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri, et sigillo nostro iussimus communiri. Datum Panormi per manus Gualterij de Orta Regni Hierosolimitani et Sicilie Cancellarii anno Dominice Incarnationis M° CC° L° VIII° mense Junij prime Indictionis.

(Lucius Memorie storiche die Trau 105. l.)

353.

Spalato város községe egy városi malmot ad haszonbérbe. 1258.

In nomine eterni et summi Dei Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, indictione secunda, tertia decima die exeuntis Novembris. Temporibus domini Rogerij venerabilis Spalatensis Archiepiscopi, nobilis viri Guidonis Comitis Veglie Modruse et Vinodoli Potestatis, Sreze Cazete, Gregorii Grubi, Dobre Dusaze Judicum; Laurentius domini Potestatis Vicarius, Judices et Consiliarii, pro utilitate et necessitate totius Communitatis vendiderunt Sabbi Trauaie introhitus molendinorum hinc usque ad tredecim menses proximo uenturos finito pretio et precisa uenditione sexcentarum librarum denariorum paruorum, quas libras ipse soluere debet Communitati infra hiis mensibus, scilicet in quolibet mense quinquaginta libras denariorum paruorum usque ad plenam solutionem predictarum librarum, cum bonorum suorum obligatione et sub pena dupli. Molendina vero sunt in Salona, in quibus molunt octo mole, et debet percipere dictus Sabbe a macinantibus in eis duodecim et non plus. Expensas autem et alia necessaria, que circa predicta molendina oportuerit facere, de suo proprio facere tenebitur, et ipsa molendina in capite anni reversi cum omnibus artifitiis et necessariis sana dicte Communitati dabit et reddet, excepto si mola frangeretur, quam non mutare, sed aptare vel reparare tenebitur. Si ferrum vero frangeretur, Communitas ei ex gratia alium accomodare promisit. Et si guerra medio tempore supervenisset Communitati, quam homines ad molendinum ire non possent; quantum durabit ille timor, tantum predicta Communitas tempore pacis tenebitur redintegrare et restaurare predicto Sabbi. Et si latrones vel aliqui mali homines molendina uel molas frangerent, similiter Communitas tenebitur de suo proprio reparare. Actum in ospitio domini Potestatis in presencia Curie et Johannis Cigaide, Duimi Cassarij, Miche Madii et plurium aliorum.

Et ego Lucas Spalatensis Canonicus Juratus Communitatis hiis interfui et de uoluntate utriusque partis rogatus hoc breue scripsi.

(Hiteles másolat a bécsi cs. titkos levéltárban.)

354.

IV. Bela királynak a Pilisi várnak engedélyezését es adományát tárgyazó privilegiuma Mária királyné számára. 1259.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis Amen. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex in perpetuum. Donaciones, que ex Regie benignitatis munificencia in personas quaslibet conferuntur, eo firmiori debent robore stabiliri, quo cercioribus claret indiciis, per eas Regni utilitatibus provideri. Et si id sit generaliter in donacionibus quibuslibet observandum, specialiter tamen debet in munificenciis et liberalitatibus, que in vite inseparabilem proficiscuntur consortem, modis omnibus observari; presertim cum nec donatorem appareat ex re donata sustinere incommodum, et donatarium non tam suam, quam Regni utilitatem consequi et tutamen. Hinc est igitur, quod cum post lesionem, quam Regno nostro intulit crudelitas Tartarorum, nos de ipsius Regni reparacione solliciti et attenti, in locis defensioni hominum convenientibus castra construi faceremus, carissima consors nostra domina Maria Regina Hungarie quendam desertum montem in silva Pelys existentem, pro castro construendo ad defensionem viduarum et orphanorum, a nobis instanter petiit sibi dari contra hostilitatem Tartaricam, que cotidie formidabilis imminebat: nos autem, qui eciam loca huiusmodi Baronibus, et aliis Regni nostri fidelibus largiebamur pro faciendis municionibus, ipsi consorti nostre domine Regine montem donavimus, quem petebat. In quo ipsa domina Regina de auro suo

proprio et ornamentis, sertis videlicet aureis et monilibus ac aliis rebus preciosis secum allatis, castrum de sumptuoso fecit opere construi, ad quod necessitatis tempore vidue et orphani, ac alii receptacula propria non habentes, confugere valeant, et ab hostili rabie tamquam in domo refugii se tueri. Nos itaque considerata magnitudine sumptuum, quos ipsa consors nostra de suo proprio in opere castri fecerat memorati, ipsum castrum, cum Comitatu et Districtu de Pelys, eidem, sicut locum primitus concesseramus, dedimus, tradidimus et contulimus donacionis titulo perpetuo valiture; illa maxime consideracione, quod cum ipsa domina Regina consors nostra monasterium quoddam in insula Danubii ad honorem construxerit Virginis Gloriose, nos sicut ex aliis nobis ex Divina elargitis gracia dominum largitorem omnium intendimus totis affectibus honorare, sic eciam oblacionem gratam Dei filio, et ipsius Genitrici de nostris offerre liberis satagentes, dominam Margaretam filiam nostram in ipso monasterio posuimus in suo perpetuo perpetue virgini servituram. Ad quam cum plurime virgines de Baronum et Nobilium Regni Hungarie filiabus ad laudandum Regem celestem, et eius matrem, in ipso monasterio circiter centenarium numerum convenissent, quia formidari poterat, ne personis talibus sancta simplicitate gaudentibus periculi tempore sine domo refugii derelictis hostilis rabies noceret, volumus, ut eedem ingruente necessitatis tempore in ipso castro recipere se valeant, et in secretario ipsius castri sine intermissione Domino famulentur; adicientes, ut ipsa domina Regina predictum castrum sine inquietacione qualibet possidere valeat et habere. Iniungimus eciam filiis nostris sub interminacione malediccionis paterne, ut predictam donacionem nostram infringere non audeant, vel aliqualiter perturbare, si ingratitudinis notam evadere, vel penam eiusdem effugere voluerint, vel vitare. Et ut libera ordinandi et disponendi de ipso castro constructo de propriis bonis penes ipsam dominam Reginam potestas remaneat et facultas, statuimus ordinantes de consilio Prelatorum et Baronum Regni nostri, ut ipsum castrum uni ex liberis nostris, qui sue magis obsecutus fuerit voluntati, in vita donare vel in morte legare valeat, prout sue placuerit voluntati. Ut igitur huius nostre donacionis ex tam piarum

causarum consideracione facte series firma et stabilis in posterum perseveret, nec per temeritatem seu presumpcionem cuiuslibet processu temporis valeat retractari, presentes litteras eidem domine Regine de consilio et assensu Prelatorum et Baronum Regni nostri concessimus bulle nostre auree caractere insignitas. Datum per manus venerabilis patris Benedicti Archiepiscopi Strigoniensis aule nostre Cancellarii; Smaragdo Archiepiscopo Colocensi, Zlando Vesprimiensi, Lamperto Agriensi, Phillippo Zagrabiensi, Gallo Ultrasilvano, Job Quinqueecclesiensi, Mathia Waciensi, Briccio Cenadiensi, Omodeo Geuriensi Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Rolando Palatino et Comite Posoniensi, Stephano Bano tocius Sclavonie, Herrico Judice Aule nostre et Comite Sumigiensi, Chak Summo Camerario Aule nostre et Comite Zaladiensi, Magistro Mauricio Judice Curie domine Regine et Comite Nitriensi, Laurencio filio Petri Senescalco nostro et Comite Supruniensi, Laurencio filio Kamini Marescalco nostro et Comite Geuriensi, ceterisque quam pluribus Magistratus et Comitatus tenentibus. Anno Dominice Incarnacionis M. CC. quinquagesimo nono, Regni autem nostri anno vicesimo quarto.

(IV. Orbán pápának 1263-ki megerősítő bullájából, Theinernél, Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia I. köt. 258. l.)

355.

IV. Béla király a Gallus erdélyi püspök és Akos mester budai prépost által a bakonybéli apátság és okoli jobbágyai közt hozott határozatokat helyben hagyja. 1259.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore

presencium volumus peruenire, quod cum causam, que inter Abbatem et Conuentum de Beel ex vna parte, et populos eorundem de villa Okol vertebatur ex altera, dilectis et fidelibus nostris, venerabili patri Gallo Episcopo Transiluano, et Magistro Acus Preposito Budensi Cancellario karissime consortis nostre judicialiter cognoscendam et fine debito terminandam commisissemus, tandem ijdem populi ad nostram accedendo presenciam obtulerunt litteras eorundem fidelium nostrorum in hec verba:

Nos Gallus Diuina miseracione Episcopus Transsiluanus stb. (következik az 1254-ki okmány, mint fentebb 261. sz. alatt.)

Nos igitur ea, que per iam dictos fideles nostros ex concessione in hac parte facta sunt, rata habentes, secundum continenciam litterarum eorundem fidelium nostrorum, eadem presentibus inserta auctoritate presencium perpetuo duximus confirmanda. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Pauli Prepositi Posoniensis aule nostre Vice-Cancellarij anno Domini M° CC° L° nono, quinto decimo kalendas Julii, Regni autem nostri anno vicesimo quarto.

(Eredetie a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

356.

IV. Béla király adománya Miklós Eymereh fia számára. 1259.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in uero salutari. Vt Regum donaciones perpetua soliditate firmentur, litterarum solent testimonio roborari; inconcussum quippe permanet atque firmum, quod Regio fuerit patrocinio communitum. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod attendentes seruicia Nicolay filij Eymereh, que nobis in

domo nostra exhibuit a puericie sue tempore iugiter et indefesse; in recompensacionem seruiciorum suorum terram Castri Albensis, et terram Castri Zulgageuriensis existentem supra Zopokun, in qua olim Rechun de castrensibus Albensibus, et Regun de populis Castri Zulgageuriensis residebant, a quibus eciam eadem terra nomen recepisse dignoscitur, dicto Nicolao, et suis heredibus, heredumque suorum successoribus sub metis antiquis contulimus perpetuo possidendam, et per Gallum Comitem de Insula fidelem nostrum eundem Nicolaum in corporalem possessionem dicte terre fecimus introduci. Et vt hec nostra donacio robur perpetue optineat firmitatis, presentes litteras in testimonium dari fecimus sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Pauli Posoniensis Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° quinquagesimo nono, sexto idus Junij, Regni autem nostri anno vicesimo quarto.

(V. István királynak 1270-ki megerősítő okmányából a budai kir. kamarai levéltárban. Ezen okmány kivonatát l. Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 495. l)

357.

IV. Béla király German komlosi lakost Sáros vára iránti tartozásai alól felmenti. 1259.

Nos Bela Dei gracia Rex Vngarie memorie commendantes significamus quibus presentes ostendentur presencium per tenorem, quod cum German de uilla Cumlous ad Sarus pertinens in deferendis legacionibus nostris ad Russciam fidele seruicium exhibuerit, eidem istam graciam duximus faciendam, quod ab omni debito, quo Comiti de Sarus tenebatur, sit exemptus; ita tamen, quod in deferendis legacionibus in Russciam nobis, sicut hactenus, fideliter seruire teneatur. Volumus eciam, quod ipsum Germannum super terra sua here-

ditaria Cumlous uocata iuxta aquam Topl, Coprucha, Chepzeu, Cumlous, Cheruyz et Gerendul existente nullus agrauare debeat uel presumat. Vt autem premissa rata habeantur et firma, presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Portu Equorum in octauis Sancti Martini millesimo CC° L° nono.

(István ifjabb király 1264-ki átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

358.

István ifjabb király Hoholdnak visszaadja a töle elvett földeket. 1259.

(S)Tephanus Dei gracia Rex primogenitus Illustris Regis Hungarie et Dux Stirie vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad Regiam pertinet Maiestatem, a qua jura Deo tribuente prodierunt, vnicuique reddere sua jura, et facere subditis iusticiam, que sedis eius est correccio, ne Regibus in jure et justicia deficientibus facile trahatur ab alijs perniciosum exemplum. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie declaramus, quod dilectus et fidelis noster Hoholdus sua nobis conquestione demonstrauit, vt quasdam terras suas empticie comparatas pater noster Illustris Bela Rex oblocucionibus inimicorum suorum fecisset auferri nullo prorsus juris ordine obseruato; super quibus cciam idem nobis exhibuit priuilegium Andree Regis aui nostri inclite recordacionis, et iterum aliud priuilegium karissimi patris nostri super confirmacione prioris priuilegij confectum; in quibus plenius continebatur, quod predictas terras Comes Hoholdus bone memorie, pater predicti Magistri Hoholdy iusto titulo empcionis conpararat. Nos igitur tenore predictorum priuilegiorum diligencius inspecto, et quia per solicitudinem nostre Excellencie vnicuique ius suum teneamur

obseruare, terras ablatas, que his exprimuntur vocabulis, Radych, villam Cun, apud ecclesiam Sancti Lamperti villam Wlkoy eidem Magistro Hoholdo et suis heredibus decreuimus perpetualiter restituendas; attendentes, quod propter ipsius seruicia eximiá, que in feruore fidelitatis karissimo primum patri nostro, et postea nobis indesinenter exhibuit, possessiones pocius sibi sint conferende, quam ab ipso auferende; transmittentes cum eodem Magistrum Benedictum aule nostre Vice-Cancellarium Archydiaconum de Wlko, qui reuersus nobis retulit, quod prenominatas villas et totam terram de metis ad metas iuxta tenorem dictorum priuilegiorum eidem statuisset. Vt igitur huiusmodi series et processus ratum ac stabile perseueret, nec processu temporum per quempiam in irritum possit vel debeat retractari, presentes eidem concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine confirmatas. Datum per manus Magistri Benedicti aule nostre Vice-Cancellarij Archydiaconi de Wolko dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo nono.

(Robert Károly királynak 1335. pridie nonas Julij „Magister Nicolaus filius Stephani filij Hoholt Comes Zaladiensis" kirésére kelt megerősítő kelt megerősítő privilegiumából.)

359.

István ifjabb király Frigyes ausztriai herczegnek a sz. Viktori czisztercziek monostorának javára 1248-ban kiadott levelét, melyben őket kegyúri pártfogása alá fogadja, átírja s megerősíti. 1259.

Stephanus Dei gracia Rex primogenitus Illustris Regis Hungarie et Dux Stirie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Regum sublimitas iustis precibus petencium aurem debet fauorabilem adhibere, maxime super hys, que cedunt ad incrementum commoditatis Ecclesie et hono-

rem. Proinde vniuersorum noticie tenore presencium volumus fieri manifestum, quod fratres Cysterchienses de Monasterio Victoriensi nobis litteras Friderici Ducis pie recordacionis fratris nostri karissimi exhibuerint sub hac forma. Frydericus Dei gracia Dux Austrie et Stirie et dominus Carnyole omnibus hanc litteram inspecturis salutem inperpetuum (a nevezett klastromot pro remedio anime sue cunctorumque parentum suorum kegyuri védelme alá fogadja.) Datum apud Leubun anno ab Incarnacione Domini M° CC° XLX° III° Indiccione VII° kalendas Septembris. Postulantes a nobis humiliter et deuote, ut predictas litteras nostris litteris insereremus et eosdem foueremus sub eadem specie libertatis. Nos vero peticionem eorundem iustam fore attendentes, litteras presentes inscribi fecimus de verbo ad verbum nostris litteris, et continenciam earundem presentis priuilegij nostri patrocinio confirmamus, et ipsos in predicta libertate volumus perpetuo conseruare. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Ecclesie Sancti Bartholomei de Frysaco aule nostre Vice-Cancellarij anno Domini M° CC° L° nono.

(A bécsi csász. titkos levéltárnak eredetie után közli *Horváth Mihály.*)

360.

István ifjabb király és Stiria herczegének adománya Eberhard marburgi polgár számára. 1259.

Nos Stephanus Dei gracia Rex, primogenitus Illustris Regis Hungarie, et Dux Styrie, tenore presencium significamus vniuersis, quod nos consideratis fidelitatum meritis et seruiciorum Eberhardi fidelis ciuis nostri de Marpurg, quo domino Regi charissimo patri nostro et nobis studuit inuiolabiliter obseruare; nos in recompensacionem seruiciorum eiusdem. qui licet plura mereatur, in villa Walcuim decem mansos, in villa Chost quatuor mansos, et in villa Vdal duos

mansos cum pertinenciis eorundem, sibi in feudum et in perpetuum contulimus pleno iure et in filios filiorum. Et vt huiusmodi nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes nostras litteras eidem contulimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.

(Göth G. után, Mittheilungen des historischen Vereins für Steiermark. V. füzet. Gratz, 1854. 214. l.)

361.

IV. Sándor pápa intézkedik, hogy a jádrai sz. Miklós zárdabeli apáczáknak az isteni tiszteletben részök legyen. 1259.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis . . . Ministro et . . . Vicario Sclavonie ac . . . Guardiano Ordinis Minorum Jadrensi salutem et Apostolicam benedictionem. Quia personas religiosas eo maiori prosequi favore debemus, quo devotiori placere student Domino famulatu, libenter illa sibi paterna sollicitudine procuramus, per que ipsarum religio laudabile suscipere valeat, auctore Domino, incrementum, et eedem animarum salutem, pro qua mundi vanitatem penitus reliquerunt, liberius consequantur. Hinc est, quod cum, sicut dilecte in Christo filie . . . Abbatissa et Conventus Monialium inclusarum Monasterii Sancti Nicolai Jadrensis Ordinis Sancti Damiani, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, exponunt cum reverentia, quod aliquibus fratribus vestri Ordinis indigeant, qui eis Divina officia celebrent, et exhibeant ecclesiastica sacramenta; discretioni vestre per Apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus predictis Abbatisse et Conventui quatuor de fratribus vestri Ordinis providos et discretos vestre administrationis pro celebrandis Divinis officiis et exhibendis ecclesiasticis sacramentis absque difficultate qualibet conceda-

tis in ipsarum monasterio permansuros, non obstante constitutione vestri ordinis aut aliqua Sedis Apostolice indulgentia etc. Quod si non omnes hijs exequendis interese possitis, singuli vestri etc. Datum Anagnie VII. kalendas Julii Pontificatus nostri anno quinto.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium Historiam illustrantia I. köt. 87. l.)

362.

István szlavoniai bán öt egyént, kiket Csornug Glavnizai várjobbágy hamisan szolgáknak állított, ennek jogtalan megtámadása alól felment. 1259.

Nos Stephanus Banus tocius Sclauonie significamus omnibus presens scriptum inspecturis, quod Chornug filius Chornauech iobagio Castri de Glanniza, a filijs Endre requirebat coram nobis Prediuoy, Volkonam, Seynarkum, Volkomirium, Vlkoynum, et Stoysam nomine suorum seruorum; super quibus filij Endre dicebant, quod Churnug prefatus secundario predictos homines, qui semper liberi fuissent, impeteret in seruitutem, et qualiter predicti homines iustificati fuissent contra eundem Churnug; super hoc dixerunt litteras Gurk, quondam Comitis Zagrabiensis, se habere. Quas cum filij Endre in die ad hoc assignato, exhibuissent, prefatus Churnug eas falsificauit, demum tamen Churnug prefatus in forma composicionis habite in duello, quod habebat contra filios Endre super terris Dobony et Zuhodol, predictos quinque homines tanquam liberos, et litteras Gurk Comitis tanquam iustas reliquit coram nobis. Vnde nos ipsos quinque homines ab iniusta impeticione ipsius Churnug absoluentes, et litteras Gurk Comitis iustas habentes, litteras presentes contulimus in testimonium huius facti sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° L° nono.

(Az eredeti után Ráth Károly, Hazai Okmánytár IV. köt. 37. l.)

363.

A Ják nemzetségbeliek közt történt osztály. 1259.

Datum pro memoria; quod Martino Comite filio Comitis Martini ex una parte, et Tristano, Myke, Martino ac Raynoldo de generacione Jak ex altera coram nobis constitutis; ijdem super diuisione terre sue hereditarie, super qua inter ipsos controuersia vertebatur coram nobis, se retulerunt ad tale pacis commodum deuenisse: Quod predictus Comes Martinus dedisset predictis Tristano, Myke, Martino ac Raynoldo porcionem terre Dabrapatak vocate, receptam a Stephano et Bartolomeo filijs Jacobi Comitis in concambium porcionis terre sue nomine Korpna sub ijsdem metis, quibus venerábilis pater O. Episcopus Jauriensis de nostro mandato, cum cognitor esset cause predictorum nobilium, predicto Comiti Martino per Custodem Ecclesie Ferrei Castri fecerat assignari. Cuius quidem terre collacioni Bartolomeus, qui tam pro se, quam pro Stephano fratre suo astitit, de quibus predicta terra Comiti Martino deuenerat, consensit presencialiter coram nobis; hoc expresso, quod pro particula terre predicte, date per Comitem Martinum viris supradictis, quam particulum Jurk filius Gelke inhibuit, Martinus Comes iuxta nouas metas coram homine Capituli Ferrei Castri erectas; uersus Zurnapatok a parte occidentali secundum arbitrium Pouse et Siluestri Comitum, uel alterius eorum, si ambo interesse non possent, considerata qualitate et quantitate dictarum terrarum sabbato proximo post Pasca coram prenominato Custode Ferrei Castri de terra sua pignori obligabit; ita, quod si illam particulam inhibitam a Jurkone predicto Comes Martinus euincere potuerit, ijdem viri accepta sibi eadem particula, dictam terram pignori obligatam Martino Comitj resignabunt. Si vero idem Jurk eandem terram a Comite Martino iuris ordine optinuerit, dictam terram impignoratam predicti viri sine contradiccione aliqua perpetuo possidebunt. Preterea obligauit se idem Comes Martinus, quod si predicto sabbato proximo post Pasca, ter-

ram, quam assumpsit predictis viris dare pro pignore, non dederit; eisdem dare tenebitur cum dupplo. Si uero eorundem arbitrorum arbitrio non paruerint dicti viri, terram, que ipsis pro pignore dabitur, amitterent ipso facto. Item idem Comes Martinus predictis viris assumpsit soluere decem marcas, ex quibus quinque marcas argenti eisdem persoluit coram nobis; alias uero quinque marcas in estimacione condigna cum bobus, et non alijs rebus, soluet tercia feriarum proxima post octauas Pasce coram Capitulo Ferrei Castri; quas (si) nec tunc persoluerit, quinque marcas, quas prius persoluit, amittet, et nichilominus easdem decem marcas soluere tenebitur ex integro. Hoc adiecto, quod predium Comitis Martini nomine Har, in quod predictos viros feceramus introduci, ijdem viri ab hodie restit(u)erunt Martino Comiti supradicto. Hijs igitur per eundem Comitem Martinum plenarie persolutis et completis idem Martinus, et Chepanus filius Cazmerii, ac omnes alii cognati eorum, super diuisione de possessionibus Chepanum (így) quondam Bani predictos viros contingente erunt expediti et penitus absoluti, ac littere, contra Comitem Martinum hactenus impetrate, habebuntur irrite et inanes. Partes eciam omnes causas, omnesque contenciones usque hodie uentilatas mutuo sedauerunt ita, ut nullius penitus sint momenti. Assumpserunt insuper ijdem uiri, quod premissis seriatim peractis accedent ad presenciam Albensis Capituli, et dabunt super eadem satisfaccione Comiti Martino litteras Capituli memorati, tunc uidelicet cum per hominem Capituli Ferrei Castri fuerint euocati. Datum in Oronas in Dominica Judica, anno Domini M° CC° L° nono.

(Az eredeti után Ráth Károly, Hazai Okmánytár IV. köt. 38. l.)

364.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Lukács Sarói Bogardnak fia Saróban lévő birtokát rokonainak eladta. 1259.

Phylippus Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Luka filius Bogard de Sarow in nostra presencia personaliter constitutus ab una parte, et Guge filius Petri de villa Balan, ac Ladizlaus filius Adriani frater eiusdem, nec non Egidius filius Rugas nobilis de Saag de generacione et proximitate eorundem similiter ex altera; dictus Luka filius Bogard de Sarow asserens coram nobis uiua uoce, quod terram suam in Sarow iam dicta existentem, et ad sex aratra sufficientem, cum duobus molendynis super fluuium Goron in eadem terra sitis, et insulam cum nemore et feneto ad eandem terram pertinentibus, quam ab eisdem Guge filio Petri, et Ladizlao filio Adriani fratre suo iam dicto, titulo empcionis quondam pro quatuordecim marcis, mediantibus litteris nostris priuilegialibus comparauerat, possidendam in filios filiorum pariter et habendam, condicione tali interiecta, quod si idem Luka filius Bogard, uel ipsius progenitores, seu successores, ipsam terram ad sex aratra, vt premissum est, sufficientem cum duobus molendynis iam dictis, et insula, ac nemore et feneto memoratis quouis processu temporum uendere, uel obligare, seu inpignorare intenderet, si ipsum necessitas aliqua urgeret aut uoluntas, nemini posset, nec deberet, nisi ipsis Guge et Ladizlao, uel ipsorum proximo, qui eos linea affinitatis, uel eciam consanguineitatis attingeret in ipsorum generacione; dixit et confessus est, ipsam terram videlicet pro sex aratris sufficientem, cum ipsis duobus molendynis, et insula, nemore ac feneto memoratis uendidisse pro totidem pecunia quatuordecim marcarum Egidio filio Rugas antedicto, et suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irre-

uocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam, ex licencia videlicet et bona uoluntate Guge et Ladizlai antedictorum; quam quidem pecuniam quatuordecim marcarum idem Luka filius Bogard ab Egidio filio Rugas antedicto recepisse confessus est, coram nobis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, ut ipsa empcio et uendicio robur optineat, nec possit per quempiam retractari, presentes eidem Egidio filio Rugas concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Syxti Lectoris Ecclesie nostre in festo Beatorum Viti et Modesti martirum anno Domini millesimo CC° L° nono.

A B C D

(Eredetie börhártyán, a barna selyemzsinóron függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

365.

Az egri káptalannak Olympias Babanai Gergely neje végintézkedését tárgyazó bizonyságlevele. 1259.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, Agriensis Ecclesie Capitulum salutem in eo, qui pro humano genere uoluit crucifigi. Ad vniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum domina Olympias, filia Marceus de Puk, uxor Gregorij de Babana graui egritudine laboraret, misso ad nos nuncio suo nobis suplicauit, quod hominem nostrum fidelem ad ipsam mitteremus, coram quo conderet testamentum. Et nos iustis precibus ipsius annuentes, misimus ad ipsam homines nostros fidedignos, qui reuersi nobis retulerunt, quod coram ipsis, et aliis uiris prouidis et honestis quam pluribus, ob dileccionem mariti sui dotem suam et res secum in matrimonio traductas marito suo omnino remisisset; ita quod racione dotis sue et rerum suarum predictarum maritum

suum prenominatum nullus cognatorum suorum seu extraneus aliquis possit uel ualeat inpetere seu molestare; curam quoque et prouisionem salutis anime sue commisit marito suo memorato. Ne autem processu temporis memoria huius rey in obliuionem elabatur, predictus Gregorius litterarum nostrarum testimonio peciit roborari. Et nos ad instanciam et supplicacionem eiusdem concessimus presens scriptum communi fratrum nostrorum consensu; presentibus tamen Nicolao Preposito, Farcasio Cantore, Thoma Lectore, Petro Custode, Leustachio Noui Castri, Jacobo de Sumbun, Vrbano de Zobolch, Johanne de Kemey Archidiaconis, et aliis multis. Anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo nono. Regnante glorioso Hungarie Rege Bela, Benedicto Strigoniensi Archiepiscopo, Smaragdo Electo Colocensi; domino et patre nostro Lamperto Agriensis Ecclesie Episcopo existentibus.

A B C D E F

(Eredetie bőrhártyán, sárga-vörös selyemzsinóron függő pecséttel, a budai kir. kamarai levéltárban.)

366.

A nyitrai káptalannak bizonyságlevele, hogy Chokoy-i Chek Chokoyban lévő birtokát Indrich comesnek elzálogosította. 1259.

Uniuersis Christi fidelibus, quibus presentes patuerint, Nitriensis Ecclesie Capitulum oraciones in Domino. Significamus uobis, quod sicut ex litteris nostris memorialibus nobis patuit, quibus Chek nomine ex genere seruiencium Regis de uilla Chokoy uocata in nostra presencia constitutus, obligauerat totam porcionem terre in eadem uilla ipsum contingentem Comiti Indrih pro duabus marcis argenti, asserens hanc pecuniam ab ipso Indrih se plenarie percepisse. Cum igitur dies redempcionis illius terre in eisdem litteris assignatus

aduenisset, dictus Chek coram nobis dixit, se non posse redimere terram suam, permittens eam eidem Indrih pro pecunia prenominata perpetualiter possidendam; postmodum autem defuncto dicto Chek, ut dicebatur, idem Indrih adduxit hominem domini Rolandi Palatini, Comitis Posoniensis, et accepto homine nostro in testimonium ex precepto ipsius Palatini iuit ad perambulandam dictam terram, et ad uidendum et cognoscendum, si aliqui de consanguineis dicti Chek, uel commetanei, ipsi Indrih contradicerent in hac parte. Quo facto idem homo Palatini et homo noster ad nos reuersi retulerunt, quod omnes consanguinei prefati Chek, item commetanei, Stephanus scilicet et Bees filij Comitis Bened, item uilla Chokoy castri Nitriensis, et uilla Gulgouch, ad ipsam terram conuenientes absque ullo contradiccionis obstaculo permiserunt eam sepefato Indrih irreuocabiliter possidendam; item Mochov filius Jacobi fratris scilicet dicti Chek huic facto coram nobis consensum prebuit uiua uoce. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno gracie M° CC° L° nono. Datum sexto kalendas Junij. Lectore Ecclesie nostre existente — — —.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan pecséte vörös-fejér selyemzsinóron függ a beszterczebányai káptalan levéltárában.)

367.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Toufői Sándornak özvegye hitbérére nézve kielégíttetett. 1259.

Capitulum Vesprimiensis Ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod domina filia Johahini Comitis de Leurenta, relicta Alexandri filij Elie de Toufcu coram nobis constituta asseruit uiua uoce, se mouisse causam contra Thomam fratrem dicti Alexandri, requirendo ab eodem dotem suam et res parafernales; ac eandem causam sedasse, et secundum formam pacis triginta sex marcas pro dote sua et rebus parafernalibus ab ipso Thoma plenarie recepisse; et sic eadem domina de dote sua et rebus parafernalibus dixit sibi fuisse plenarie satisfactum, ita quod de cetero nec ipsa domina, nec heredes sui, nec quisquam de cognatis ipsius racione dotis sue et rerum parafernalium dictum Thomam uel eius heredes aut cognatos poterit inpetere seu molestare. In cuius rei testimonium presentes litteras concessimus sigillo nostro roboratas. Datum per manus Magistri Roberti Lectoris Ecclesie, anno gracie M° CC° L° nono. Venerabili in Christo patre nostro Zalaldo Episcopo, Fauo Preposito, Lodomerio Cantore, Johanne Custode existentibus.

(A zalavári konventnek 1314-ki átiratából, melyet kértek „Lorandus et Laurencius filij Benedicti de Thoufeu ab una parte; Comites Absolon et Alexander filij Absolonis, Micahel et Nicolaus filij Nicolai ab altera; et dominus Abbas de Chathar nomine mediatoris inter partes"; a budai kir. kamarai levéltárban.)

368.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy a Bachanyogi nemesek bizonyos Bachanyogban lévő birtokukat Holpári Herriknek eladták. 1259.

Capitulum Wesprimiensis Ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Gal filio Egidij, Stephano, Dyonisio et Gurgus filijs Gurgus de Bachanyog cognatis dicti Gal pro se et pro Chelleo fratre ipsorum absente ab una parte, Herrico filio Gunolth de Holpar ex altera coram nobis constitutis, ijdem Gal, Stephanus, Dyonisius et Gurgus confessi sunt uiua uoce, se et fratrem ipsorum dictum Chelleum terram illam, in terra Bachanig sufficientem vni aratro, quam a Bochk et Petro filio Gy.. de Bekus ordine judiciario, vt dixerunt, redemerant, cum siluis et fenetis et alijs vtilitatibus eiusdem terre de consensu et beneplacito commetaneorum, prout in litteris Preceptoris Domus Hospitalis de Noua Curia continebatur, Pauli videlicet, Mychaelis et Moys filiorum Petri de Bokunuk, predicto Herrico pro tribus marcis vendidisse in perpetuum possidendam, recepta eadem pecunia plenarie ab eodem. Mete autem ipsius terre, prout partes dixerunt, taliter distinguntur: Prima meta incipit a parte septemtrionali, vbi sunt quatuor mete angulares, et tendit inferius in quadam via versus meridiem ab arbore ilicis, iuxta quam sunt due mete terree; abinde tendit versus occidentem ad magnam arborem ilicis cruce assignatam, et sub eadem est vna meta terrea; dehinc tendit adhuc versus occidentem ad aliam magnam arborem ilicis, sub qua sunt due mete; postea (in) introitu silue sunt due mete, quarum vna est terrea, alia in dumo, qui uulgo Gomulchey dicitur; inde tendit ad uallem, que wlgo Werezhoze vocatur, et ibi sub arbore ilicis sunt due mete; deinde uadit adhuc uersus occidentem pertranseundo dictam uallem ad duas arbores ylicis cruce assignatas, sub quibus sunt due mete antique;

abinde transit per uirgultum ad fluuium, iuxta quem sunt due mete sub tribus arboribus ylicum; posthec vegitat versus aquilonem in meatu eiusdem fluuij ad metas terre filiorum Petri angulares, et ibi mete ipsius terre terminantur. Adicimus eciam, quod si aliqua questio contra predictum Herricum, vel eius heredes, racione dicte terre uendite superuenerit, ipsam questionem dictus Gal, et prenominati filij Gurgus, uel ipsorum heredes tenebuntur expedire et saluare. Nec hoc prettermittimus, quod dictus Gal vnam vineam suam sitam in territorio ville Bokunuk super tribus iugeribus terrarum dicto Herrico pro una marca et fertone ab eodem plene recipiendo dixit se vendidisse in perpetuum possidendam. In cuius rei testimonium ad peticionem parcium presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Roberti Lectoris Ecclesie nostre anno gracie M° CC° quinquagesimo nono. Venerabili in Christo patre nostro Zlando Episcopo, Fauo Preposito, Lodomerio Cantore, Johanne Custode existentibus.

(A veszprémi káptalannak 1361-ki átiratából, a budai kir. kamaria levéltárban.)

369.

A pécsváradi konventnek bizonyságlevele, hogy Joanka Jánosnak fia naydaychai szőlejét egy szerémi polgárnak eladta. 1259.

Fassio coram Conuentu (Pécs) Varadiensi Joanka filii Joannis super vinea sua in villa Naydaycha Syrmiensi civi de Zekchu in quinque marcis perennaliter obligata.

(A mélt. b. Révay család levéltárának lajstromából.)

370.

A zalavári konventnek bizonyságlevele, hogy Legene nevü birtok Hoholt mesternek statuáltatott. 1259.

Nos Blasius miseracione Diuina Abbas de Zala uniuersis ad quos presentes littere peuenerint salutem in uero salutari. Significamus uniuersitati uestre, quod mandatum Illustris domini Bele Regis Hungarie in litteris recepimus in hunc modum, ut iremus super terram Legene, quam Demetrius filius Salomonj tenebat, et conuocatis uicinis et commetaneis super dictam terram, si contradictores non extiterint, ipsam terram Magistro Hoholt statueremus. Et cum in assignato die omnibus uicinis et commetaneis super ipsam terram exhistentibus, nobis et Magistrato H. contradicere non intenderent, nec uellent; nos memoratam terram precepto Illustris Regis B. statuimus Magistro H. in perpetuum possidendam. Datum anno gracie M° CC° L° IX°.

(Eredetie bőrhártyán, a rajta függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

371.

IV. Béla királynak Glaunicha birtokát tárgyazó adománya, Perchinus comes számára. 1260.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Regali dignum est et expediens, eis qui in seruicijs dominicis et obsequiosis famulatibus se exercent, munificen-

cia gratulari; vt eo amplius ipsorum exemplo ceteri ad fidelitatis opera vehemencius inuitentur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis Comitis Perchini nobis et Regni nostri gubernaculo succedentibus cum omni feruore fidelitatis, cum in deferendis rebus seu mercibus preciosis de Venecijs, non parcendo rebus nec persone, fideliter inpendit et deuote, ac pro rebus eiusdem C et XX marcis, quibus nos eidem Perchino tenebamur, quandam terram seu possessionem Glauniclia vocatam, super quam Welezlaus et ceteri cognati sui residebant, que terra ad homines castri de Morocha pertinebat in Comitatu eiusdem existens, de munificencia Regia et consensu omnium Baronum nostrorum nobiscum assedencium, Archiepiscopis et Episcopis Regni nostri, consensu, eidem Comiti Perchino, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus jure perpetuo dedimus, contulimus et donauimus possidendam et habendam in filios filiorum suorum, nullo contradictore existente; cum omnibus vtilitatibus suis, metis, vineis, fenetis, siluis, montibus, aquis, locys molendinorum eidem tradidimus, et exceptam in seruicijs ipsos jobagiones a Castro de Morocha, et alijs castris omnino extractam. In cuius rei testimonium litteras nostras priuilegiales concessimus, vt robur perpetue firmitatis obtineat. Datum per manus Magistri Smaragdi Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij, anno Domini M° CC° LX°, Regni autem nostri anno vigesimo octauo.

(A székesfehérvári káptalannak 1329. in octauis Epiphaniae készült átiratából, „Magistter Andreas filius Comitis Merklini" kérésére, a budai kir. kamarai levéltárban.)

372.

IV. Béla király Trebgozd helységnek határait szabályoztatja.
1260.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum stb., quod cum Georgius filius Pauli, et Mychael filius alterius Pauli de Kezew, dominum Symonem filium Konye Bani de Zechen et Nicolaum filium suum super eo, quod ipsi Symon et Nicolaus per jobagiones eorum de Neklyuch quandam terram ipsorum Nogmezew vocatam ad possessionem eorum Kezew predictam rite ab antiquo pertinentem pro se ipsis occupari et seminari fecissent potencia mediante, contra se in causam conuenissent stb.; (az alperes a maga igazolásáúl többi közt felhozza) litteras Capituli Budensis priuilegiales in vigilia festi Beati Thome Apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo octauo editas, transscribentes de verbo ad verbum tenorem litterarum domini Bele Regis quarti anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, Regni autem sui anno vigesimo quinto subortas demonstrarat, quarum quidem litterarum ipsius domini Bele Regis tenore inter alia taliter habebatur: Item meta terre Trebgozd incipit a parte orientali de Zeppatak, et vadit ad arborem, que dicitur *twlfa*, sub qua est meta terrea, et ibi tenet metam cum Chalamia; hinc ascendit ad berch ad metam terream; inde descendit ad plagam meridionalem, transit per vallem, et vadit ad metam terream; inde vadit ad occidentem ad berch, et ibi sub quercu est meta terrea, et ibi separantur mete de Chalamia et Iuan; inde a parte Iuan super berch vadit vsque metam terream; hinc descendit ad vallem, vbi est meta terrea; inde progreditur vsque portam Farkasij, vbi est meta; inde descendit per Zeppatak, et tenendo metam cum Comite Cosma vadit ad priorem metam stb. stb. Datum Bude quinquagesimo die festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo decimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

373.

IV. Béla királynak rendelete a győri és abadai vámról. 1260.

Bela Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Comiti Jauriensi et tributarijs de Jaurino, de Abada et Fygzegeur salutem et graciam. Litteras venerabilis patris Episcopi Jauriensis super forma exigendorum tributorum in Jaurino, Abada (et) Figzegeur more antiquitus observato recepimus in hunc modum: vt videlicet de quolibet curruum Teutunico veniente in Hungariam tributarij debeant habere quatuor denarios, et Comes Jauriensis duos denarios Regales. Item de curru transeunte de Hungaria tributarij debent habere octo denarios et Comes duos. Item si venerint in nauj cum suis mercimonijs, debent computare et redigere ad quantitatem curruum, et de quolibet curru tributarij debent habere quatuor denarios et Comes duos. Sed si superius eant in nauj, de bove cuiuslibet currus octo denarios tributarijs, et duos Comitj. Item si Teutonici boues superius deferant, de quolibet boue duos denarios, et Comes vnum denarium de duobus bobus Teutonicorum. Item de curribus Hungaricis tributarij duos denarios, et Comes de duobus curribus vnum denarium. Item de bobus Vngarorum superius deferencium vnum denarium de duobus bobus, et de quatuor bobus Comes vnum denarium. Item de curru mellis tributarij debent habere tria pondera, Comes vnum pondus. Item de quolibet tunnello vini tributarijs octo denarios, et Comiti duos denarios. Item de curru salium Vngarorum duos sales et dimidium in porcionem Comitis Jauriensis. Item de centum marcis piperis tributarij debent habere vnius marcarum piperis, et de centum chirotecis duas chirotecas, et sic de alijs minutis mercimonijs. Item de curru hospitum Latinorum vnum franconem. Item in Fygetegeur de curru Teutonicorum quorumcunque homines habente vnum denarium, de reliquis autem mercimonijs, bobus scilicet et alijs, nihil dare tenentur in Figetegeur. Item in Obbada de duobus curribus Teutonicorum quatuor denarios solvant tri-

butarijs. Item de duobus bobus vnum denarium. Item pedites Teutonici nihil persoluere teneantur. Vnde fidelitati Vestre districte precipiendo mandamus, quatenus vltra formam antiquitus obseruatam in tributjs nihil penitus exigere presumatis; alioquin transgressores nostri mandati in persona et rebus commisimus punire. Datum in Churgou in festo Sancti Georgij, anno Domini M° CC° LX°.

(XIV. századi másolat után Soprony város levéltárában Horváth Mihály.)

374.

István ifjabb királynak nemesítő privilegiuma István és Mark Inének fiai Zala megyei várjobbágyok, és rokonaik számára. 1260.

Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum stb., quod cum nos pro compescendis furibus, latronibus et quibusuis malefactoribus eradicandis, ac cunctis querulantibus iusticia impendenda Vniuersitati Nobilium aliorumque cuiusuis status et condicionis hominum Comitatus Zaladiensis secunda feria proxima ante festum Beati Jacobi Apostoli prope villam Mandhyda Congregacionem celebrassemus Generalem, in eadem Congregacione nostra Laurencius filius Petri de Boxa, et Johannes filius Nicolai filij Jonas frater eiusdem patruelis — — (Pacha nevü birtokra vonatkozólag) — — — quam nunc Stephanus de Pacha indebite occupando conseruaret — — — quasdam litteras priuilegiales domini Stephani olym Bele Regis primogeniti, Ducis Transsiluani et Styrie ac domini Comanorum, in anno Domini M° CC° LX° emanatas presentauit, inter cetera exprimentes: quod idem dominus Stephanus Dux Stephanum et Mark filios Ine jobagionis Castri Zaladiensis, propter multiplicia seruiciorum merita eorundem in conspectu oculorum sue Ducalis Maiestatis inpensorum, cum Jona fratre, ac Vydus, et cognatis

et propinquis eorundem a jobagionatu Castri Zaladiensis, simul cum terris suis, quas sine preiudicio juris alieni possedissent, eximendo, in numerum et cetum Nobilium Seruiencium Regalium duxisset transferendos; committens, vt tam ipsi, quam eorum heredes et heredum suorum successores ea gaudeant libertate, qua et ceteri Regni sui Nobiles Seruientes Regales dinosscerentur gratulari; terram eorum per Gothardum de Choby hominem suum sub testimonio Conuentus Zaladiensis ab aliorum terris metarum in eodem priuilegio expressarum distinccionibus separando stb. — — Datum septimo die Congregacionis predicte anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

375.

IV. Sándor pápa sz. Miklós jadrai apácza-zárdáját az apostoli széknek különös pártfogása alá vevén, egyszersmind birtokát és jogi állását megerősíti. 1260.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiabus . . . Abbatisse Monasterii Sancti Nicolai Jadrensis, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum, salutem et Apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis enervet. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis pustulationibus clementer annuimus, et Monasterium Sancti Nicolai Jadrensis, in quo Diuino estis obsequio mancipate, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam, atque institutionem monialium inclusarum Sancti Damiani Asisina-

tum, et formulam vite vestre a felicis recordationis Gregorio Papa predecessore nostro ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecunque bona idem Monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: Locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam Sancti Johannis de Mezano cum vinea et terris ibidem positis; vineas de Gilano cum omnibus terris, que sunt ad Raccam, et cum omnibus terris, que sunt ad Braus, et cum omnibus domibus et casalinis, que sunt in civitate Jadrensi, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et piano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum post factam in eodem loco professionem aliqua levitate sine Abbatisse licentia fas sit de claustro discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesie vestre, sive pro oleo sancto, vel quolibet ecclesiastico sacramento, nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo audeat quidquam extorquere, sed hec omnia gratis vobis Episcopus Diocesanus impendat; alioquin liceat vobis hec nostra auctoritate recipere a quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam et communionem Sedis Apostolice obtinente. Quod si Sedes Diocesani Episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis Episcopis accipere libere et absque contradictione possitis; sic tamen, ut ex hoc proprio Episcopo super eis in posterum nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum Episcoporum copiam non habetis, si quem Episcopum Romane Sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam noticiam habeatis, per vos transire contigerit, ab

eo benedictiones monialium auctoritate Sedis Apostolice recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce, Divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci Abbatissa, vel tuarum qualibet succedente, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel earum maior pars consilii sanioris, secundum Deum et regulam providerint eligendam. Porro si Episcopi vel alii Ecclesiarum Rectores in Monasterium vestrum, vel personas regulares inibi Domino famulantes suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, ipsam tamquam contra Sedis Apostolice indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras Monasterii vestri nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentias audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates, quas Monasterio vestro venerabilis frater noster . . . Archiepiscopus Jadrensis de Capituli sui assensu indulsisse dinoscitur, sicut in eorum litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum presentis privilegii inseri fecimus, qui talis est :

Quia iuxta canonum sanctiones bone rei dare consultum stb. (következik Lőrincz jadrai érseknek 1260-ki okmánya, mint alább 378. sz. a.)

Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Sedis Apostolice auctoritate. Ad indicium autem huius precepte a Sede Apostolica libertatis, unam libram cere nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, terciove commonita, si

non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum Anagnie per manum Magistri Jordani Sancte Romane Ecclesie Notarii et Vicecancellarii III. idus Junii, Indictione III. Incarnationis Dominice anno M. CC. LX., Pontificatus vero domini Alexandri Pape IIII. annno sexto.

(Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium V. k. 79. l. — Farlati Illyricum Sacrum V. köt. 79. l.)

376.

Zeno Renier velenczei dogenak privilegiuma, melylyel a Frangepán családot Vegla szigetnek birtokában megerősiti. 1260.

In Christi nomine Amen. Decet cuilibet Dominationis arbitrium amplecti liberaliter (?) petitiones rationibus devotorum, eos precipue ad exauditionis gratiam, admittendaque non minus regnantium laudes, quae et eorum commoda et honores dignoscuntur. Hinc est, quod nos Raynerio Geno Dei gratia Venetiarum et Dalmatiae atque Croatiae Dux, Dominus quartae partis et dimidie totius Imperii Romaniae, cum nostris Judicibus, et Sapientibus nostris de Majori, et Minori nostro Consilio, et collaudatione populi in publica concione; attendentes puram fidem, et rectam devotionem, quam egregii viri Joannes, Guido, et Henricus, olim Comites Veglae, ac ipsorum praedecessores ad nos et praedecessores nostros ac Comune Venetiarum hactenus habuerunt; ipsorum Comitum meritis inspiciendo, et benevolen-

tiam, quam erga ipsorum nobiles nostri praedecessores per tempus praeteritum habuerunt, disponentes eorum haeredes ostendere opera per effectum, concedimus, et confirmamus viris Nobilibus Schinellae, nato quondam egregii viri Comitis Bartholomaei Veglae, ac ejus filiis, Petro, Schinellae, Bartholomaeo; et Frederico, Bartholomaeo, Guidoni filiis quondam Comitis Guidonis de Vegla, et eorum haeredibus masculis in perpetuum, ita quod unus alteri succedat, universum Comitatum Veglae, et Insulae, et Pervichii, cum omnibus reditibus, juribusque, rationibus, honorificentiis, collectis, et regaliis suis ad eumdem Comitatum et Insulam, sive insulas spectantibus; ut ea omnia de caetero habeant, teneant, et possideant sine aliqua contrarietate, sicut ipsi Comites, et eorum praedecessores per tempus praeteritum habuerunt et tenuerunt, habendo, sicut dictum est, dictus dominus Schinella Comes, et filii, et eorum haeredes medietatem totius dicti Comitatus; et praedicti Fridericus, et Bartholomaeus, et Guido, ac eorum haeredes aliam medietatem. Propterea omnes dictum Comitatum regere et gubernare debeant secundum bonas et antiquas consuetudines ipsius Comitatus; ac Comitatum manutenere et defensare bona fide ad nostrum, nostrique Communis Veneti honorem; excepta persona coronata, et ipsius exercitu manifesto. Nuntios autem nostros et Communis Veneti, ac galeas et ligna currentia, quae illuc per tempora adire contigerit, debeant recipere honorifice, et tractare benigne; inimicos autem Veneti Communis ut inimicos reputabunt; amicos vero pro amicis habebunt. Et non facient compagniam cum ullo corsario, vel societatem cum aliquibus ex eis contrahent, qui derobationem piraticamque exercentes, homines offendunt, vel offendere niterentur, sive alios undecumque, sive Venetias venientes, et de Venetiis redeuntes. Et est sciendum, quod per dictam concessionem ipsius Comitatus solvi et dari debeant Communi Venetorum librae nongentae Venetae parvae, de quibus libris 900 medietatem solvere et dare debeant dominus Comes Schinella et filii eius ac eorum haeredes, quibus concessa est medietas dicti Comitatus; et aliam medietatem soluere et dare debeant predicti Fridericus, Bartholomaeus et Guido, et eorum haeredes, quibus alia medietas Comitatus concessa est. De quibus habere debemus nos Dux

pro salario nobis concesso libras DCC Venetas parvas, et libras CC habere debeat N. V. Laurentius Teupulo donec vixerit, et eo decedente dictae librae CC in Commune Venetum debeant libere devenire. Praeterea quandocumque pro Communi Veneto armabuntur galeae vel a triginta superius, armari debeat una galea per homines ipsius Comitatus, eorum expensis; et si magnitudo Veneti exercitus ibit per partitionem, quod unus ex Comitibus de domo Veglae ibit personaliter in dicto exercitu; et stabit, donec alii Nobiles de Venetia morabuntur, eorum Comitum sumptibus et expensis. Item, quod infra decem annos proxime venturos debeant et teneantur dicti Comites, tam Comes Schinella, et filii, et eorum haeredes; quam praedicti Fridericus, Bartholomaeus et Guido, et eorum haeredes, ponere in Venetiis in possessionibus librarum decem millia Venetarum parvarum, ponendo videlicet a quatuor annis proximis in antea quolibet anno tantum, quantum sufficit pretii pro rata in deposito pro ipsis possessionibus comparandis, de quibus medietatem praedicti Fridericus, Bartholomaeus et Guido, et eorum haeredes, aliam medietatem praedictus Schinella, et filii, et eorum haeredes ponere debeant. Et si acciderit, quod Comitatus ipse in nobis remaneat per defectum masculinorum, qui non essent in domo Veglae; dictae possessiones ipsis remaneant liberae et eorum haeredibus, ad faciendum ex eis pro anima et corpore, quidquid voluerint ordinare. Item quandocumque nobis et nostris successoribus, et Communi Veneto necesse fuerit habere gentem pro Communi Venetiarum, teneantur dicti Comites, dum vixerint, dare operam, quod in insula Veglae, et Comitatu, ac aliis terris circumstantibus, inveniantur ad soldum Communis Veneti usque centum vel ducentum homines pro tali soldo, qualiter dabitur Venetiis; et quandocumque frumentum valebit in Venetiis triginta solidos parvorum superius pro quolibet staro, dabunt operam dicti Comites bona fide, dum vixerint, aequaliter, quod de Comitatu praedicto, et aliis terris circumadjacentibus in majori quantitate, quam poterunt, conducatur Venetias ad vendendum. Et est sciendum, quod decedentibus omnibus Comitibus supradictis, et haeredibus masculinis, ita quod nullus masculus supervivat, dictus Comitatus cum omnibus supra concessis in nos et Commune Venetiarum debeat libere devenire;

quem regi, et tenere facere debemus secundum bonas et antiquas consuetudines in ipso Comitatu obtentas. Nobis quoque Duci, nostrisque successoribus et Communi Venetiarum, tam ipsi Comites, qui nunc sunt, quam eorum haeredes, qui pro-tempore fuerint, infra unum annum postquam pervenerint ad aetatem, fidei erunt sacramento astricti in perpetuum. Et omnia, quae continentur superius cum eorum haeredibus ipsi Comites nobis supradicto Duci, et successoribus nostris, etCommuni Venetiarum sacramento astricti se observaturos promiserunt, nisi remanserit per nos, aut successores nostros, vel majorem partem nostri Consilii; ita tamen, quod non possint, nec debeant esse ex dictis Comitibus, nisi duo Rectores, quibus de honorificentiis Comitatus debeant respondere. Et si aliquis ex dictis Comitibus terram exierit, vel casu absens fuerit, unus alius debeat esse Rector de Colonello illo, de quo fuerit, qui absens erit; et si omnes dicti Comites erunt extra terram, constituant unum vel duos Rectores, sicut eis utilius apparebit. Et si omnia, sicut superius continetur, observata non fuerint, pars Comitatus illius, qui contrafecerit, amittatur, cum omnibus supra concessis; et in alios deveniant, de cujus Colonello fuerit obseruatum, quae superius dicta sunt; donec ille qui contrafecerit, ad nostram et Communis Venetiarum gratiam fuerit restitutus. Si vero omnes praedicti Comites, vel eorum haeredes contra praedicta fecerint, praedictus Comitatus in nos et Commune Venetiarum cum omnibus supra concessis devenire debeat, cum omni plenitudine rationis ad faciendum exinde, quidquid nostrae nostrique Consilii voluntatis fuerit; et secundum bonas et antiquas consuetudines in ipso Comitatu obtentas ipsum regi et tenere facere debemus. Et sciendum, quod praedicti Comites sunt et esse debeant de nostro Maiori Consilio sacramento astricti, quando per tem pora Venetiis erunt. Et ad majorem hujus rei firmitatem et evidentiam pleniorem, praesens privilegium fieri jussimus, et per manum Corradi Curiae nostrae Cancellarii roborari; currente anno Domini M° CC° LX°.

Ego Raynerius Geno Dei gratia Dux Venetiarum etc.
Ego Joannes Quirinus Judex.
Ego Joannes Gradenicus Judex.
Ego Gibertus Dandulus Judex.

Ego Marcus Totulus Consiliator.
Ego Marsilius Georgii Consiliator.
Ego Marcus Aurio Consiliator.
Ego Thomasius Mauroceno Consiliator.
Ego Nicolaus Quirinus Consiliator.

Ego Corradus Ducalis Aulae Venetiarum Cancellarius his omnibus interfui, et de mandato ipsius domini Ducis scripsi, complevi, roboravi etc.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 299. sköv ll.)

377.

Chák királyi tárnokmesternek testvérei birtokosztályára vonatkozó okmánya. 1260.

Nos Ch. Magister Tauarnicorum Regis et St. Comes Zaladiensis per tenorem presencium quibus expedit declaramus, quod cum altercacio, que inter fratres nostros, Mycaelem scilicet Comitem ex una parte, et Lanceredum Comitem ex altera super divisione possessionum exorta fuerunt (így), ut inter ipsos pacis tranquillitas seu concordia reformaretur, ad nostràm accesserunt presenciam; qui licet diucius uoces super facto mutuassent, tamen ad inuicem omnimode secundum pacis instanciam discesserunt, taliter tamen factum possessionum ordinantes, ut deinceps in nullo racione possessionis predictus L. Comitem Mychaelem pretaxare uel molestare debeat uel presumat, cum omnino idem Comes M. racionabiliter sit excusatus et separatus in diuisione possessionum. Inter — — bat eciam Comes L., ut quadam terra sita inter Drauuaam et Muram, que nosceretur — — — — ter eodem modo — — — — — ad ipsum posset pertinere, qualiter eciam attinet ad Comitem Myçaelem, super quo eciam Comes M. contradixit, et iusticiam suam racionabiliter demonstrauit, ut in nullo ad iuridiccionem Comitis L. pertineret, sed ipse om-

nimode deberet possidere. Et sic in nostri presencia cum bona pacis tranquillitate ab inuicem sunt separati. Nos igitur ad huius testimonium litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in uilla Buzad anno Domini M° CC° LX°.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

378.

Lőrincz jádrai érseknek sz. Miklós jádrai apáczazárda szabályozását tárgyazó rendelete. 1260.

Quia iuxta canonum sanctiones bone rei dare consultum, et vite presentis habetur subsidium, et eterne remunerationis expectare cernitur premium; idcirco nos Laurentius Dei gratia Jadrensis Archiepiscopus cum nostro Capitulo uniuerso, deliberatione diu inter nos habita, et communicato cum pluribus sapientibus et religiosis viris consilio, diligenter considerantes, et utiliter attendentes, quod per donationem seu oblationem Monasterij Sancti Nicolai de Jadra Ordinis Sancti Benedicti, quod Abbatissa caret, cum omnibus rebus suis mobilibus et immobilibus, quam uniuerse moniales ejusdem Monasterij pura et pia intentione de consensu patronorum ipsius fecerunt liberaliter et devote Deo et Ordini Sancti Damiani pauperum dominarum, sua simul eidem Ordini corpora offerentes; non solum in Jadrensi provincia, sed in tota Dalmatia procuratur et acquiritur tam salus corporum, quam etiam animarum; predictam donacionem, seu oblationem totis cordis visceribus, ratam et gratam habentes, predictum Monasterium cum omnibus juribus suis, et moniales omnes, que nunc sunt, et que de cetero per tempora fuerint, ab omni jurisdictione, seu subjectione duximus perpetuo eximendas, nichil omnino juris nobis in eodem Monasterio reservantes. In cujus donationis,

ratificationis et exemptionis perpetuam firmitatem presens scriptum nostris sigillis pendentibus fecimus communiri. Actum est hoc in Monasterio antedicto, presentibus Damiano Plebano Sancti Petri Novi de Jadra, Geminiano Jadrensi Primicerio, et nobilibus viris Cerno de Merga, Ologono de Mauro, Paulo de Lambredio, Johanne Zivalelli, et Lampredio Nicole, et aliis pluribus, currente anno Domini M° CC° L° LX° mense Martii die VII. exeunte Indictione III.

(IV. Sándor pápának 1260-ki megerősítő bullájából, mint fentebb 375. sz. a.; — Theiner, Vetera Monumenta Slavorum Meridionalium I. köt. 88. l.; — Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 79. l.)

379.

A pécsi káptalan a Buzad nemzetségbeli Gergely által Pachud helységben elkövetett károsításnak becsüjéről. 1260.

Testimoniales Capituli Quinqueecclesiensis pro parte Gregorii de genere Buzad super aestimatione damni in possessione Pachud ad Magistrum Conrad pertinente per eundem causati.

(A mélt. b. Révay család levéltárának lajstromából.)

380.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Huntpaznan nemzetségbeli Buken comes anyjának, hitbére és özvegyi jogositványai fejében négy falut átadott. 1260.

Capitulum Ecclesie Posouiensis vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie wolumus peruenire, quod constitutis coram nobis personaliter Comite Buken filius (igy) Comitis Buken de genere Huntpaznan ab vna parte, domina Elizabeth matre sua ex altera, idem Comes Buken est confessus wiua uoce, quod propter discordiam Regni et deuastacionem Theutunicorum, ac suum infortunium seu paupertatem, de possessionibus suis dixit se dissipasse iuxta Regni consuetudinem, sicut mos fuit ab antiquo, pro dote ac dotalicijs et rebus secum adductis domine matris sue, quibus ipse dare tenebatur, penitus nichil se dedisse affirmauit; sed antequam in faciem judicis legitime conuenire debuissent ex beneplacito domine matris sue iuxta ordinacionem et composicionem Baronum, quia filia sororis Regis Andree esse dinosscebatur, ob hoc dotalicia sua et res secum adductas in auro, argento, gemmis et preciosissimis lapidibus, ac viginti capita hominum predicti Barones vna cum nobilibus Regni ad ualorem mille marcarum extimarunt. Qui idem Comes Buken recognoscens se, quod de proprijs suis tantam summam pecunie, unde soluere, non habuisset; quatuor villas suas Kurth, Paka, Beke et Chuturtukhelwigy wocatas, cum omnibus vtilitatibus suis ad ipsas pertinencijs in Chollokuz adiacentes, exceptas et exemptas ab omni iuridiccione cognatorum suorum et generacionum suarum, domine matris sue superius annotate dixit se statuisse, et statuit coram nobis in perpetuum et irreuocabiliter possidendam (igy). Ita tamen, quod ne processu temporum idem Comes Buken aliquo maligno instinctu, nec filij sui, nec filij filiorum, ymo nec aliqui de generacionibus suis racione pre-

missa eandem dominam, uel cui ipsa domina ob remedio animc sue conferre dignaretur, nullam molestiam pro possessionibus supra dictis facere deberent, nec conarentur, sed pocius eisdem, in quibus possent, auxilium ct iuuamen facere assumpserunt. Obligauit eciam se Comes Buken propria sua woluntate, quod priuilegium domine matris sue per nos datum cum priuilegio Regis Bele quanto cicius posset confirmare teneretur. Nec hoc pretermittimus, quod domina Elizabeth personaliter coram nobis astans vna cum filia Comitis Bukcn Katha nomine nepte sua possessiones supra scriptas, quas ex parte filii sui recitauit se habuisse, ad neptem suam Katha nomine, ut diximus, cum omnibus instrumentis suis, que habuit et adhuc habere poterit, statuit et donauit nepti sue sepe nominate coram nobis. Vt igitur huius composicionis et ordinacionis (series) robur perpetue firmitatis obtineat, nec per quempiam processu temporum in irritum waleat retractari, ad instanciam et peticionem Comitis Buken et domine matris sue presentes concessimus sigilli nostri litteras priuilegiales munimine roboratas. Datum anno Domini M° ducentesimo sexagesimo.

(IV. Béla királynak okmányából, mely annak megerősítése végett készült, mint alább 387. sz. a. Közli mélt. báró Nyáry Albert úr)

381.

A váczi káptalannak bizonyságlevele, hogy a Zolnok nemzetségnek több tagja Bagon birtokukban osztozkodott. 1260.

A B C D E F

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam posteris presencium (noticiam habituris) humile ac deuotum Vaciensis Ecclesie Capitulum oraciones in Domino. Vniuersitati uestre tenore presencium duximus declarandum, quod Comes Paznanus et Zounuk de genere Zounuk de villa Bagon; item Tunev, Gothart, Sandor et Pousa; item Paulus filius Gera de eodem genere Zounuk de eadem villa Bagon in nostra constituti presencia viua uoce sunt protestati, quod terram ville Bagon; que eosdem jure hereditario contingit, ad tres partes diuisissent hoc modo, vt dictus Paznanus Comes et Zounuk terciam partem illius terre retineret ex parte ville Dengenec per totum conterminium, et ex parte ville Sirak, et ex parte ville Henel usque ad fluuium Fizeg; secunda uero pars pertinet Paulo ultra fluuium Fizeg juxta terminos eiusdem ville Henel, et ex parte ville Chetke aliquantum eundo iuxta metas ville Gede; tercia uero pars cessit Tuneuni, Gothardo et Pouse, quorum commetanei sunt villani de Gede, Micudhotuono, Cukenushotuono ex utraque parte fluuij prenominati, porcionem terre predicti Comitis Paznani et Zounuk separat a terris Pauli Tuneunis, et suorum cognatorum Fizeg ante nominata. De nemore autem, quod adiacet juxta fluuium antedictum, talem fecerunt diuisionem inter partes diuidentes, quod superior pars ex parte orientis usque ad arborem piri magni, in qua est signum crucis, cessit in partem Comitis Paznani et Zounuk, altera uero pars ultra eundem fluuium ex parte occidentis cessit Tuneuni et cognatis suis, tenendo tantum spacium in longitudine, quantum Comes Paznanus et Zounuk, terciam uero partem inferius ex utraque parte fluuij optinet Paulus antedictus. Fenetum uero ex utraque parte fluuij adiacens in tres partes inter partes diuiserunt. Ecclesia uero ipsius ville Bagon

cessit super porcione terre ipsius Comitis Paznani et Zounuk; et licet ius patronatus sit eis communis (igy), non tamen predicte due partes possint prope ecclesiam mansiunculas hedificare. Item communem uiam ad ecclesiam ueniendi habent in spacio XL amplexuum manus vno in latitudine, ita quod in spacio ipsius uille nulla possit parcium hedificare uel aliquid sibi uendicare. Vt autem hec diuisio inter partes prenominatas firma et stabilis perseueret, ad preces ipsarum parcium litteras presentes alphabeto bipartitas et sigilli nostri munimine roboratas duximus indulgendas. Reuerendis Ecclesie nostre fratribus Gregorio Preposito, Abraam Lectore, Gurk Cantore, Paulo Custode, et ceteris Deo devote ministrantibus. Actum anno gracie M° CC° LX°.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hártyaszinegen függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

382.

A váradi káptalannak bizonyságlevele, Kis Pousá-nak végintézkedéséről. 1260.

Nos Capitulum Waradiensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Pousa paruus coram nobis personaliter constitutus proposuit, ut si nutu Diuino ipsum uiam uniuerse carnis ingredi contingeret, quandam terram Isoteluke uocatam, inter terras Feketepotok, Erbeuch, Lap, Karachunfolua, Kereztur et Vruzy uocatas adiacentem, per dictum Isou, ut dicebat, prius sibi datam, et per consequens per graciam Regiam collatam, et eciam confirmatam, cum duabus ancillis, Blasna videlicet et matre eiusdem, nec non cum vno seruo Mark uocato fratre dicte Blasna, et cum omnibus sobolibus ab eisdem descendentibus, pro dote et rebus

parafernalibus domine Elizabeth filie Comitis Pharon uxoris sue iure perpetuo reliquisset. Cuius facto in premissis omnibus Comes Felicianus et Martleus, frater ipsius Comitis Feliciani, domini predicti Pousa coram nobis personaliter comparentes, plenum prebuerunt consensum et assensum, ipsum Pousam liberaliter premissa relinquere permittentes. Vt igitur presentis ordinacionis series robur optineat perpetue firmitatis, ad instanciam et peticionem ipsius Pousa presens contulimus scriptum sigilli nostri munimine roborantes. Anno Domini M° CC° sexagesimo, Michaele Preposito, Iwan Cantore, Andronico Custode, Thoma Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyaszinegen függő pecsét megvan, a budai kir. kamarai levéltárban.)

383.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Mark Reyki comes bizonyos peres ügyre nézve Ledeger fiaival barátságos egyességre lépett. 1260.

Capitulum Ecclesie Vesprimiensis omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Marko Comite de Reyk ab una parte, et Endre ac Stephano, filijs Ledegeri Comytis de Vasyan ex altera, coram nobis constitutis; ydem Mark comes confessus et uiua uoce, quod cum ipse mouisset causam contra Endre et Stephanum predictos, requirendo ab eisdem, ordine judiciario, duo judicia, super quibus pater eorum dictus Ledegerus contra eundem Markum Comitem fuerat conuictus, et duas marcas, quas ipse Mark Comes, vt dixit, eisdem mutuo concesserat, ac verberacionem serui sui, super qua eciam causa partes ad sentenciam arbitratorum peruenerant, eandem causam fuisse sedatam et secundum formam pacis terminatam, tali modo, quod Ender et Stepha-

nus predicti, porcionem eorum in loco molendini exstructi super fluuio Zala, in loco qui wlgariter Chamazygete dicitur, quem videlicet locum ipsi cum Marco Comite predicto communiter possidebant eidem Marco Comiti relaxaverunt perpetuo possidendum; et ipse Mark Comes eisdem judicia, ac ipsas duas marcas, et verberacionem serui sui, que omnia super dictis juuenibus requirebat, eisdem relaxavit ita, quod nunquam ipse partes super huiusmodi facto de cetero poterunt in inuicem mouere quescionem, vel si eciam quescio aliqua contra predictum Markum Comitem racione porcionis in loco molendini, quam predicto Marco Comiti relaxauerunt, super veniret, extunc ipsam quescionem dicti juuenes tenebuntur expedire et saluere. In cujus rei mestimonium (így) ad peticionem parcium presentes litteras concessimus sigillo nostro roboratas. Datum per manus Magistri Roberti Rectoris Ecclesie nostre, anno Domini millesimo CC^mo^ sexagesimo; venerabili in Christo patre nostro Zlando Episcopo, Favo Preposito, Lodomerio Cantore, Johanne Custode existentibus.

(Az eredeti után Ráth Károly, Hazai Okmánytár IV. köt. 39. l.)

384.

A Bw-i konventnek bizonyságlevele Mária Ilyei Ugra comes nejének végintézkedéséről. 1260.

(N)os Emericus Prepositus et Conuentus Monasterij Sancte Crucis de Bw vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nobilis domina nomine Maria filia Johannis de Barat, consors Comitis Wgra filij Ipoliti de Ilye cum eodem Comite Wgra marito suo personaliter ad nostram accedens presenciam confessa est uiua uoce, quod cum ipsa heredum prolis careret solacio, cuncta prospiciens, quod iam tempus sibi perueniret volens quam

ipsa a tempore preueniatur, talem duxit facere ordinacionem, quod dotem suam et res parefernales, ac seruos et ancillas secum adductas de sua bona uoluntate, tam ob dileccionem federis coniugalis, quod cum eodem marito suo protraxit et protraheret, donec uiueret, ne ipsum, quem uiuentem diligit, in persona fratrum et cognatorum suorum mortuum dampno aliquo consequatur, quam eciam propter fauorem et dileccionem fratrum dicti Comitis Wgra mariti sui reuerenter sibi inpensam, ipsi Comiti Wgra marito suo karissimo relaxasset et ad plenum remisisset omni liti et accioni, que in futurum attemptarentur susscitari, renunciando, et penitus irritas ac friuolas reputando; ymo eundem maritum suum ac suos successores reddendo expeditos et pariter absolutos. Vt igitur huius ordinacionis et relaxacionis series rata semper et inconcussa permaneat, nec processu temporis per quempiam in irritum possit reuocari, ad instanciam predicte domine litteras nostras concessimus nostro sigillo (igy) munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo CC° sexagesimo.

(Eredetie bőrhártyán a Csepcsányi-féle gyűjteményben, a M. Akadémia kézirat-tárában.)

385.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy Mete Elusnak fia tizenkét ekényi földet Been mesternek eladott. 1260.

Frater Jacobus miseracione Diuina Magister Hospitalis Domus Sancti Stephani Regis de Strigonio et Conuentus eiusdem, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod constitutis coram nobis Mete filio Elus de uilla Mortund (de) Parrochia Huntiensi ex una parte; et Been magistro filio Bitroldi ex altera; idem Mete proponens asseruit uiua uoce; quod ante destruccionem ac deuastacionem

Regni per Tartaros vna cum cognatis suis, videlicet Erney filio Gernasij, Benedicto, Martino filio Welchic, Chehnta filio Farcasij, Tadey filio Mathie, qui iam omnes essent defuncti; quidam vero ipsorum per Tartaros, quidam morte dominica, de terris hereditarijs suis terram ad duodecim aratra sufficientem, cum silua et feneto, nec non alijs utilitatibus, uendidisset pro triginta marcis argenti minus vna plenarie sibi persolutis B. magistro supradicto contradiccione aliqua non obstante, cum suis heredibus jure perpetuo possidendam; cuius robur ac priuilegium tempore Tartarorum fuisset corruptum; ijdem M. et B. magistri vnamiter ad robur et priuilegium postulantes per nos et sigillum nostri Conuentus renouari. In cuius renouacionem ad peticionem parcium presentes concessimus sigilli nostri Conuentus munimine litteras memoratas. Anno Domini M° CC° XL°.

A B C

(Eredetie bőrhártyán, melyről a vörös-sárga zsinóron függött pecsét már elveszett, a főmélt. hg. Eszterházy család levéltárában. Az évszám hibás, s úgy látszik, hogy az 1260 év értendő.)

386.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Péter Urkundnak fia Osl bán özvegye iránti kötelezettségére nézve halasztást nyert. 1254—1260.

Nos Magister Ch. Prepositus et Capitulum Ecclesie Jeuriensis damus pro memoria, quod sicut in litteris domini R. Palatini contineri perspeximus, Petrus filius Vrkund relicte Osl Bani in octauis Sancti Regis Stephani debuit soluere duodecim marcas coram nobis, nuncius eciam eiusdem Comitis Petri eodem die nostram adiens presenciam exhibuit nobis litteras domini Regis continentes, quod cum idem Petrus filius Vrkund pro magistro Chak ipsi domine debitor existat, idem-

que magister Chak sunt in seruicio Regis in Bulgaria, solucio eiusdem debiti usque ad reditum memorati magistri Chak de Bulgaria differretur. In cuius rei memoriam presentes duximus litteras concedendas.

Kivül egykoru írással : Pro relicta Osl Bani super duodecim marcis contra Petrum filium Vrkun.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a hátul oldalvást oda nyomott pecsét már hiányzik a nemzeti Muzeum kéziratttárában.)

387.

IV. Béla király Huntpaznan nemzetségbeli Buken comesnek az anyja kielégítése tekintetében tett birtokátruházását helyben hagyja. 1260. körül.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Comes Buken filius Comitis Buken de genere Huntpaznan ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium Capituli Posoniensis, et petens a nobis cum precum suarum instancijs humiliter copiosis, quod nos approbare, easdemque ratificare ac nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem tenor talis est:

Capitulum Ecclesie Posoniensis stb. (mint fentebb 380. sz. a.)

Nos itaque fidelitates et seruicia fidelissima ipsius Comitis Buken considerantes, ipsas ordinaciones et composiciones, ac litteras dicti Capituli eidem concessas, iustas esse cognouimus, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte uiciatas, de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegialibus inseri fecimus, auctoritate presencium — — — — — — — — — — — — — — — — — In cuius rei memoriam

perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras priuilegiales dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millessimo ducentesimo — — — — — — — — — — — — — — — — .

(Eredetie bőrhártyán, melynek alsó része a függő pecséttel együtt ki van vágva, a mélt. b. Nyáry család bagonyai levéltárában. Közli mélt. b. Nyáry Albert úr)

388.

A tatai konventnek bizonyságlevele, hogy Oliver comes a neki Vyda és társaitól járó elégtételt nem nyerte. 1260. körül.

Nos frater P. Diuiua miseracione Abbas Monasterij Beati Petri de Thata, totusque Conuentus loci eiusdem, damus pro memoria, quod Comes Olyuerius iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium, et iuxta extimacionem Demetrii filii Salomonis, Myke filii Bokoch, et Kemen filii Chenek, quadam terra Kataca uocata fuisset extimata; prout ab ore seruientis predictorum uirorum nomine Kumpe audiuimus, quarta feria proxima post octauas Pentecostes soluere debuisset Vyda, Mortino et Joanka coram nobis. Qui ipso die solucionis supra scripto non uenerunt, neque miserunt, Comite Olyuerio supradicto quatuor diebus expectante. Datum quarto die post predictam quartam feriam.

Kívül : Pro Comite Olyuerio contra Vyda, Mortun, Joanka super facto terre de Kataka.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban)

Függelék.

Néhány a nagy mongol-pusztítást tárgyazó kútfői adat.

Az 1241. és 1242-ki nagy mongol-pusztítás, vagyis nálunk ú. n. nagy tatárjárás, hazai történetünknek azon éveiben, melyekre a jelen kötet okmányai vonatkoznak, kétségkivül a legnevezetesebb európai, s egyszersmind nemzetünk sorsára legvészteljesebb esemény lévén; ennek folytán minél többoldalú tanulmányozása a magyar történetbuvárnak is egyik főfontosságú feladata. Szabadjon tehát itt függelékképen még néhány, nálunk kevesbbé ismeretes, azt tárgyazó kútfői adatot annál is inkább egybeállítanom, minthogy épen ezen fontos eseményre nézve a kútfői anyag igen hiányos*).

Tájékozásúl csak azt jegyzem meg, hogy az általában elismert legfontosabb kútfő Magyarországra nézve, melyet történetíróink Tamás spalatoi esperest-

*) „Wenn über eine bedeutende historische Frage viel gestritten wird, so darf man schon a priori voraussetzen, dass die Quellen, aus welchen ihre Beleuchtung geschöpft und entschieden werden soll, mangelhaft seyn müssen; und Letzteres findet bei der Invasion der Mongolen in Mitteleuropa in ganz vorzüglichem Grade Statt. Es lebte damals in diesen Gegenden kein einziger namhafter Chronist, der die grossen Ereignisse dieser Zeit in ihrer natürlichen Verbindung und Bedeutung aufgefasst und dargestellt hätte; und selbst an Chronikenschreibern der dürftigsten Art, wie sie das Mittelalter zu Hunderten hervorgebracht hat, welche über ihren kleinen Hausangelegenheiten oft die nächsten und wichtigsten Momente der Weltgeschichte übersahen, ist diese Periode ungewöhnlich arm.“ Palaczky Ferencz, der Mongolen-Einfall im Jahre 1241. (Abhandtlungen der k. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften V. folyam, 2. kö-. Prága 1842. 372. l.)

nek (Thomas Archidiaconus Spalatensis) „Historia Salonitaná"-ja, s a meglévő okmányi apparatus által kiegészíteni és bővebben kifejteni szoktak, Rogerius mesternek (M. Rogerius Canonicus Varadiensis) munkája „Carmen miserabile super destructione Regni Hungariae per Tartaros facta." Így készültek túlnyomólag névszerint Szalay Lászlónak („A tatárjárás Magyarországon 1241—1242." Pest, 1856.) és Rosty Zsigmondnak („A tatárjárás történelme negyedik Béla király idejében." Pest, 1856.) munkái; s így irt a tatárjárásról Kukuljevics Iván is, ámbár ezektől eltérő irányban („Borba Hrvatah s Mongoli i Tatari", Zágráb 1863.). A három adat, melyet itt közlök, más oldalról nem kevésbbé nevezetes felvilágosítást nyújt; a mit hazánk történetiróinak közvetlen figyelmébe szintén ajánlok.

I.

XIII. századi tudósítás a mongolokról vagyis akkor általában ú. n. tatárokról.

Liber de Regnis aliquarum nationum presertim barbararum.

(A munkának XIII. századi szerzője magáról azt mondja: „Et ego bis fui presens, quum Tartari dominum eorum volebaut ponere in throno Imperaterie Maiestatis, qui antecessorum suorum modum per omnia tenuerunt.)

De modis et moribus Tartarorum.

Tartari sunt ab aliis nacionibus gencium moribus et modis sic diuersi, quod vix posset absque tedio ipsorum diversitas explicari. Credunt enim simpliciter in Deum, et invocant nomen eius et confitentur, Deum esse omnipotentem et immortalem. Nulli minas inferunt non proponendo nomen Dei et dicendo sic: Norit Deus quid tibi faciam, et similia. Aliter vero Deum nullatenus reverentur per ieiunia et oraciones et afficciones, vel alio quoquo modo, sicut debet facere homo, qui Deum credit esse. Tartari hominem interficere non repu-

tant peccatum; et si dimitterent frenum in ore equi sui, dum deberet pasci, crederent Deum offendisse et mortaliter peccavisse. Fornicacionem et luxuriam non reputant peccatum; uxores ducunt plures; et oportet secundum consuetudinem eorum, quod accipiant novercam post obitum patris, et uxorem eciam fratris, et coitum faciunt cum eisdem. Tartari in facto armorum sunt strenui bellatores; plus quam alie naciones sunt suo domino obedientes. Et dominus potest ab eis accipere et auferre quidquid vult absque contradiccione eorum. In exercitu commorando dominus ipsis nihil dare tenetur; imo vivunt de venacionibus et predis, quas contra inimicos acquirere possunt. Quando Tartari ingrediuntur terram, in qua credunt victualium penuriam invenire, ducunt secum equas, vaccas et alia animalia, et de eorum lacte vivunt, et carnes equorum comedunt quando habent. Tartari equites sunt agiles, et in armis, precipue arcubus, bene docti; sed pedites non possunt incedere nisi pigre. Quando Capitaneus Tartarorum in prelio vel alibi precipit aliquid, continuo unusquisque novit, quid facere debeat et quid expediat; unde absque labore ab eorum Capitaneo gubernantur. Tartari sunt valde subtiles et ingeniosi et sagaces ad expugnandum et capiendum civitates et castra. Tartari semper querunt prerogativam contra inimicos suos, et avantagium; et non est verecundia fugere inter eos, si fuga in commodum cedit eis. Tartari hanc habent prerogativam inter alias naciones, quod si fuerint in campo belli contra inimicos suos per acies ordinati, si placuerit eis, prelium inchoabunt, si vero prelium voluerint evitare, inimici cum eis non poterunt inire conflictum. Preliari cum Tartaris est valde periculosum, quia in uno paruo bello Tartarorum plures moriuntur aut letaliter vulnerantur, quam in uno alto magno prelio alterius nacionis. Et hoc est propter sagittas et arcus, quos proiiciunt fortiter et directe; et sunt ita docti in arte sagittandi, quod eorum sagitte fere penetrant omne genus armorum. Quando Tartari debellantur, omnes simul fugiunt per turmas et acies ordinatas; persequi vero illos est valde periculosum, quum retrograde sagittas iaciunt fugiendo, et equos et homines vulnerant et occidunt. Preterea, quando vident homines dissolute sequentes, se vertunt continuo super illos, et sepe accidit, qui tri-

umphum tenuerunt, debellantur. Non est magne apparencie exercitus Tartarorum, qui omes simul et congregati incedunt, ita quod acies mille Tartarorum quingentorum apparenciam non habebit. Tartari curialiter hospites suscipiunt, et libenter cibum dividunt cum eisdem; et volunt per modum similem responderi, alioquin rapiunt violenter. Tartari alias terras sciunt faciliter occupare, sed postquam acquisiverint, nolunt custodire; quia in castris et civitatibus nesciunt habitare, imo semper volunt esse in tentoriis et in campis. Tartari mirabiliter sunt cupidi et avari, et quocunque modo valeant, libenter arripiunt aliena, sua tamen expendere nec sciunt, nec eciam custodire, imo permittunt omnia devastari. Tartari, si in societate aliorum incedunt, si fuerint debiliores, valde efficiuntur humiles et benigni; si vero se noverint fortiores, erunt pessimi et superbi. Tartari pro aliquo incommodo eorum libenter menciuntur; et tamen in duobus mentiri non audent; in facto armorum videlicet, quod nullus ausus esset de probitate aut inmerito se iactare, aut negare si fugerint vel eciam fecerint vilitatem. Aliud est, quod si Tartarus solus aliquid perpetraverit, de quo debeat condempnari, interrogatus a judice non negabit, imo veritatem continuo confitetur. Et hec de Tartaris modis sufficiant, quia longum esset, modos per omnia singulariter enarrare. — — — — — — —

De secundo filio Octocan, qui vocabatur Batho. Batho secundus filius Octocan, cum gente illa, quam sibi dederat pater suus, equitauit versus partes septemtrionis, quoadusque peruenit ad Regnum Comanie. Comani vero, qui magnam habebant copiam armatorum, crediderunt bene posse defendere terram suam, et opposuerunt se Tartaris; sed de facili fuerunt debellati et fugerunt usque ad Regnum Hungarie, et adhuc usque ad hodiernum diem sunt multi Comani ibidem habitantes. Postquam vero Batho extra Regnum Comanie omnes fugavit Comanos, ad Regnum Rusye se transtulit, et de facili illud subiugavit. Occupavit insuper terram Gaczarie, et Regnum Bulgarie. Per viam suam fugerant Comani, equitavit et pervenit usque ad Regnum Ungarie, ibique invenit aliquos de Comanis circa flumen, quos cepit; alii vero Cumani fugierunt, quia Tartari non potuerunt flumen transire, versus Alamaniam, quousque pervenerunt ad ripam cuiusdam fluminis,

quod labitur per Ducatum Austrie. Et crediderunt Tartari transire per quendam pontem ibi factum. Sed Dux Austrie et alii vicini pontem occupaverant et munierant; unde Tartaris per pontem fuit transitus denegatus. Batho vero fuit plurimum turbatus, et precepit genti sue, quod natando super equos transirent flumen. Et ipse prior fuit ingressus, exponens se morti — — — Nam antequam possent ad ripam aliam fluminis pervenire, equi fuerunt fessi propter latitudinem fluminis et fortitudinem aque, et Batho cum magna quantitate suorum fuerunt submersi. Tartari vero illi, qui nondum ingressi fuerunt, aquas has videntes, magno dolore confusi redierunt ad Regnum Rusie et Comanie, que sine contradiccione tenebant. Postquam vero Batho fuit taliter suffocatus, ut superius est expressum, nunquam Tartari apud Alamaniam rediuerunt; heredes vero Batho successive terras, quas acquisierat, redierunt, videlicet Regnum Corasine, Regnum Comanie et Regnum Rusie. Et ille, qui n u n c tenet dominium Batho, vocatur Tochitay, et fui secundus filius secundi filii Octocan.

(A gréczi egyetem könyvtárának 33/34 fol. sz. a. kézirati papircodexéből közölte Dudik Béda.)

II.

Julián XIII. századi magyar domonkosrendinek levele a mongolok hadjáratairól.

(Ezen levélnek két különböző lectióját bírjuk, mely mindkettőnek közlése, tartalmuknak kritikai megitélése végett, látszik indokoltnak.)

A) Báró Hormayr-Hortenburg József kiadása szerint.

Venerabili in Christo patri, Dei gracia Episcopo Perutino, Apostolice Sedis Legato, frater Julianus Fratrum Ordinis Predicatorum in Ungaria servus, reverentiam tam debitam quam devotam. Cum secundum mihi iniunctam obedientiam ire deberem ad Magnam Ungariam cum fratribus mihi adiunctis, iniunctum nobis iter perficere cupientes, cum ad ulti-

mos fines Bruscie devenissemus, rei subscripte veritatem didicimus. Oy res miseranda et omnibus stupenda! Ungari pagani, et Bulgari, et Regna plurima a Tartaris sunt destructa. Quod autem sint Tartari, cuiusve secte, sicut petistis discrete, vobis tenore presencium enarrabo. Relatum est enim a pluribus, quod Tartari, qui prius inhabitabant terram, quam Cumani nunc inhabitant, dicuntur in veritate filii Ysmahel, inde Ysmahelite volunt nunc Tartari appellari. Terra autem, de qua prius sunt egressi, Gothia vocatur, quam Ruben Gothiani vocavit. Primum autem bellum Tartarorum taliter est inchoatum: Dux erat in terra Gothia Gurgutha nomine, qui sororem habebat virginem, parentibus defunctis sue familie presidentem, et honore virili se gerentem, ut dicitur. Expugnavit enim Ducem quendam sibi vicinum, et eumdem bonis suis spoliavit. Elapsis autem quibusdam temporibus, cum iterum eundem Ducem predictum Tartarorum natio expugnare, sicut consueverat, niteretur; ille sibi precavens, commisso bello cum predicta puella convaluit in pugnando, et eam, quam prius habuit adversariam, captivavit, conversoque in fugam suo exercitu, ipsam in captivitate positam violavit, et in signum majoris vindicte defloratam turpiter decollavit. Quo audito frater puelle memorate Gurgutha supra dictus Dux, nuntio ad virum prefatum delegato, tale fertur mandatum transmisisse: „Intellexi, quod sororem meam defloratam decollasti. Noveris, te opus mihi contrarium exegisse. Si soror mea forsitan fuit tibi inquieta, dampnificans te mobilibus, ad me accedere poteras ab ea equum judicem petiturus; vel si manibus propriis volebas te vindicare, debellatam captam defloratam, poteras in uxorem accepisse. Si autem occidendi propositum habuisti, nullatenus debueras deflorare. Immo vero in duobus dampnificans, et virginali pudicitie turpitudinem intulisti, et capitali morte eam miserabiliter condempnasti. Propter quod in vindictam necis puelle prefate scias, me tecum totis viribes congressurum.“ Hoc audiens Dux necis perpetrator, et videns se non posse resistere, fugit cum suis ad Soldanum de Hornach terra primo derelicta. His itaque peractis erat Dux quidam in terra Cumanorum nomine Witoph, cuius divitie tam preclare predicabantur, quod etiam pecora sua in aureis canalibus in campis pascebantur. Quem Dux alius de flumine Buchs

nomine Urech propter divitias expugnavit et devicit. Qui devictus cum duobus filiis suis, et paucis quibusdam, qui de belli periculo evaserunt, ad dictum Soldanum de Hornach transfugit. Soldanus vero iniurie, quam sibi forte quondam intulerat, reminiscens, quia vicinus fuerat, receptum in porta suspendit, et populum suum dominio suo subiugavit. Duo filii Witoph fugam protinus arripuerunt. Et quia refugium alias non habuerunt, ad prefatum Urech, qui patrem ipsorum et ipsos iam antea spoliaverat, sunt reversi. Qui ferati concitatus rabie, cum equis maiorem rapiens interfecit. Minor autem fugiens ivit ad Gurgutham Regem Tartarorum, rogans eum obnixius, ut de his, qui patrem eius et fratrem interfecerunt, vindictam exerceret, dicens, quod isti Duci, videlicet Gurguthe, honor remaneret, si sibi pro nece patris et spolio fratris retributio fieret et vindicta. Quod et factum est, ac habita victoria rogavit iterum Gurgutham Ducem juvenis prenominatus, ut de Soldaue de Hornach vindictam acciperet pro miserabili patris nece, dicens, quod et populus relictus a patre, qui ibi quasi captivus tenebatur, esset sibi presidio sui exercitus in progressu. Ille de victoria iam dupplici debachatus sedulo concessit, quod juvenis suplicavit. Et egressus contra Soldanum, victoriam habuit sibi glorificam et honestam. Igitur quasi undique victoria fretus laudabili, Gurgutha supradictus Dux Tartarorum cum toto impetu belli progressum fecit contra Persas propter quasdam guerras, quas primitus habuerat ad invicem, ubi victoriam obtinuit perhonestam, et Regnum Persarum sibi penitus subiugavit. Ex his audacior effectus, et fortiorem se reputans, omnibus progressum cepit facere contra Regna, totum mundum sibi subiugare proponens. Unde ad terram Cumanorum accedens, ipsos Cumanos superavit, terram sibi subiugans eorum. Inde reversi ad Magnam Ungariam, de qua nostri Ungari originem habuerunt, et expugnaverunt eos quatuordecim annis, et in quintodecimo anno obtinuerunt eos, sicut ipsi pagani Ungari viva voce retulerunt. Illis obtentis reversi versus occidentem, spacio unius anni vel parum amplius quinque Regna paganorum maxima obtinuerunt; Faschiam, Meroviam, Regnum expugnarunt Bulgarum, quod quadraginta castra munitissima continebat tam populosa, quod de uno poterant exire quinquaginta millia armatorum;

ceterum et Wedint Regnum expugnabant, cuius duo Principes erant; et unus Principum cum toto populo et familia Tartarorum dominio se subiecit, alter vero loca munitissima ad tuendum se petit cum paucis populis, si valeret.

Nunc autem, cum in finibus Ruscie maneremus, prope rei sensimus veritatem; quod totus exercitus ad partes veniens occidentis, in quatuor partibus esset divisus. Una pars a fluvio Ethil in finibus Ruscie a plaga orientali ad Sudal applicuit. Altera vero pars versus meridiem iam fines Risennie, qui est alius Ducatus Ruthenorum, Regnum expugnabat. Tercia autem pars contra fluvium Denh prope castrum Orgenhusin, qui est alius Ducatus Ruthenorum, resistebant. Hoc tamen expectantes, sicut ipsi Rutheni, Hungari, Bulgari, qui ante fugerant, nobis viva voce ferebant, quod terra fluviis et paludibus in proxima hieme congelatis, totam Rusciam toti multitudini sic facile est depredari, sicut totam terram Ruthenorum.

Sic tamen hec omnia intelligatis, quod Dux ille primus Gurgutha nomine, qui hoc bellum inchoavit, est defunctus. Nunc autem filius ejus Chayn regnat pro eodem, et residet in civitate magna Hornach, cuius Regnum obtinuit pater eius prima fronte. Residet autem tali modo: palatium habet ita magnum, quod mille equites intrant per unum hostium, et eidem inclinantes equites exeunt nichilominus insidentes. Dux autem ille prefatus paravit sibi lectum pergrandem et altum columpnis aureis, lectum inquam aureum et preciose coopertum, in quo sedet gloriosus et glorificatus preciosis circumdatus indumentis. Hostia autem ipsius palatii per totum aurea sunt, per que transeunt sui equites incolomes et immunes. Alii vero nuncii, si pedites transeunt per ostia, vel equites, et si pedibus limen hostii tangunt, ibidem gladio feriunter; sed cum summa reverentia oportet quemlibet alienum pertransire. In tali vero pompa residens, misit exercitus per diversas terras; videlicet ultra mare, et quanta ibi fecerit, forte vos audivistis. Alium autem exercitum copiosum misit juxta mare super omnes Cumanos, qui ad partes Hungariorum transfugerunt. Tercius autem exercitus obsidet Rusciam, sicut dixi.

Verum ut de bello vobis significarem, dicitur, quod longius iaciunt, quam alie consueverint naciones. In prima con-

gressione belli, ut dicitur, non sagittant, sed quasi pluere sagittas videntur. Gladiis et lanceis minus apti dicuntur ad bellum. Taliter autem cuneum suum ordinant, quod decem hominibus unus Tartar preest, iterum centum hominibus unus centurio. Hoc ideo tali astucia factum est, ne exploratores supervenientes possint inter eos aliquatenus latere. Et si forte contingeret numerum eorundem diminui per bellum, posset restitui sine mora, et populus collectus ex diversis, infidelitatem aliquam non possit facere. Quemlibet denarium ex linguis diversis collegerunt. Omnium Regnorum, que obtinent, Reges, et Duces, ac magnates, de quibus est spes, quod aliquando possint facere aliquam resistenciam, interficiunt sine mora. Milites autem fortes et rusticos ad prelium ante se mittunt armatos ad preliandum sine sponte. Alios vero rusticos ad preliandum minus aptos relinquunt ad colendam terram, et omnium tam ad prelium compulsorum, quam occisorum uxores, filias et cognatas dividunt ad singulos viros terre cultui relictos, cuilibet decem vel plures assignantes, et imponunt eisdem, ut de cetero Tartari nuncupentur. Milites vero, qui ad prelium compelluntur, et si bene pugnant et vincunt, parva gracia eis. Si vero in prelio moriuntur, nulla cura eis. Si autem in prelio retrocedunt, sine misericordia a Tartaris occiduntur. Pugnant ergo fortius, ut in posterum non vivant, sed ut citius moriantur. Castra munita non expugnant, sed prius devastant terram, et populum depredantur, et eiusdem terre populum congregatum compellunt ad pugnam ad expugnandum ipsum castrum. De multitudine autem ipsius exercitus vobis aliquid non scribo, nisi quod omnium Regnorum, que obtinent, milites ad pugnam aptos compellunt ante se preliari. Fertur a pluribus re certa, et Dux de Sudal mandavit per me Regi Hungariorum viva voce, quod nocte dieque consilium habent Tartari, qualiter vincant et obtineant Regnum Hungariorum Christianorum. Propositum enim habent, ut veniant et expugnent Romam, et ultra Romam. Misit ergo legatos ad Regem Hungariorum, qui venientes per terram Ducis de Sudal, et litteras Regi Hungariorum missas Dux ille recepit ab eis, et legatos ipsos cum sociis mihi deputatis etiam vidi. Predictas litteras a Noe Duce de Sudal mihi datas ad Regem Hungariorum deportavi. Littere autem scripte sunt litteris paganis et lingua

Tartarica. Unde Rex, qui eas possint legere multos invenit, sed intelligentes non invenit. Nos autem cum transiremus per Cumaniam, pagannm quendam invenimus, qui nobis eas est interpretatus. Hec sunt autem, qne litere continent: „Ego Chayn nuntios Regis celesti, cui dedit potentiam super terram, subicientes mihi se exaltare, et deprimere adversantes. Miror de te Hungarorum Regule, quod cum ad te miserim tricesima vice legatos, quare ad me nullum remittis ex eisdem, sed nec nuntios tuos, nec literas mihi mittis. Scio, quod Rex es dives et potens, et multos habes sub te milites, solusque gubernas magnum Regnum. Ideoque te mihi difficulter subicis sponte tua. Melius tibi tamen esset et salubrius, si te subiceres mihi sponte. Intellexi insuper, quod Cumanos servos nostros sub tua protectione suscepisti; unde mando tibi, quod eos de cetero apud te non teneas, et me adversarium non habeas propter ipsos. Facilius enim est Cumanis evadere, quam tibi, quia illi sine domibus cum tentoriis ambulantes possunt forsitan evadere; tu autem in domibus habitans, habes castra et civitates, quomodo effugies manus meas?“

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod hoc scriptum Rex Hungarie delegavit Patriarche Aquilegiensi, et Patriarcha transmisit Episcopo Brixinensi, et Comiti Tyrolensi, ut et ipsi uniuersis Christi fidelibus transmittant, admonendo eos, ut Deum pro Ecclesia exorare studeant. Preterea scire desideramus omnes, ad quos presens scriptum pervenerit, quod lator presentium justus et veredicus sit.

(Boehmer János Frigyes közlése után Hormayr, Die goldene Chronik von Hohenschwangau, München 1842., második rész, 67. sk. ll.)

B) Dudik Béda kiadása szerint.

Viro venerabili in Christo patri Dei gratia Perusino Episcopo, Apostolice Sedis Legato, frater Julianus Fratrum Ordinis Predicatorum in Ungaria, servus Vestre Sanctitatis, reverentiam tam debitam, quam devotam. Cum secundum iniunctam mihi obedientiam ire deberem ad Magnam Ungariam cum fratribus mihi adiunctis, iniunctum nobis iter arripere

cupientes, cum ad ultimos fines Brussie devenissemus, rei dedicimus veritatem, quod omnes Thartari, qui eciam Vngari pagani vocantur, et Bulgari, et Regna quam plurima, a Thartaris penitus sunt devastata. Quid autem sint Thartari? cuiusve secte sint? prout melius potuimus directe Vobis tenore presentium enarrabimus. Relatum est mihi a quibusdam, quod Thartari inhabitabant terram prius, quam nunc Cumani inhabitant, et dicuntur in veritate filii Ysmahelis, unde et Ysmahelite volunt nunc Thartari nuncupari. Terra autem, de qua prius sunt egressi, Gotta vocatur, quam Ruben Gottam vocavit. Primum autem bellum Thartarorum sic est inchoatum: Dominus erat in terra Gotta, Gurgatam nomine, qui sororem habebat virginem, parentibus defunctis sue familie presidentem, et more virili, ut dicitur, se gerentem. Expugnabat quemdam Ducem vicinum, et eundem suis spoliabat. Elapsis autem quibusdam diebus, cum Ducem iterum predictum Thartarorum natione, sicut consueverat, expugnare niteretur; ille sibi precavens, commisso bello cum puella supradicta prevaluit in pugna, et eam, quam prius habuit adversariam, captivavit, conversoque in fugam suo exercitu, ipsam in captivitate positam violavit, et in signum maioris vindicte, defloratam iam turpiter decollavit. Quo audito frater puelle memorate Gargatam supradictus Dux, nuntio ad prefatum virum delegato, tale fertur mandatum transmisisse: „Intellexi, quod sororem meam captam et defloratam decollasti; noveris, quod opus mihi contrarium exegisti. Si soror mea tibi forsitan fuit inquieta, dampnificans te in rebus mobilibus, poteras ad me accedere, equum de ea iudicium petiturus; vel, si volens te propriis manibus vindicare, debellatam captivasti et deflorasti, ducere eam poteras in uxorem. Si autem eam occidendi propositum habuisti, nullatenus debueras eam deflorare. Nunc vero in duobus damnificans, et virginali pudicitie turpitudinem intulisti, et capitali eam morte miserabiliter condempnasti. Propter quod in vindictam necis puelle nominate scias, me tecum totis viribus congressurum." Hoc audiens Dux necis perpetrator, et videns, se non posse resistere, fugit cum suis ad Soldanum de Ornach, terra propria derelicta. Hiis itaque gestis erat Dux quidam in terra Cumanorum, nomine Vithut, cuius divitie tam preclare predicantur, quod etiam pecora in

campis in aureis canalibus adaquantur. Quem Dux alius Cumanorum de flumine Buc, nomine Gureg, expugnavit propter divitias, et devicit. Qui devictus cum duobus filiis et quibusdam paucis, qui de belli periculo evaserant, ad iam dictum Soldanum de Ornach transfugerunt. Soldanus vero memor iniurie, quam sibi quondam forte intulerat, quia vicinus extiterat; receptum in porta ipsum suspendit, et populum suo dominio subiugavit. Duo vero filii eius ad Euthet fugam protinus arripuerunt; et quia refugium alias non habebant, ad prefatum Euthet, qui patrem eorum et eosdem ante spoliaverat, sunt reversi. Qui ferali attritus rabie cum equis cupiens maiorem interficere (igy); minor autem cupiens fugere, venit ad Gurgatam Ducem Thartarorum iam ante nominatum, rogans eum obnixius, ut de Euthet, qui patrem spoliavit, et fratrem interfecit, vindietam exerceret, dicens, quod ista duo, videlicet quod Gurgatam honor remaneret, et sibi pro nece fratris, et patris spolio, retributio fieret et vindicta. Quod ita factum est. Hac habita victoria rogavit alterum Ducem Gurgatam iuvenis prefatus, ut de Soldano de Ornach vindictam acciperet pro miserabili nece patris; dicens, quod etiam populus relictus a patre, qui ibi quasi captivus tenebatur, esset in presidio sui exercitus in progressu. Ille iam de victoria duplici corde et animo debaccatus, sedulo concepit, quod iuvenis postulavit, et egressus contra Soldanum, victoriam habuit sibi glorificam et honestam. Igitur quasi undique victoria fretus laudabili, Gurgatam supradictus Dux Thartarorum, cum toto impetu belli progressum fecit contra Persas, pro quibusdam guerris, quas primitus habebant ad invicem; ubi victoriam habuit perhonestam, et Regnum Persie sibi totaliter subiugavit. Ex hiis audacior effectus, et fortiorem se reputans omnibus super terram, cepit facere contra Regna, totum mundum sibi subiugare proponens. Unde primum ad terram Cumanorum accedens, ipsos Cumanos superavit, terram sibi subiugans eorumdem. Inde reversi ad Magnam Ungariam, a quibus nostri Ungari originem habuerunt, expugnaverunt eos XIV annis, et in XV° optinuerunt eos, sicut nobis ipsi pagani Ungari retulerunt viva voce. Illis optentis reversi versus occidentem spatio unius anni vel parum amplius, V-que Regna maxima paganorum optinuerunt, Sasciam (igy), Fulgariam;

etiam LX^{ta} castra munitissima capiebant tam populosa, quod de uno eorum poterant exire 50 milia militum armatorum. Ceterum quoque et Wedin, et Merowiam, Poydowiam, Mordanorum Regnum expugnabat, cuius duo Principes fuerunt. Et unus Princeps cum toto populo et familia Thartarorum dominio se subicerunt. Alter vero munitissima loca ad tuendum se petiit cum paucis populis, si valeret. Nunc autem, cum nos in finibus Ruscie maneremus, prope rei scimus veritatem, quod totus exercitus Thartarorum, veniens ad partes occidentis, in IIII partes est divisus. Vna pars ad fluvium Ethil in finibus Ruscie a plaga orientali ad Sudal applicuit. Altera vero pars versus meridiem iam fines Recennie, quod est alius Ducatus Rutenorum (igy), quam nunquam expugnabant. Tertia autem pars contra fluvium Den prope castrum Ovcheruch, qui est alius Ducatus Ruthenorum, residebat; hi (hoc) tamen expectantes, quod sicut et ipsi Rutheni, Ungari, et Bulgari, qui ante eos fuerant, viva voce nobis referebant: quod, terra fluviis et paludibus in proxima hieme congelatis, totam Ruziam toti multitudini sic facile est eis depredari, (sicut) totam terram Ruthenorum. Sic tamen intelligatis hec omnia, quod ille Gurgatam Dux, primitus qui bellum inchoavit, est defunctus. Nunc autem filius eius Chaym regnat pro eodem, et residet in civitate magna Ornach, cuius Regnum obtinuit pater eius prima fronte. Residet autem tali modo: Palatium habet tam magnum, quod mille equites intrant per unum hostium, et iidem (eidem ?) inclinantes equites exeunt nihilominus insidentes. Dux autem prefatus paravit sibi lectum grande et altum, columnis aureis inixum. Lectum inquam aureum, et preciosissime coopertum, in quo sedet quasi gloriosus, et circumdatus gloriosissimis indumentis. Hostia autem ipsius palatii per totum aurea sunt. Per que equites sui transeunt inclinantes, et incolomes, et imunes. Alieni sui nuntii, si equites transeunt per hostia, vel pedites, si pedibus limen hostii tangunt, ibidem gladio feriuntur. Sed cum summa reverentia oportet alienum quemlibet transire. In tali ergo pompa residens, misit exercitus suos per diversas terras, videlicet ultra mare, sicut credimus, et quanta ibi fecerit, etiam vos audivistis. Alium autem exercitum copiosum misit iuxta mare super omnes Cumanos, qui ad partes Ungarie transfugerunt.

Tertius autem exercitus obsidet totam Rusciam, sicut dixi. Verum ut de bello vobis significem, dicitur, quod longius iaciunt sagittis, quam cetere consueverint nationes, et in prima congressione belli, sicut dicitur, non sagittare, sed quasi pluere sagitte videntur. Gladiis et lanceis dicuntur minus apti ad bellum. Taliter enim suum cuneum ordinant: quod X hominibus unus Thartar preest; item centum hominibus unus centurio preest. Hoc in tali astutia faciunt, ne exploratores supervenientes possint aliquatenus latere inter eos; et si forte contingeret, eorum aliquem diminui propter bellum, possit restitui sine mora; et populus collectus ex diversis, infidelitatem aliquam facere non possit, quem ex diversis linguis et nationibus collegerunt. Omnium Regnorum, que obtinent, Duces et Magnates, de quibus est spes, quod aliquando possint facere resistentiam, interficiunt sine mora. Milites autem, et rusticos fortes ad prelium, ante se mittunt armatos ad preliandum sine sponte. Alios autem rusticos ad preliandum minus aptos relinquunt ad excolendam terram, et omnium (tam) occisorum, quam ad prelium missorum, uxores et filias et cognatas dividunt ad singulos viros cultui terrae relictos, cuilibet XII vel plures assignantes, et imponunt eisdem, ut Thartari de cetero nuncupentur. Milites vero, qui ad preliandum compelluntur, si bene pugnant et vincunt, parva (eis) gratia; si vero in prelio moriuntur, nulla cura; si vero in prelio retrocedunt, sine mora a Thartaris occiduntur. Ideoque preliantes appetunt occidi potius in prelio, quam gladiis Thartarorum feriri. Pugnant ergo fortius, ut non vivant in posterum, sed ut citius moriantur. Castra munita non expugnant, sed prius terram devastant, et populum depredantur, et eiusdem terre populum simul congregant et compellunt ad pugnam, ad expugnandum ipsum suum castrum. De multitudine omnium exercitus sui vobis non rescribo aliquid, nisi etiam quod omnium Regnorum, que obtinuit, milites ad pugnam aptos ante se compellit preliari. Fertur a pluribus re certa, et Dux de Sudal mandavit per me Regi Ungarie viva voce, quod die noctuque consilium habent Thartari, qualiter veniant et obtineant Regnum Ungarie Christianum. Propositum enim habere dicuntur, quod veniant et expugnent Romam, et ultra Romam. Unde legatos misit Regi Ungarie,

qui venientes per terram Sudal captivati sunt a Duce Sudal, et litteras Regi missas Dux ille recepit ab eis; et legatos ipsos cum sociis mihi deputatis etiam vidi. Predictas litteras a Duce Sudal mihi datas ad Regem Ungarie deportavi. Littere autem scripte sunt litteris paganis, sed lingua Thartarica. Unde Rex eas, qui possint legere multos invenit; sed intelligentes nullos invenit. Nos autem cum transiremus per Carmaniam (?), civitatem magnam paganam, quemdam invenimus, qui eas nobis est interpretatus. Est autem hec interpretatio:

„Ego Chaym nuntius Regis Celestis, cui dedit potentiam super terram subicientes in se exaltari, et deprimere adversantes. Miror de te, Rex Ungarie, quod cum miserim ad te iam tricesima vice legatos, quare ad me nullum remittis ex eisdem? sed nec nuntios tuos vel litteras mihi remittis. Scio, quod Rex dives es et potens, et multos sub te habes milites, solusque gubernas magnum Regnum. Ideoque difficile sponte te mihi subicis; melius tibi tamen esset et salubrius, si te subiceres sponte mihi. Intellexi insuper, quod Cumanos, servos meos, sub tua protectione detineas; unde mando tibi, ne eos de cetero apud te non teneas, et me adversarium tibi non habeas propter ipsos; facilius est enim eis evadere, quam tibi; quia illi sine domibus cum tentoriis ambulantes possunt forsitan evadere, tu autem in domibus habitans, habens castra et civitates, qualiter effugies manus meas?!“

Sed hec non pretermittam. Iterum dum ego remansi in curia Romana, precesserunt me ad Magnam Ungariam quatuor fratres mei, qui pertransientes per terram Sudal, in finibus Regni eius occurrerunt quibusdam Ungaris paganis fugientibus a facie Thartarorum, qui libenter fidem Catholicam recepissent. Et dum versus Ungariam Christianam venissent, audiens Dux predictus de Sudal, indignatus fratribus predictis revocatis inhibuit, ne legem Romanam predicarent Ungaris memoratis, et propter hoc expulit fratres predictos de terra sua; tamen absque molestia, qui nolentes redire, et viam factam facile dimittere, declinaverunt ad civitatem Recessue, si viam haberent, ut in Magnam Ungariam, vel ad Morducanos, vel ad ipsos Thartaros pertransirent. Duobus autem fratribus ibi relictis, ex ipsis, conductis interpretibus, in festo

Apostolorum Petri et Pauli proximo transacto, venerunt ad Ducem Morducanorum alterum, qui eodem die egressus quo isti venerant, cum toto populo et familia, sicut superius diximus, Thartaris se subiecit. De cetero, quid de duobus fratribus illis factum sit, utrum mortui sint, vel a Duce iam dicto ad Thartaros deducti, penitus ignoratur. Duo fratres relicti, ammirantes de mora eorumdem, circa festum Michaelis proximo celebratum miserunt quemdam interpretem, de eorum vita cupientes certificari; quem etiam Morducani invadentes occiderunt. Ego autem, et socii mei, videntes terram a Thartaris occupatam, et regiones munitas conspicientes etiam nullum fructum fructificandi, reversi sumus ad Ungariam; et licet per multos exercitus et latrones transivimus, Sancte tamen Ecclesie orationibus et meritis suffragantibus, pervenimus ad fratres nostros et claustrum incolumes et immunes. Ceterum cum tale Dei flagellum adveniat et adproximet ad filios Ecclesie sponse Christi, quid fratribus his agendum, quidque faciendum sit, Vestre Sanctitatis discretio dignetur sollicite providere. Preterea, ut nihil ex his maneat pretermissum, Paternitati Vestre significo, quod cum quidam clericus Ruthenorum nobis aliqua rescriberet de historia libri Judicum, dicebat, quod Thartari sint Madyanite, qui cum Cethym (így) pariter contra filios Israel expugnantes, devicti sunt a Gedeone, sicut in libro Judicum continetur. Unde fugientes dicti Madianite, habitaverunt iuxta fluvium quemdam nomine Thartar, unde hi Thartari sunt vocati.

(A római vatikáni eredeti kézirat után Dudik Béda, Iter Romanum I. köt. Bécs, 1855. 327. sk. ll.)

III.

Szubutai mongol vezér.

(„Soubutaï général mongol.“ Ez azon mongol vezéreknek egyike, kik különösen Magyarországban 1241. és 1242. harczoltak.)

Souboutaï ou Soubudaï, surnommé Bahador ou le héros, était un général mongol, dont le nom, mal lu dans les transcriptions qu'on a faites en lettres arabes, s'est changé en

Suida, Soundaï et Sounathy; il est compté parmi ceux qui ont concouru à l'établissement de l'empire de Tchingkis-Khan. Il était de la tribu des Ouriyangkit; ses ancêtres, établis sur les bords du fleuve Onon, avaient coutume de se rencontrer à la chasse avec Tun-pi-naï, trisaïeul de Tchingkis. Ces rencontres avaient lié les deux familles depuis cinq générations. Haban, contemporain de Tchingkis, eut deux fils; l'aîné, nommé Khourkhoun, et le cadet, nommé Souboutaï. Tous deux étaient courageux et habiles à tirer de l'arc; mais Souboutaï se fit surtout remarquer par son intrépidité, et par le talent, fort estimé des Chinois et des Tartares, d'imaginer des stratagèmes et des ruses de guerre.

Lorsque Tchingkis eut établi son ordre sur les bords du lac de Pan-chou-na ou de la rivière Loung-kiu, Haban voulut lui conduire en tribut un troupeau de moutons; mais il fut attaqué par des brigands et emmené en captivité. Ses deux fils se mirent à la poursuite des brigands, les tuèrent et délivrèrent leur père. Celui-ci servit sous Tchingkis dans la guerre contre les Naïman, en qualité de chef de tribu. Ce fut aussi à cette époque que Souboutaï entra au service du prince mongol avec la même qualité. En 1212. il attaqua Houantcheou, appartenant aux Tchoutchi, monta le premier à l'assaut, et s'empara de la ville.

En 1216. Tchingkis convoqua une assemblée de ses généraux pour marcher contre les Merkites. Il demanda quel était celui qui voulait attaquer le premier; Souboutaï s'offrit, et Tchingkis ayant loué son courage, voulut lui donner un corps de cent hommes d'élite pour le soutenir; mais Souboutaï s'y opposa. „Restez en repos, dit-il, je me charge de tout.“ Il alla trouver les Merkites, en feignant d'abandoner la cause de Thingkis. Pleins de confiance en ses rapports, les Merkites négligèrent de faire leurs préparatifs, et quand le gros de l'armée Mongole fut parvenu sur le fleuve Tchen (Djem), il fondit sur eux, et prit deux de leurs généraux. Houtou, chef de la tribu, se sauva dans le Kiptchak, et le reste se soumit.

Tchingkis ayant fait la guerre aux Ouigours du Kharisme, Mohammed, que les Chinois nomment Mieï-li, abandonna son royaume, et prit la fuite. Souboutaï eut ordre de le poursuivre, et il eut pour collégue dans cette expedition Tchepe-

nouyan, autre général mongol célèbre dans l'occident. Parvenu au fleuve Hoeï-li, Souboutaï fit halte sur la rive orientale, et ordonna d'allumer trois bûchers pour faire briller la force de son armée. A cette vue Mohammed effrayé, profita de la nuit pour s'enfuir. Souboutaï, à la tête d'un corps de dix mille hommes, continua de se porter sur ses traces depuis la rivière Pou-hau et la ville de Pi-li-han jusqu' à Mieï-li, marchant jour et nuit, et ne laissant pas au prince fugitif un seul instant de repos. Il l'obligea d'entrer dans la mer, c'est-à-dire, dans une île de la mer Caspienne, nommée Abiscoun, ou ce malheureux prince mourut épuisé par la fatigue et le chagrin. Le général tartare s'empara de ses trésors, consistant en pierres précieuses et en vases d'argent, et il les envoya à son maître. — — — — — — — — — —

Souboutaï demanda et obtint la permission d'aller châtier le peuple du Kiptchak. A la tête de son armée, il fit le tour de la mer Thian-ki-sse (Denghiz, la mer Caspienne), et revint jusqu' aux monts Thaï-ho (le Caucase), dont il perça les rochers pour s'ouvrir un passage. Il obtint d'abord peu de succès ; mais ayant recontré des chefs de tribus nommés Juliki et Thathakhar, il réunit toutes les troupes sur la rivière de Poutsou, et par une marche rapide, il soumit tous les peuples de ces contrées jusqu' au fleuve Oliki (le Wolga). Une seule rencontre et un seul combat le firent triumpher des chefs des Wolosse (Russes), Mitchhisselao le grand et le petit (Mestislaff). Il exerça de grands ravages dans le pay des Asou (Ases ou Alains). — — — —

Souboutaï fut interrompu dans le cours de ses conquêtes par un ordre de Tchingis, qui voulait l'employer à la conquête de Tangut. Il résista long-temps à cet ordre, mais enfin, obligé d'y ceder, il revint à la cour, traversa le grand désert, battit les tribus de Hia-sa-li, Ouïgur, The-le-tchhi-min et autres, et soumit toutes les villes situées sur le fleuve Jaune, du côté de la Tartarie. Il ne revint de ce pays qu' après la mort de Tchingis.

En 1229. Ogodai lui fit épouser une princesse du sang, nommée Thomieikan stb. — — — — — — — — — — —

En 1235. les Mongols envoyèrent une nouvelle expedition dans le Kiptchak. Souboutaï en fit partie, et fut même désigné

par Batou pour commander l'avant-garde. Le roi de Comans, nommé Pa-tchbi-man ou Batchman, fut saisi de terreur à cette nouvelle, et prenant la fuite, il se retira sur la mer, c'est-à-dire dans une île de la mer Caspienne. On vainquit encore un fois les Russes, et on mit le siège devant Tholisseko. Souboutaï n'ayant pu s'en rendre maître, marcha contre le prince des Russes, lui livra bataille, le prit, s'empara de Yelieïpan et d'autres villes des même contrées, et soumit toutes les tribus qui les habitaient.

En revenant, les Mongols passérent les monts Khatsali, et attaquèrent les Madjars ou Hongrois. Batou et ses compagnons entrèrent dans leur pays par cinq côtés différens, et Souboutaï donna une nouvelle preuve de son habilité, en imaginant un stratagème pour tromper Khicïlin, prince de cette nation. Parvenus au fleuve Thun-ning, le corps de Batou passa cette rivière par en-haut, à l'endroit où elle était moins profonde, et où il y avait un pont. Le corps de Souboutaï au contraire devait le traverser plus bas, dans un endroit très profond: il imagina de lier ensemble des poutres, et d'y faire passer son armée, de sorte, qu'il pût venir au secours de Batou, qui ayant traversé le premier se trouvait engagé. Le prince mongol rebuté par la résistance, qu' il venait d'essuyer, était tenté de revenir sur ses pas. „Retournez si vous voulez, lui dit Souboutaï; pour moi, je ne m'arrêterai qu'au fleuve Tho-na (Danube) après avoir achevé de subjuguer les Madjars.“ Il se mit en marche, et Batu ne put s'empêcher de le suivre.

A la mort d'Ogodaï, il y eut une grande assemblée de tous les princes de la famille de Tchingis. Batou ne voulait pas s'y rendre; mais Souboutaï lui représenta qu'étant l'ainé de tous ces princes, il lui était impossible de s'en dispenser. Batou partit donc pour l'assemblée qui se tint sur le bord de la rivière Yetchiti. Après l'assemblée, Souboutaï revint à son campement sur le Tho-na, et il y mourut à l'âge de soixante-treize ans. Conformement à l'usage des Chinois, on lui donna un titre qui rappellait ses plus belles actions; ce fut le titre de roi du Ho-nan, à cause de la conquête de cette province qu'il avait enlevée aux Kin. L'épithète honorifique qui fut jointe à son nom fut celle de fidèle et invariable. Il laissa un

fils nomme Ouriyangkhataï, qui, disent les Chinois, après avoir soumis toutes les tribus des Russes, de Polonais et des Allemands, fut envoyé pour conquérir le royaume d'Awa et le Tonquin.

(Ezen tudósítást Szalay László már használta. — A Szo-Hong-Kienlu chinai-mongol történelmi munka XVII. könyve után Remusat Abel, Nouveaux Melanges Asiatiques II. köt. Paris, 1829. 89. sk. ll.)

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK

JEGYZÉKE.

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK.

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR, a brüsseli országos levéltárból és a burgundi könyvtárból. Összeszedte s lemásolta Hatvani Mihály (Horváth Mihály). I. KÖT. 1441—1652. Pest 1857. XXI és 367. — II. KÖT. 1553—1555. Pest, VIII és 397 l. — III. KÖT. 1556—1606. Pest 1859. VIII és 271 l. — IV. KÖT. 1608—1682. Pest 1859. VIII és 323 l. I. Ferdinánd kir. hasonmásolt levelével. — *Monum. Diplom. I—IV. kötet.*

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR, londoni könyv- és levéltárakból. Összeszedte és lemásolta Simonyi Ernő 1521—1717. Pest 1859. VII és 516. l. — *Monum. Diplom. V. köt.*

ÁRPÁDKORI ÚJ OKMÁNYTÁR (Fejér György Codex Diplomaticusának folytatása). *Közzé teszi* Wenzel Gusztáv. I. KÖT. 1001—1235. és Függelékül: *Kritikai jegyzetek Fejér György „Codex Dipl. Hungariae Ecclesiasticus ac Civilis" czímű munkájának az árpádi korszakot illető részéről.* Pest 1860. XLII és 398 l. — II. KÖT. 1235—1260. és Függelékül: *Az Árpádkori Új Okmánytár és a kapcsolt országok okmányai.* Pest 1861. XIX. és 402 l. — III. KÖT. 1261—1272. s Függelékül: *Olaszhon levéltárai a magyar történelem szempontjából.* Pest 1862. XV és 363 l. — IV. KÖT. 1272—1290. Pest 1862. XX és 414 l. — V. KÖT. 1290—1301. és Függelékül: *Theiner Ágoston „Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia" czímű munkájáról.* Pest 1864. XXI és 325 l. — VI. KÖT. s a második folyam I. kötete: 890—1235. Pest 1867. XXXVI és 578 l. — *Monum. Diplom. VI—XI. köt.*

Ezen kötetek sorába fel vannak véve, s egymás után sajtó alá adatnak: az *Árpádkori Új Okmánytárnak* egyelőre még öt kötete; a *Londoni M. Okmánytárnak* egy újabb kötete; *Milánói M. Okmánytár*, két kötetben. *[illegible] királyai Levéltára*, két kötetben.

MÁSODIK OSZTÁLY: ÍRÓK.

SZERÉMI GYÖRGY, II. Lajos és János királyok házi káplánja EMLÉKIRATA MAGYARORSZÁG ROMLÁSÁRÓL. 1484—1543. Közli Wenzel Gusztáv. Pest 1857. XXXIV és 410 l. — *Monum. Script. I. köt.*

VERANCSICS ANTAL, m. kir. helytartó, esztergomi érsek ÖSSZES MUNKÁI, közli Szalay László (1—7.) és Wenzel Gusztáv (8.). I. KÖT. Történelmi dolgozatok deák nyelven. Pest 1857. XX. és 370 l. — II. KÖT. Történelmi dolgozatok magyar nyelven, és Vegyesek. Pest 1857. XV és 321 l. — III. KÖT. Első portai követség 1553—1554. Pest 1858. XII és 403 l. — IV. KÖT. 1555—1557. Pest 1859. XI és V. 401 l. — V. KÖT. Második portai követség 1567—1568. Pest 1860. VIII és 396 l. — VI. KÖT. Vegyes Levelek 1536—1549. Pest 1860. VI és 373 l. — VII. KÖT. Vegyes Levelek 1549—1553. Pest 1865. VI és 368 l. — VIII. KÖT. Vegyes Levelek 1553—1557. Pest 1868. XII és 367 l. — *Monum. Script. II—VI. IX. X. XIX. köt.*

GR. ILLÉSHÁZY ISTVÁN nádor FÖLJEGYZÉSEI 1592—1603 és HÍDVÉGI MIKÓ FERENCZ HISTÓRIÁJA 1594—1613. BÍRÓ SÁMUEL folytatásával és két Függelékkel: Nagyszegi Pál Töredékei 1595—1601, az okmányok Mikóhoz és Illésházyhoz. Közli Kazinczy Gábor. P. 1863. X és 351 l. *Monum. Script. VII. köt.*

ROZSNYAY DÁVID, az utolsó török deák, TÖRTÉNETI MARADVÁNYAI. Commentárius jegyzetekkel, életrajzával kiadta Szilágyi Sándor. Pest 1867. 152 l. — *Monum. Script. VIII. köt.*

ALTORJAI B. APOR PÉTER MUNKÁI. Közli Kazinczy Gábor. (Lusus Mundi. Synopsis mutationum notabiliorum aetate mea in Transylvania, et progressus vitae meae. Metamorphosis Transylvaniae [és magyarul].) CSEREI MIHÁLY Pótlékai és Megjegyzéseivel. Pest 1863. X és 454 l. — *Monum. Script. XI. köt.*

BRUTUS JÁNOS MIHÁLY magyar kir. történetíró MAGYAR HISTÓRIÁJA 1490—1552. A m. kir. egyetemi könyvtár azelőtt ismeretlen, a szerző életével közli Toldy Ferencz. I. KÖT. Második Ulászló uralkodása, összesen [illegible]. Pest 1863. CIX és 401 l. — II. KÖT. Második Lajos trónra léptétől 1537-ig. Pest 1867. IX és 493 l. — III. KÖT. 1541—1552. Brutus elveszett XIV—XX. könyveinek töredékei 1571-ig, és Magyarországról Levelei (sajtó alatt). — *Monum. Script. XII. XIII. XIV. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1693—94. évekből. Az eredeti kéziratból közli Nagy Iván. Pest 1865. VIII és 161 lap. — *Monum. Script. XV. köt.*

GHYMESI FORGÁCH FERENCZ nagyváradi püspök MAGYAR HISTÓRIÁJA 1540—1572. Forgách Simon és Istvánffi Miklós Jegyzéseikkel és Forgách Ferencz kisebb irataival együtt. A hg. Batthyányféle kéziratból közli Majer Fidél, bevezette Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXXVIII és 585 l. — *Monum. Script. XVI. köt.*

BARANYAI DECSI JÁNOS MAGYAR HISTÓRIÁJA 1592—1598. A szerző életével közli Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXX és 328 l. — *Monum. Script. XVII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1676—78 évekből. Közli Torma Károly. Pest 1866. XII és 169 l. — *Monum. Script. XVIII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1686. évből; ugyanannak Leveleskönyve 1686; Debreczeni [illegible] Naplója 1686; Sándor Gáspár, Ilosvay Mihály és András meg Balogh László Naplóik 1686-ból. Közli Thaly Kálmán. Pest 1868. 2 részben XXXII és 784 l. — *Monum. Script. XXIII. köt.*

Sajtó alatt: *Kritóbúlos*, az utolsó byzanti történetíró: II. Mohamed Élete, görögül és magyarul, 2 köt. Dethier Károly és Szabó Károlytól.

VERANCSICS ÖSSZES MUNKÁI, Wenzeltől, IX. köt.

Legközelebb: sajtóba: *Istvánffy* [illegible] Tinódi Munkái, 2 köt. Toldy Ferencztől.

GR. ILLÉSHÁZY ISTVÁN nádor FÖLJEGYZÉSEI 1592—1603. [illegible]
HÖLVÉDI MIKÓ FERENCZ HISTÓRIÁJA 1594—1613. BÍRÓ SÁMUEL [illegible] [illegible] Enyedi Pál Énekéből 1598—1601. [illegible] [illegible] Miklóss [illegible]. Közli Kazinczy Gábor. P. 1863. X és [illegible] l. *Monum. Script. VII. köt.*

HOZSNYAY DÁVID, az utolsó török deák, TÖRTÉNETI MARAD-VÁNYAI. [illegible] Szilágyi Sándor. Pest 1866. [illegible] l. — *Monum. Script. VIII. köt.*

ALTORJAI B. APOR PÉTER MUNKÁI. Közli Kazinczy Gábor. [illegible] Metamorphosis Transylvaniae [illegible] CSEREI MIHÁLY [illegible] Pest 1863. X és [illegible] l. *Monum. Script. XI. köt.*

BETHLEN JÁNOS MIHÁLY magyar [illegible] MAGYAR HIS-TÓRIÁJA 1490—1661. [illegible] Toldy Ferencz. I. KÖT. [illegible] Pest 1863. CIX és [illegible] l. — II. KÖT. [illegible] Pest 1867. [illegible] — III. KÖT. [illegible] — *Monum. Script. XII. XIII. XIV. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1693—1694. [illegible] közli Nagy Iván. Pest 1863. VIII és [illegible] *Monum. Script. XV. köt.*

GHYMESI FORGÁCH FERENCZ nagyváradi püspök MAGYAR HISTÓRIÁJA 1540—1572. Forgách Simon és Istvánffy [illegible] [illegible] közli Majer Fidél, bevezette Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXXVIII és 555 l. — *Monum. Script. XVI. köt.*

BARONYAI DECSI JÁNOS MAGYAR HISTÓRIÁJA 1592—[illegible] [illegible] közli Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXX és [illegible] *Monum. Script. XVII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓI 1676—78 [illegible] Thaly Kálmán. Pest 1868. XII és [illegible] — *Monum. Script. XVIII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1689 [illegible] [illegible] Közli Thaly Kálmán. Pest 1868. [illegible] XXXII és [illegible] — *Monum. Script. XXIII. köt.*

[illegible]

VERANCSICS ANTAL ÖSSZES MUNKÁI. [illegible]

[illegible] Toldy Ferencztől.

GR. ILLÉSHÁZY ISTVÁN nádor FÖLJEGYZÉSEI 1592—1603, és HIDVÉGI MIKÓ FERENCZ HISTÓRIÁJA 1594—1613, BIRÓ SÁMUEL folytatásával (és két Függelékkel: [illegible] Pál Énekéből 1598—1601, és okmányok Mikóhoz és Illésházyhoz). Közli Kazinczy Gábor. P. 1863. X és 501 l. *Monum. Script. VII. köt.*

ROZSNYAY DÁVID, az utolsó török deák, TÖRTÉNETI MARADVÁNYAI. Összeszedte s jegyzetekkel, okleveltárral bővítve kiadta Szilágyi Sándor. Pest 1867. 462 l. — *Monum. Script. VIII. köt.*

ALTORJAI B. APOR PÉTER MUNKÁI. Közli Kazinczy Gábor. (Lusus Mundi. *Synopsis novitatum notabiliorum* [illegible] *in Transylvania, et progressus vitae meae. Metamorphosis Transylvaniae* (és magyarul). CSERKI MIHÁLY Pótlékai és Megjegyzéseivel). Pest 1863. X és 484 l. — *Monum. Script. XI. köt.*

BRUTUS JÁNOS MIHÁLY magyar kir. történetíró MAGYAR HISTÓRIÁJA 1490—1552. A m. kir. egyetemi könyvtár eredeti kéziratából, a szerző életével közli Toldy Ferencz. I. KÖT. Második Ulászló uralkodása, bevezetéssel. Pest 1863. CIX és 461 l. — II. KÖT. Második Lajos trónra léptétől 1527-ig. Pest 1867. IX és 495 l. — III. KÖT. 1531—1552. Brutus elveszett XIV—XX. könyveinek töredékei 1571-ig, és Magyarokhoz írt Levelei (sajtó alatt). — *Monum. Script. XII. XIII. XIV. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1693—94. évekből. Az eredeti kéziratból közli Nagy Iván. Pest 1863. VIII és 701 lap. — *Monum. Script. XV. köt.*

GHYMESI FORGÁCH FERENCZ nagyváradi püspök MAGYAR HISTÓRIÁJA 1540—1572. Forgách Simon és Istvánfi Miklós Jegyzéseikkel és Forgách Ferencz kisebb irataival együtt. A hg. Festetics-féle kéziratból közli Majer Fidél; bevezette Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXXVIII és 565 l. — *Monum. Script. XVI. köt.*

BARONYAI DECSI JÁNOS MAGYAR HISTÓRIÁJA 1592—1598. A szerző életével közli Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXX és 326 l. — *Monum. Script. XVII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1676—78 évekből. Közli Torma Károly. Pest 1866. XII és 196 l. — *Monum. Script. XVIII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1686. évből; ugyanannak Leveleskönyve 1694; Dobai Zsigmond Naplója 1681; Sándor Gáspár, Bay Mihály és Kubinyi meg Balogh László Naplóik 1672-től. Közli Thaly Kálmán. Pest 1868. I. kötetben XXXII és 794 l. — *Monum. Script. XXIII. köt.*

Sajtó alatt: *Kritobúlos*, az utolsó byzanti történetírótól II. Mahumet élete, görögül és magyarul. 2 köt. Dethier [illegible] Károly [illegible].

VERANCSICS ÖSSZES MUNKÁI, Wenzeltől, IX. köt.

Sajtókészen: [illegible] *Istvánfi* [illegible] Munkái, 1 k. — Toldy Ferencztől.

[illegible]